¶ Secūda intentio completur cuꝫ oleo ro. apponēdo ipsum circa locum. Et ut dicit Auic. sedetur dolor cum medicina faciēte saniem: quia hoc nō esset uerum: sed sub hac intentione quia ista temperate resoluunt ⁊ poros aperiunt. ¶ Et nota bñ ꝙ vna medicina potest habere plures uirtutes: ⁊ ideo dico ꝙ sub pluribus intētionibus potest apponi medicina in loco vnde ergo medicine maturatiue non ponuntur semper: quia generarēt saniem: sed dolorem mitigant modo predicto. Aliud quod remouet dolorem. ℞. terbentine lote ⁊ vitella duo ouorum ⁊ ponantur super locuꝫ: ¶ Aliud ad idem. ℞. camomille: melliloti: farie seminis lini: farine frumenti. añ. ℥. i. ⁊ buliant in decoctione maluarum: ⁊ cum maluis fiat emplastrum. ¶ Aliud ad idem. Recipe farine seminis lini fenugreci. añ. ℥. i. maluarum. ·M·. i. altee trite quantum uis: ex omnibus istis fiat emplastrum cum oleo de camo. ¶ Aliud Bruni. ℞. farine tritici ⁊ cum oleo ⁊ aqua buliat vsque ad spissitudinem: subtiliat eniꝫ ipsum sanguinem ⁊ dilatat poros ⁊ dolorem mitigat. ¶ Tertia intentio est que est sanguinem mortuum carminare: ⁊ contusum completur cum medicinis carminantibus ⁊ resoluētibus ipsum sanguinem: ⁊ quia tamē predicte que mitigant dolorem hoc faciūt incōplete ideo aliquas formas ponam ⁊ fortiores. ¶ Din' tamen uoluit hoc ualere. ℞. foliorum maluaruꝫ ⁊ absintbij ⁊ buliant in aqua: deinde complexa terantur: ⁊ postea cum sua decoctōne ⁊ farina frumenti ⁊ semis lini ⁊ fenugreci ⁊ foliorum camo. ⁊ parum furfuris in cazola bulliant: ⁊ fiat emplastrum cum oleo de camo. ¶ Aliud ad idem. ℞. camoille farine ordei furfuris. añ. ℥. ij. ysopi huide. ℥. i. s. calamenti pulverizati. ℥. s. ⁊ fiat medicamē cum oleo ⁊ parū aceti. ¶ Aliud magistri Thome de argent. ℞. altee. ·M·. i. farine semis lini camomille fenugreci. añ. ℥. s. ⁊ fiat per hunc modū qꝫ in decoctione altee ponatur illa farina ⁊ oleum cōmune ⁊ parum axungie ⁊ croci. ⁊ fac emplastꝝ ¶ Ysaac dixit ꝙ nobilie cū sappa emplastrate de per se dolorem tollunt ⁊ consolidant locum. ¶ Gui. de va. dixit ꝙ si ex oleo de camo. ⁊ oleo ro. fiat cerotum ⁊ addatur cimini valet loco primo inuncto istis oleis. ¶ Fidelis dixit: sigilluꝫ sancte marie emplastratū scissuras curat extrinsecas. ¶ Aliud Gui: de ua: ℞. gladioli part. j. florum eius partes: iij. radicum cenrauree partes. v. mellis aceti quantum sufficit: ⁊ fiat vnguentum: possunt ēt bulire in simul. ¶ Quarta intentio que est locuꝫ consolidare completur nec plus nec minus sicut in aliis ulceribus: quia debes saniem abstergere uel exiccare secundum necessitatem: ⁊ recurre ꝓ isto ad capitulum de medicinis cicatrizantibus. ¶ Unū tamen vnguentum generans carneꝫ ⁊ abstergens pono. ℞. sepi vaccini lib. s. olei ro. ℥. iiij. cere. ℥. ij. yreos ro. siccaꝝ. añ. ℥. ij. thur. sarcocolle. añ. ℥. ii. ⁊ fiat vnguentum. ¶ Quinta intentō que est accidentia corrigere que accidunt contusioni sic completur. ¶ Et primo quia contusio aliquotiens est magna ⁊ profunda ⁊ sanguis uel alia materia non potest bene trahi. ¶ Ideo dicit Auicēna ꝙ in hoc casu debes facere ultra flebotomiā scarificationem: facta etiam purificatione uel purgatione secundum necessitatem humoruꝫ paret tūc ⁊ apponere etiam uentosas: ut ipsemet dicit hoc toto completo apponas emplastra superius dicta quia uel sanguis soluitur a uirtute vna cum istis medicinis: ⁊ tunc bonum erit. ¶ Aut illic aggregabitur materia ⁊ faciet apostemationeꝫ: ⁊ aperias modis dictis superius ⁊ locum consolides vt ēt dictum est. ¶ Secundum accidens: quia aliquando in contuso loco remanet duricies: ideo eā debemus remouere cum ceroto ysopi humide: vt habet ꝺscriptio a Mesue: ⁊ est ista ℞ta. ℞. olei yreos ⁊ si non reperiatur loco eius accipe olei de lilio. ℥. iij. ysopi humide. ℥. ii. terbētine cere citrie añ. ℥. xij. ⁊ fiat cerotum. ¶ Aliud cerotū ysopi humide. ℞. cere citrine olei camo. olei de yreos uł de lilio. ℥. vj. mastic. ℥. i. spice. ℥. ii. s. croci. ℥. i. s. terbentine. ℥. i. rasine. ℥. s. isopi humide. ℥. i: ⁊ fiat cerotum. Et nota ꝙ ista descriptio est ualde bōa ⁊ ualet ad duriciem ⁊ nodositatem neruorum. ¶ Tertium accidens est quia aliquādo causat' intrīseca ⁊ not. competet medicina: vt sanguis contusus remoueatur ⁊ locus consolidetur factis vulnerib' ista ualēt. ℞. bdelii idici. ℥. ii. sirupi simplicis aceti. ℥. ii. ⁊ fiat mixtio: ⁊ sumat infirmus mane ⁊ sero. Et dixit Serapio: bdeliuꝫ in contusione multum ualet. ¶ Aliud ad idem. ℞. mumie.

ʒ.i.ꝛ sumat.ʒ.ii:sirupi acetosi ¶ Aliud quod con
solidet interius ꝛ sanguinem coagulatū dissoluit
℞.costi.ʒ.iij.centauree mīoris.ʒ.iiij. terre sigilla
te boli armeni.añ.ʒ.ii.oximellis simplicis: ꝛ fiat
mistio de qua infirmus debeat capere ter in die
scilicet mane ꝛ sero ꝛ in meridie: ꝛ quantitas est
ʒ.i.uel.ʒ.cum aqua pluuiali uel vino stiptico.
¶ Aliud ad idem sanguinē stringit.℞ aquā macre
quia bulituram eius ꝛ multum stringit: vt ponit
Serapio in capitulo ꝓprio:ꝛ etiam ualet urci no
ui ¶ Et Auic.in capitulo de essere: postq̄ uisum
est ꝛ scitum est ea que stringunt ꝛ dissoluunt san
guinem ¶ Restat uidere ea que sigillant locū in
trinsecum ulceratum ¶ Est autē hoc. ℞.ipoqui
stidos terre sigillate acacie.añ.ʒ.s.decoctōnis su
mac aque ro.añ.ʒ.ii. mellis ro. collati.ʒ.s. sirupi
acetosi simplicis: ꝛ bibat mane ꝛ sero quantū.ʒ.
iii.sunt ¶ Aliud ad idem. ℞.semis arnaglose se.
ro.semis maluarū bismalue altee.añ. ʒ.ij. terre si
gillate boli ar.añ.ʒ.i.mellis dispūati ʒ.vi.ꝛ fiat
emplastrum ¶ Et nota si cōtusio fuerit in stricto
ista ualent. Si uero non: ista nō debent dari qꝛ
frustra darentur:ut patet consideranti bene ¶ In
uenio modo simplicia aliquorum doctorum ex
quibus poteris per te facere composita ¶ Alchi.
dixit.radix aristol' rotūde ꝛ bibita ualet itrīsecis
conquassationibus que fiunt in interioribus: et
ꝓprietatem habet sedandi ꝛ rupturis intrinsecis
ꝛ vulneribus. Serapio dixit:mumia confert fra
cturis ꝛ conquassationibus que fiunt in interio
ribus ꝛ exterioribus: ꝛ proprietatē habet sedādi
dolorē qui fit in fracturis quādo sumunt ī potu
aut linitur cum ea ¶ Et Mesue dixit:reubarbarū
sanat rupturas intrinsecas ꝛ habet hoc a ꝓprieta
te sue substantie linitur ꝛ bibitur ¶ Succus sur
friti idest consolide minoris cū oximelle bibitus
intrinsecis cōquassationibus confert. ¶ Betoica
ad idem ualet quando ex foliis eius bibitur.ʒ.i.
cum idromelle: ꝛ conquassationibus capitis cū
uino est bona ¶ Confert etiam psilium conquas
satum cum oleo imposit' nouis attritionibus.
¶ Succus radicis gentiane confert contusionibus
neruorum que in membris intrinsecis accidunt.
¶ Origanus etiam in potu sumptus ualet ꝯquas
sationi uentris:ꝛ cum polenta extinsecis ¶ Fidel'
dixit:si caput capre cū pilis decoquitur cū aqua
ꝛ bibantur omnia interiora cōsolidant: ꝛ intesti
na etiam incisa ¶ Aliud qd̄ ualet. ℞.reubarbari
ʒ.i.mumie.ʒ.ii.rubee tinctor.ʒ.s. bibatur de hoc
puluere.ʒ.s.cū uino stiptico odorifero ¶ Et nō
q̄ hanc receptam ponam inferius loco pillularū
quia in sequenti capitulo ¶ Et nota bene q̄ ī ca
su ꝛ offensione sanguis transit ad partes intrinse
cas ratione cuiusdam contusionis uel incisionis
ideo in casu ꝛ offensione ualent que dicta sunt:ꝛ
ideo de his in capitulo de casu ꝛ offensione men
tionem non faciam ¶ Quartum accidens est qꝛ
in contusioe accidit dissolutio vel fractura:ꝛ tūc
in hoc casu oportet ligare locum stellis: et stelle
debent inungi cum oleo resolutiuo: sicut ē oleū
de aneto ꝛ de camo: ꝛ sic de aliis. Et si necesse
fuerit q̄ ascella transeat super partem contusam
tunc incide stellam in parte ista vt medicamē su
per partem contusam possit apponi ¶ Embroce
fiant cum decoctione camo:fenugreci semis lini
ꝛ similibus ¶ Quintum accidens est quia in cō
tusione casu ꝛ offensione locus remanet denigra
tus: ideo medicine iste remouent nigredinē. ℞.
parum croci ꝛ misce cum aqua calida :vt virtus
inde egrediatur : ꝛ in hac aqua confice farinā or
dei ꝛ coque usque ad spissitudinem : deinde mi
sce ibi paruū pulueris arsenici citrini. et ponatur
super locum: ꝛ hoc secundum Dinum ¶ Aliud
expertum ad idem. ℞.cere.ʒ.i.olei camomillar.
ʒ.iii.succi maiorane.ʒ.i.arsenici citrini triti ꝛ cri
belati per pannum.ʒ.ii. cera cum succo ꝛ oleo li
quefiat:deinde addatur arsenicum ¶ Et nota q̄
ista ualent in linitis faciei ex percussione:ꝛ ualēt
in aliis locis :

¶ Capl'm secundū de casu ꝛ offensiōe.

CAsus ꝛ offensio vt
dicit Auic. ledunt ꝛ impediunt corpo
ra cum contusione ꝛ attritione: ꝛ quan
doq̄ cum attritione ꝛ fractura. Et casus ꝛ offen
sio differunt sicut proprium a cōmuni: ꝛ differūt
etiam in hoc quia casus ē quando quis cadit uel
percutitur ad terram ¶ Offensio est quando quis
percutitur ab aliena re exterius sicut caput:uel ab
aliqua alia re obuiante ipsi ¶ Ad casum autem ꝛ
offensionem sequuntur multa mala accidentia et
incommoda:ut dicit Auic. ¶ Sequitur aliquan
do īcisio lacerti cordis ꝛ stomachi ex quibꝰ mo
ritur statim: ꝛ insequuntur nocumenta: egestioni
ꝛ urine ꝛ uomitus atq̄ sanguinis fluxus ¶ Stri
ctura anhelitus ꝛ abscisio uocis et loquele : que
omnia sunt mala ꝛ timorosa propter solutionem
continuitatis neruorum panniculorum atq̄ uena
rum:ꝛ propter nocumēta que membris principa
libus ꝛ aliis membris necessariis cōmunicantur
¶ Et dixit ulterius: q̄ quanto corpus est maius
tanto timor est maior:ꝛ quanto est minus timor
est minor.ꝛ ratio est in promptu vt uidetur ¶ In
curatione ergo ista quinque intentiones requirū
tur ¶ Prima est uitam seruare uel ordinare. Se
cunda est materiā ne fluat diuertere ꝛ euacuare.
¶ Tertia est locū lesum defendere ne aposteme
tur:ꝛ fluxū sanguinis restringere si fuerit. Quar
ta intentio est materiā fluxam carminare ꝛ resol
uere. Quinta est accidentia sequentia corrigere.
¶ Prima intentio que est uitam ordinare com
pletur cū dieta tenui ꝛ sobria carnes diminuen
do:ut dicit Auic. immo in prima die non come
dat ꝛ parū in secundo ꝛ tertio.ꝛ hec dieta sit sub
tilis donec ab apostemate securus sis:ꝛ postea in
grossetur ꝛ comedat cicera ꝛ ribes ad hoc ut in
teriora firmentur : et cum totaliter sis securus ab
apostemate utatur dieta bona ꝛ magis lata ꝛ uta
tur bonis carnibus ¶ Secunda intentio que est
materiam diuertere ne fluat et euacuare sic com
pletur : fiat flebotomia vt opus est:ꝛ vēter liniat

cum cassia vel electuario eius: et linitur etiam cum clisteribus. ¶ Rasis et Mesue: reubarbarum cum sirupo acetoso in hoc obtinet principatum: et hoc dicunt in capitulo de reubarbaro: licet Mesue det eum aliter. ¶ Aliud solutiuum. ℞. medulle cassiefis. ℥.v. reubarbari. ʒ.i.ß. triturentur et fiat mixtio cum decoctione cetrach politricorum epathice absinthii cortic radicis eupathorii mente citoniorum: et detur in aurora. ¶ Tertia intentio que est locum defendere ne apostemetur: et fluxum sanguinis restringere cum istis completur. ¶ ℞. boli armeni mumie terre sigillate. ana ℥.i. fiat puluis de quo sumat. ʒ.i. cum aqua plantaginis usque ad quinque uel septem dies: et restringit sanguinem et apostemationem prohibet. ¶ Aliud Rasis omnia loco inunge cum oleo rosato uel de mirto et de super asperge mirtillos pulverizatos hoc modo dicta ualet ad prohibendum apostemationem: ista que sequuntur ualent in uena fracta in qua spiratur sanguis vel aliquo modo egreditur. ¶ ℞. mumie. ʒ.i. cum vino vel oleo sambazino bibatur: et quando oleum illud non reperiatur bibatur cum vino. ¶ Aliud quod stringit sanguinem. ℞. seminis iusquiami albi et detur cum aqua mellis. ¶ Aliud ad idem. ℞. centauree. ʒ.i. terre sigillate. ʒ.ii. sirupi acetosi. ʒ.iiii. fiat mixtio: de qua mixtura bibatur stomaco ieiuno mane et sero. ¶ Aliud quod oppilat et sanguinem stringit et fluxum resoluit. ℞. sarcocolle. ℈.ii. arsenici triti et cribelati per pannum. ℈.i. bdelii. ʒ.i. costi boli armeni terre sigillate. ana ʒ.i. succi uirge pastoris uel aque eius. ʒ.ii. vel aque plantaginis. ʒ.iii. sirupi simplicis acetosi. ℥.viij. succi centauree maioris. ℥.i. omnia ista simul misceantur et detur mane et sero. ¶ Quarta intentio que est materiam resoluere et carminare: completur cum carminantibus et resoluentibus sanguinem existentem in loco: et dissoluentem ipsum existentem in stomacho vel alio loco: valet etiam hoc faciens ad coagulationem sanguinis in stomacho et in ventre: etiam euacuat ipsum. ℞. reubarbari. ʒ.i. mumie ad pondus duorum granorum ordei rubee tinctorum grana iiij. et formentur pillule cum bono vino albo: de quibus sumat patiens quantum potest in uice. ¶ Aliud medicamen ut predictum. ℞. boli armeni. ʒ.i. auripigmenti. ℈.i.ß. sumat scropulos. ii. et fiat mixtio cum. ℥.ii. vini et cum aqua plantaginis: cuius quantitas sit. ℥.iii. et bibatur stomacho vacuo mane et sero. ¶ Aliud ad idem mirabile. ℞. sarcocolle albe. ℥.i. rubee tinctorum scropulos: ii. aque plantaginis vini decoctionis masticis. ana lib. ß. mellis. ℥.iii. omnia simul misceantur: prius pulverizatis pulverizandis: et detur mane et sero ante prandium et cenam per horas quattuor uel tres. ¶ Si sanguis fuerit congelatus post principium. ℞. reubarbari costi radicum rubee centauree aristolog. ana ℥.i. et fiat puluis de quo administretur. ʒ.i. quolibet mane per nouem dies cum. ℥.i. sirupi acetosi cum aqua morsi galine et tantundem consolide maioris. ¶ Bin. de va. dixit quod morsus galine in hoc habet magnam proprietatem. ¶ Almericus de alesto pro ista intentione componit hoc. ℞. vini in quo buliat mel et radix iari et cauda equina: et detur parum cum vadit dormitum suadendo ei dicit ipse totam materiam euacuat. ¶ Medicine que conueniunt ad extra sunt iste: et primo de simplicibus loquar demum de compositis: valebunt ista conquassationibus carnosis et musculosis. ¶ Emplastrum factum ex radice enule cum foliis eius: confert attritionibus lacertorum. ¶ Et Bartholomeus dixit: quod enula siluestris coquatur in vino. ¶ Auic. dixit: si cauda equina emplastretur et ponatur vbi contusio sit in medio lacertorum confert. ¶ Bartho. dixit contusio recens confert etiam contusionibus iam dictis. ¶ Altea super posita: dixit etiam stercus porci siccum et bibitum cum aceto confert conquassationibus lacertorum bibitum cum aqua achacie. ¶ Galbanum etiam bibitum cum vino uel saba valet conquassationi. ¶ Et Serapio dixit: quod valet ad casum. ¶ Et secundum Auicen. ossa imbibita uel inuoluta in cera. conferunt attritionibus neruorum vel lacertorum. ¶ Serapio dixit quando semen roris marini teritur et misceatur cum farina lolii et aceto et fit emplastrum. ¶ Et Diascor. dixit solum de semine eius. ¶ Et Barthol. dixit quod semen eius mixtum cum farina ordei et aceto valet. ¶ Dixit etiam maiorana misceatur cum aceto et ponatur super torsiones neruorum et attritiones lacertorum. ¶ Et Bartholo. dixit quod sola maiorana confert apposita. ¶ Dixit iterum Serapio: quando radix iris siluestris bibitur confert etiam et est species acori. ¶ Et dixit: quando semen abrotani coquitur in aqua vel crudum in aqua infunditur et bibitur aqua illa: confert attritioni lacertorum et liuori. ¶ Diascor. abrotanum cum bethonica conquassationibus paraliticis cocta et sciaticis etiam data in potu est presidium: Composita modo ponuntur. Et primo dicit Auicen. ℞. pannum de lino nouum qui nunquam fuerit ablutus: et capias tantam quantitatem quod possis extimare quod capiat totum corpus infirmi: et talis pannus bulliat in aceto per horam vnam: deinde reuoluatur infirmus in eo calido quantum plus potest sufferre: et fit per vnam diem integram et ualet. ¶ Aliud magistri Thome de argento. ℞. stercoris bouis quantitatem quam vis vt ipsum totum possit impastari et fac bulire cum vino et tertia parte aceti. Et cum bulierit impastes eum et dimittatur sic usque ad diem integram: et fiat usque ad quartum diem eodem modo: et expertum est. Si attritio sit in capitibus musculorum velent ista. Et primo dixit Serapio: quando bibitur decoctio cuiuslibet calamenti: confert conquassationi carnis et musculorum et summitati eorum. ¶ Et iterum decoctio origani in cibis est conueniens. ¶ Et iterum dixit scordeon siccum et bibitum cum. ʒ.i.ß. oximellis confert. Et iterum serpillus bibitus roris confert in aqua: et super posita concussionibus et attritionibus neruorum et lacertorum in medio extremitatibus eorum. ¶ Et iterum dixit: quando sal miscetur cum farina

ordei ꝛ mellis: confert torsioni nervorum ꝛ attritioni eorum ꝛ lacertorum ❡ Bui. de va. dixit. si ex sale sulfure tollatur. añ. et ex melle quantum omnia: ꝛ ad invicem coquatur et super ponatur attritionibus factis per casum vel percussionem in lacertis vel nervis confert ❡ Serapio dixit: radix aristol'ro. cum aqua bibita: plus omni medicina valet ❡ Aliud quod confert im iuncturis et gaman et removet dolorem: et valet in fracturis ossium ꝛ firmat ꝛ facit eas fortes. ℞. radicum altee. ℳ.i. mirre masticis. añ. ℥.i. corticis radicum granatorum. Aliud ad incarnationem ꝛ resolutionem membri. ℞. alveoꝝ apum. ℥.i. sarcocolle. ℥.ii. farine robelie ℥.ii.ß. acacie. ℥.ß. aloes ℥.i. bdelii. ℥.iii. ꝛ fiat vnguentum cum ovo recēti toto cum albumine ꝛ vitello ❡ Evaporatorius Avicen. ℞. foliorum cipressi. ℳ.ii. decoquātur cum sambuco: et quia est arbor que reperitur in partibus istis accipitur flos tamarisci. ℳ.i.ß. et fiat decoctio cum lacte acetoso vel aqua: et fiat evaporatio vel balneatio loco leso ❡ Quinta intentio est corrigere accidentia: et quia primo accidunt glandule: ideo duricies glandularum curetur: vt dictum est superius ❡ Et quia accidit dislocatio in fractura: reducantur ossa dislocata et fracta ꝛ restaurentur: vt dicit Avicen. locis propriis: et de hoc non dico plus: quia sermo in hoc non est meus. Medicamen valens per optime in dislocatione ꝛ fractura ossium: quia cito consolidat fracturam et fortem efficit: et dislocationem firmat cito: et contorsionem parvam et gamau: et est expertum multi iuvamenti. ℞. acacie. ℥.ß. aloes. ℥.i. boli armēi fecis apum sumach farine robelie gipsi extincti calcis extincte risi cōtriti oīum. añ. ℥.ß. ꝛ fiat vnguētū cū albumīe ovi.

❡ Cap'lm 5m. de cōtusiōe q̄ accidit spāl'r ī vētre.

Cvrꝫ autem Avicē. supra fecit mentionem offensionis cuiuslibet partis: modo facit mentōnem de contusione que accidit specialiter in ventre capiendo ventrem pro spacio quod est a furcula pectoris usque ad pectinem ❡ Et in hac cura habentur tres intentiones ❡ Prima est ventrem linire ❡ Secunda est vitam ordinare. Tertia localia apponere ❡ Prima intentio completur cum linitivis: quia cum electuario cassie vel cassia vel clisteri linitivo. Aliud ēt A. ℞. succi solatri succi ēdivie succi arnaglosse. añ. ℥.ß. medulle cassie. ℥.j. et fiat mixtio: et sumatur in aurora: fiat etiaꝫ flebotomia si fuerit opus secūdum canones dictos pluries ❡ Secunda intentio completur cum cibariis linitivis infrigidativis et incarnativis per hunc modum. ℞. volubilis. ℳ.i. arnoglosse laureole. añ. ℳ.ß. et decoquatur cum carnibus pinguibus vel cum oleo et comedat mane et sero. Aliud ad idem ex intentione Avic]. ℞. atriplicis blite spinachiaꝝ. añ. ℳ.ß. arnoglosse. ℳ.i. malue mercurialis uiolarie. añ. ℳ.i. coquanẗ vt ꝑus ꝛ utatur ut dictuꝫ est: ista omnia dentur hora comestionis ❡ Ad idem secundum Avic]. ℞. psilij triti. ℥.ß. lacce charabe. añ. ℥.ß. croci pondus granoꝝ trium: dosis sit. ℥.ii. ꝛ detur cum aqua calida ❡ Aliud Avic]. ꝛ sunt trocisci. ℞. charabe. ℥. xvi. melliloti. rof. añ. ℥. v. acacie ablute. ℥.i. spice inde. ℥. vj. mellilot. ℥. iiii. boliarmēi. ℥. vii. croci. ℥. vi. nucis cipressi cuꝫ aqua arnoglosse: fiant trocisci in quantitate. ℥.i. ꝛ detur omni die. cum aqua arnoglosse: hoc autem competit post principiuꝫ: ut patet ex receptis ❡ Tertia intentio cōmpletur cum localibus dictis in p̄cedēti capitulo illic recurre.

❡ Capitulum quartum de cura flagellati.

Cvra flagellati parū differt a cura cōtusionis casus ꝛ offensionis: nisi quia aliqua appropriant flagellatis plusq̄ꝫ contusioni vel offensioni ꝛ casui: vt videẗ velle Avic]. Hec autem cura completur tribus intentionibus. ❡ Prima intentio completur cum flebotomia secunduꝫ necessitatem: ꝛ liniatur venter ut oportet ❡ Secunda intentio completur cum dieta: ut dictum est in capitulo de casu ꝛ offensione ❡ Tertia intentio cōpletur cum resolventibus ꝛ carminantibus sanguinem illic contusuꝫ. ❡ Nota q᷑ iste medicine que dicte sunt in cap'lo de casu ꝛ offensiōe possunt assumi si fuerit opus de appropriatis: tamē pono receptam hoc competit de mente Avic]. ꝛ sumitur p os. ℞. boli ar. ℥.i. reubarbari. ℈.i. ʒinʒiber]. ℥.i. pulverizenẗ ꝛ detur. ℥.i. cum aqua calida ❡ Aliud ad idem. ℞. pe. reubarbari. ℥. iii. ʒinʒiber]. ℥. iii. ꝛ misceāẗ ꝛ deẗ mane ℥.i cuꝫ aqua ❡ Et nota bene q᷑ ista evacuant sanguinem coagulatum dissolvendo ipsum et cum hoc faciunt ventrem lubricum ꝛ conferunt casui ꝛ percussioni ꝛ sanguinem stringūt ꝛ sanant scissuras intrinsecas: super locum autem apponantur que dicta sunt in capitulo ꝺ casu ꝛ offensione vētris ❡ Alique tamen recepte appropriate hic ponuntur. Avic]. ꝛ Aliabas in isto conveniunt. ℞. pellem arietis calidam sicut excoriatur ab ariete sup ipsam totam pulverizetur sal tritum subtilissime: quātitat] ē. ℥.i. nasturcii subtilissime triti ℥. ß. ꝛ invoIvatur patiens in eam ❡ Aliud quod mitigat dolorem ꝛ sanguinem resolvit ꝛ ponitur super locum. ℞. dialtee. ℥.i. boli armēi. ℥.ß. olei mirtini: olei camomille. anet] ro. añ. ℥.ß. pulveris mirtillorum. ℥.i. cere: ℥. iiii. dissolvatur cera cum aliis ꝛ addatur dialtea ꝛ pulvis: ꝛ fiat inunctio in loco calido ❡ Aliqui sepeliunt ipsum in furno ꝛ sudādo iuvatur ❡ Aliud vnguentum Guidonis. ℞. cere: ℥. iii. rasine. ℥.i. terbentine. ℥. viii. olei cōmuīs lib. ii. thuris fenugreci. añ. ℥.ß. de quo inungatur ante prandium ꝛ ante cenam omni die ❡ Dicunt tamen aliqui ut magister Thomas: q᷑ primo fiat balneum cum decoctione camo. aneti calamenti rof. pulegii ꝛ facto balneo ❡ Aliud resolvēs sanguinē cōfortans locū. ℞. draganti croci. añ. ℥.ß. olei camo. ℥.ii. cere. ℥.ß. ꝛ fiat vnguentū ❡ Si aūt

locus esset confractus ualde ponatur super locũ faba decocta cum oximelle et parum croci quia crocus in hoc maximam vim habet ꝛ matecro ceon descriptione Nicolai multũ valet.

¶ Capitulum.v.de gamau ꝛ contu₂sione.

De gamau ꝛ contur siõe satis dictũ ẽ in p₂io ca. huius tractatus q̃re qd sit ñ recapitl'o. In curatione ista cõpetunt que dicentur modo quia remouent dolorem ꝛ firmant iuncturam ꝛ resoluunt humores fixos. ¶ Emplastrum expertum. ℞. squinanti.ʒ.v.olei ro.balaustiarũ gallaruꝫ cipressi añ ʒ.v.farine cicercule.ʒ.ij. mellis.ʒ.iij. croci modici albumẽ duorũ ouorũ vini quantuꝫ sufficit.et fiat emplastrum ꝛ calidum superpõatur in loco ¶ Aliud ad idem. ℞. foliorum cipressi foliorum mirtillorum foliorum salicis foliorum vlmi foliorum tamarisci.añ.M.i.coquantur omnia ꝛ exprimantur:et cum tali expressione tale fiat emplastruꝫ hoc modo. ℞.farine volatilis molendini.ʒ.ii.farine orobi ꝛ cicercule.añ.ʒ.v. ꝛ bu liant usq₃ ad spissitudinem ¶ Aliud ad contorsionem ꝛ indurat restauratam et dislocatione n reductam confirmat. ℞. radicis maluauisci.ʒ.iiii. ꝛ corticis radicꝭ mali granati siluestris farine robelie.añ.ʒ.x.accacie.ʒ.viii.semis lini.ʒ.xx.linian tur cum albumine oui si fuerit apostema ꝛ ponatˀ super locum:est enim bonum ¶ Et si non vis facere totam receptam:fac medietatem vel quartaꝫ partem ¶ Aliud ad predicta quãdo sunt reducta et sunt cum calido paruo apostematis. ℞.corticꝭ radicum granatorum siluestrium balaustiarum accacie.añ.ꝛ fiat amplastrum cum albumine oui ¶ Et nota ꝙ in gamau debes facere flebotomiã ꝛ in contorsione: ꝛ etiam soluere ventrem secundum necessitateꝫ patientis:deinde si fuerit dolor mitigare debes cum rebus resoluentibus lenibꝰ ꝛ molitiuis dictis in capitulo de mitigantibꝰ dolorem: hoc toto completo procedas cum imediate dictis: quia cum stipticis: quia illa sunt que confortant ꝛ stringunt iuncturam ꝛ faciunt eam redire ad statũ suũ: et propter hoc errant illi q ꝓcedũt cũ huĩdis ꝛ solutis molitis remoto dolõe etiã hoc ualet. ℞.olei ro.olei mirtini.añ.ʒ.v.ꝛ cũ albuĩe ouoꝝ cõquassentˀ ꝛ inungatˀ locus:deinde aspgatˀ desup puluis dactilloꝝ mirtilloꝝ vl' sil'iũ deinde ligetur locus.

Excoriatio vt dicit Auicꝭ.ẽ corruptio q̃ accidit in supficie cutis ꝑ laboriosuꝫ tactũ ¶ Est aũt hec excoriatio aliqñ cũ apãte uel malã ꝯpl'one:dbes sanare apã isto mõ. ℞.puluerꝭ ro. farie ordei.añ. ʒ.i.arnoglosse.M.i. ꝛ buliãt ꝛ cũ oleo ro.ĩcorporentˀ ꝛ fiat empl'm: ꝛ etiã alia fria ꝯpetũt sub hac forma ꝑ mõ sufficit. Et eodẽ mõ debes curare malã ꝯpl'onẽ ca'am: deinde ꝓsequere hoc facto ut dicit Auicꝭ.ꝛ mõ dicitˀ ¶ Si excoriatio fuerit sinẽ apãte aut ipa cutis erit tota sepata aut nõ sed erit pendẽs:tũc suatˀ ꝛ ĩcarnetˀ mõ dicto de ulceribus ¶ Si aũt tota fuerit remota usq₃ ad carnem: cõsueui p₂io ponere albumẽ oui ꝛ cũ oleo ro. et facere stuppatꝭ ꝯquassatꝭ.deĩde appono sup locũ hec enĩ stuppata remouet malã ꝯpl'onẽ ꝛ ꝓhibet apã. Ungᵐ albũ vꝫ in hoc. ℞.cere albe.ʒ.i. olei ro.ʒ.iii.dissoluatˀ cera ꝛ oleũ simul:qbus dissolutis ꝛ q̃si frãtis addatˀ cerusa puluerizata ꝛ albuñ oui ꝛ sẽp ducatˀ ¶ Aliud. ℞. armoiaci ceruse.añ. ʒ.i. olei mirti olei ꝺ lilio. añ.ʒ.ii. ꝛ pᵒ dissoluatˀ armoniacũ cũ vino ¶ Aliud vngᵐ mirabile. ℞. mirre litargirii q̃ntũ uis ꝛ dissoluatˀ cũ uino ꝛ sil' buliat ꝛ fiat sicut vnguẽtũ: Aliõ qõ vꝫ in fractꝭ q̃ accidit itra cossas rõe ambulatiõis. ℞.boli arterre sigꝭ.añ.ʒ:i.sepi caprini olei uiol'.añ.ʒ.ii.cere ʒ.v. mucilagis psilii se.arnoglosse. añ:ʒ.i. et fiat vnguentũ ¶ Aliud qñ ẽ magna excoriatio. ℞.sarcocolle ỹnicꝭ corticꝭ cipssi.añ.ʒ.i. olei mirtini.ʒ. iii.ꝛ fiat vnguẽtũ. In simplicibꝰ ualẽt ista:carta cõbusta ꝛ cucurbita adusta sicca:qꝛ iste mirabil'r siccãt:vltra ista ualet vnguẽtũ ꝺ litargirio positũ supius ĩ tractatu de apãtibus:ꝛ spãl'r si fuerit excoriatio ĩ cruribꝰ ¶ Si aũt fuerit ĩ alio loco:competũt alia dicta ĩ ca. de medicis sigillãtibus:ꝛ cõpetit vnguẽtũ de minio ẽt positũ in caᵒ.de fl'one. ¶ Et hoc totũ intelligitˀ remota cõpl'one:qꝛ remoueatˀ cũ stuppa ꝛ vnguẽto ro.in excoriatõe calciamẽti cõpetũt ista q̃ remouẽt malã cõpl'onez ꝛ vnguẽtũ de calce qua remota ualet pãnus lineus cõbustus ꝛ carta ꝯbusta ꝛ cucurbita cõbusta:qꝛ ista multũ exiccãt:ꝛ ĩ ea ut dicit Auicꝭ.ẽ fiducia. Et vernix cũ aq̃ multũ ualet ut dicũt aliq: ꝛ pulmo arietꝭ ꝛ pulmo vulpis multũ vꝫ:si ponatˀ sup calidus ꝛ ligetˀ: ꝛ ꝯuenientˀ ualẽt alie res singulares: ut pꝫ ab Auicꝭ. ꝛ vnguentũ albũ ꝛ vnguẽtũ de litargirio multũ vꝫ.

¶ Capl'm.vj.ꝺ pũctura ꝛ disruptõe.

Puncture est disruptio vicine ptis:sunt ab hoc ꝙ vnaq̃q₃ eaꝝ ẽ penetratõ corpis duri acuti ĩ corpore. Et pũctura ẽ pua in se qꝛ ex se curatˀ: licet ĩueniat cacochimũ corpus:uel obuiat corpi cacochimo. Si aũt pũctura trãsiret usq₃ ad carnem ꝛ ĩbbiceretˀ: tẽ fortassis bñ accidit apã ꝛ dolor:ꝛ hᵒ si pũctura illa obuiat carni male ꝛ etiã corpi cacochimo:ꝛ cognosces hoc ex colõe eiꝰ valde malo ꝛ tũc ĩ istis sedes dolorẽ q̃tũ tibi possibile ẽ:ꝛ ꝓhibeas apãtionẽ:ut pluries tibi dictũ ẽ. Hoc declarato dico ꝙ extractio istaruꝫ sagittaꝝ q̃nq₃ fit cũ instrumẽtis ꝯtinẽtibꝰ rẽ quã extrahũt: ꝛ q̃nq₃ fit cũ ĩpressiõe:ꝛ q̃nq₃ cũ ꝓprietate medicinaꝝ. ¶ Sagitte pᵒ. extrahũtˀ cũ tenaculis hñtibꝰ dẽtes ut luna.vt Albucaꝭ describit:ꝛ tũc trahitˀ tractiõe q̃ ẽ ꝫ lõgitudinẽ:ꝛ tũc ꝶ dꝫ mouẽri huc ꝛ illuc ne aliqd frangatˀ: ꝛ multotiẽs ẽ necesse ꝙ dimittatˀ res fixa ꝑ multos dies: ut caro q̃ ẽ circa locuꝫ putrefiat. Et tũc ampliatˀ locᵒ ꝛ melius egreditur:

et iam dixerūt aliqui q sagitte sūt ex ligno aliq: ꝛ alique sunt ex arūdie ꝛ earū cuti: qꝛ cuspis eaꝛ ꝛ cum q̄ fit vulnus: aut est ex ere: aut ex ferro.

¶ Et ex eis sunt que hēnt vnā linguā: ꝛ aliq duas ꝛ iste uocant barbulate: ꝛ alique sunt que habent barbulas uel liguas retro. Quedā sunt que hn̄t exterius: ꝛ quedā que hēnt ante: et iste sagitte aut sunt fixe in carne: aut in osse: aut in mēbro pnci pali. ¶ Si fuerit fixe in carne tūc expellūtur per extractionē uel īpulsionē. p extractionē. s. quando erit fixa ī osse aut post ipm erit aliqd quod phi bet ipaꝫ expelli ad locū oppositū: sicut os neruus vena arteria: aut distātia magna p impulsionē ex pellitur quando nō est aliquid quod phibeat ba scissionē: qꝛ neqꝫ neruus neqꝫ os neqꝫ vena neqꝫ aliquid aliud. ¶ Sagitta que debet extrahi aut ē apparēs aut nō. ¶ Si ē apparens extrahamꝰ eam ut notū est. ¶ Si non ē apparens: tūc necesse est si est possibile ut vulneratus ponat se sicut erat qn̄ fuit vulneratus: ꝛ figit tunc sup sagittam: ꝛ si nō sit ei possibile: ꝛ tūc fiat expressio ꝛ ingsitio cuꝫ māibus: ꝛ tūc forte uenies ad notitiā eius ut tūc trahetur cū forficibus uel alio instrumēto cū qº sagitte extrahunt sicut cū trebello. Et ī pluribꝰ hoībus est necesse ut incidat caro qn̄qꝫ non pōt exire p locū per quē intrauit: tūc ex opposito ince dat ꝛ extrahat pꝑter impulsioneꝫ: ꝛ respicias ne incidas neruū uel arteriā cū impulsiōe. ¶ Et si fu erit ʒuʒi caudati: tūc oportet q ponat in cāna ne caro capiat a barbulis ꝛ īpellatur uel extrahatur fm quod uidebitur tibi. Quod si ucci hūerint ramos diuersos nō obediētes motui uel exitui: tūc necesse est ut fiat scissura si nō timueris d no cumēto alicuius mēbri: ꝛ tūc melius egredietur.

¶ Si aūt sagitta fuerit in osse fixa: tunc debemus ipsum os cauare ut ipsa sagitta egrediat: ꝛ respici as ne frangant pūcta eius in osse. ¶ Si aūt sagit ta fuerit in mēbro pncipali: tūc nō extrahemꝰ ip sam: qꝛ in cōtinenti morieē. Et si fuerit necesse ut extrahat: pnosticetur de morte: hoc facto mi tiges dolorē ut dictū est. ¶ Postqꝫ declaratū est qualiter sagitte extrahātur vel possint cū medici nis extrahi p impulsionē ꝛ p extractōnē. uidēdū ē mō quomodo exhant vel possint cum medici nis exhi. ¶ Prima ista exhūtur de mēte Auicen ℞. armoniaci. ʒ. i. radicis arūdinis. ʒ. ii. radicum affodiloꝛ. ʒ. s. oīa ista pistent ꝛ addatur mel quod sufficit. ¶ Aliud A. ℞. seminis iusquiami ʒ. i. cal cadis. ʒ. s. vitrioli albi. ʒ. s. farine ordei. ʒ. iii. et fi at mixtio. ¶ Aliud Auicē. ℞. ranam excorticataꝫ ꝛ caput lacerte cū immediate abscinditur ꝛ pistē tur adinuicē in mortario ꝛ ponant sup locū. Raꝫ rana ē mirabilis in exhendo ossa ꝛ caput lacerte exhendo ossa ꝛ spinas ꝛ illud idem facit quodli bet istoꝛ. ¶ Aliud ex dcīs Aui. ℞. aristol. radicl ce paꝛ narcisci radicis arūdinis. an̄. ʒ. i. coagulum le poris vel edi vel agni folioꝛ fici misceant oīa ꝛ fiat empl'm. ¶ Aliud educēs ferrū. ℞. lapidis magnetis ʒ. i. mell. ʒ. iii. ꝛ fiat mixtio coquendo mel prius ꝛ addat puluis magnetis ꝛ sup locum ponat. ¶ Aliud idē fortius. ℞. stercoris anseris ʒ. i. semis diptami. ʒ. s. succi sicle. ʒ. ii. polipodii. ʒ. i. s. lapidis magnetis. ʒ. v. et cum succo sicle et stercore fiat mixtio. ¶ Aliud Brun. ℞. radicis canne palmaꝛ ualeriane ꝛ pista ī mortario cum melle ꝛ pōe sup locū. ¶ Aliud q exhit sagittas mirabilit. ℞. cepus narcisci ꝛ pistent sic crude ꝛ bn̄ mundate deinde addat farina lolii ad quā titatem. ʒ. s. mellis ad quātitatem sufficientē ad incōporādū ꝛ ponatur sup locum. ¶ Aliud ad idē. ℞. folioꝛ rute diptāi. an̄. M. i. pistēt uiridel p optime ꝛ ponātur sup locū. Etsi folia nō inue niat uiridia capiant sicca trita ꝛ pernuiscantur cū melle ꝛ cepe narcisci donec incōporet ꝛ ponā tur sup locū. ¶ Aliud. ℞. succi ualeriane. ʒ. iii. ꝛ bibat patiens mane ieiunus ꝛ statim sentiet fer rum moueri in loco ꝛ si fuerit ꝑpe cutē exibit sta tim illa die uel nocte foras. ¶ Aliud. ℞. maiora ne recētis. M. i. radicis canne. M. s. capita lacer taꝛ uiridium. 4. ꝛ pista ea bn̄ statim cuꝫ abscin duntur succi folioꝛ sambuci. ʒ. iii. farine frumē ti purgate. ʒ. z. ꝛ fiat empl'm. ¶ Aliud dini in ex hendo ossa infixa ꝛ alia silia. ℞. fermenti mell. an̄. ʒ. vi. visci quercini. ʒ. iii. armoniaci dissoluti in aqua fenugreci. ʒ. z. al. ʒ. ii. olei antiq qᵐ suf i cit terātur oīa ꝛ fiat empl'm. Aliud ēt Dini. ℞. cepe lilii coctū in mellicrato medullam fermēti ꝛ mell. ꝛ asungiā veterē oīa simul incorporent ꝛ qn̄ vis q attrahat ferrum pone puluerē magne tis ꝛ pone in loco. Aliud Dini. ℞. armōiaci. ʒ. i. gladioli. ʒ. ii. galbani cere an̄. ʒ. s. olei antiqui. ʒ. ꝛ moliat galbanū in aceto ꝛ sup ponat. Aliud tho me. ℞. polipodii. M. i. ꝛ pistet p optime ꝛ cum asungia incorporet: ꝛ sup locū ponat. ¶ Medo pono simplicia dixerūt aliq q solamādria quan do cruda terit ꝛ sup ponitur trahit sagittas ꝛ oīa alia. Et idē facit stelio ē āt spēs lacerte. Fidelis dixit solus cortex fpentis trahit oīa fixa carni ꝛ cū asungaia idem facit. Alchi. dixit de anguil la qn̄ teritur ꝛ ponit sup locū extrahit spinas et oīa fixa ꝛ de anguilla marina dixit. Et quando fit empl'm de veteri non salita extrahit sagittaꝫ de pfundis locis a corpore. Dixit ēt fidel. fimꝰ anseris sup positus trahit ferrū ꝛ lignū. Auic. dixit ostracū extrahit spinas ꝛ astellas fixas sup posi tas. dicit ēt limacia purpura sup pōita exhit ossa ꝛ alia. Dixit ēt oēs sordicies exhūt furūclos ꝛ spinas. Rab. dixit cācer fluuial. sup positus tritꝰ exhit ferrū sagittaꝛ astellas ꝛ alia. Et Chiranꝰ ꝛ Cōstā. idē dicūt. Dixit ēt aristologia ro. exhit oīa qn̄ fit empl'm cū herba eius decocta. Et Al bertus dixit fel bouū cū melle mixtū trahit spi nas. Cōstā. dixit semē lolii si pistet spinam ꝛ li gnū mēbro fixū extrahit. Et Gui. de va. dix: q sit expimento q mirra sup posita omnia infixa corpori extrahit.

¶ Caᵐ septimū de cōbustione ignis.

S Ꝫ cōbūstioneꝫ ignis sequū tur doloꝛ ꝛ vesice: quia cal'itas ignea subito attrahit hūiditatē aquosā sub

cute q̃ nõ põt ab inspissata cute exire exterius remanet ibidem ꝛ facit vesicaȝ ꝛ inflãmationes aquosas ꝛ apãta mala. In curatione g° ista tres habes intẽtiones. Prima ẽ ꝓhibere vesicatiões Secunda est vesicas factas curare. ❡ Tertia ẽ excoriationẽ remouẽ. ❡ Prima intẽtio completur cũ frĩs valde domesticis ẽm hoc dixit Rab ℞. pãnos infusos in aq̃ ro. infrigidatos sup niuẽ vel alio mõ ꝛ sup pone. ❡ Et subdit ꝙ si apã fuerit magnũ fiat flo ia de pte opposita. Regimẽ eius sit frigidũ ꝛ cũ hoc subtilietꝰ ꝛ fiat euacuatio si sit necesse. Auicẽ. dixit ℞. olei ro. cũ vitell' ouoꝝ agitatis ꝛ sup ponatꝰ remouet dolorem.

❡ Aliud ad idẽ ℞. folioꝝ maluaꝝ i ob sorbe lẽtiũ añ. M. i. ꝛ coquatꝰ cũ aq̃ dulci ꝛ oleo ro: ꝛ fiat empl'm. Aliud Auicẽ. ℞. bolũ ar. cũ aceto ꝛ terrã sigillatã ꝛ litargirium ꝛ cerusam aquã solatri endiuie valet ad ꝓhibendum vesicas. Aliabas dixit ꝛ cõmedat aquã oliuaꝝ apponi. Theodoricus laudat totũ membꝝ lauari cum aceto Ga. dixit cerotũ de cera cũ oleo ro. lauato m'ltũ valet ꝛ ẽt in forma vnguẽti. ❡ Ro. dixit oleum laurinũ lauatũ sup locũ apponatꝰ ꝛ lardo cuȝ folus sambuci ꝛ valet sup posit. ❡ Et quattuor magistri. ℞. vnguẽti populeõis. ℥. ii. ꝛ cũ eis pmisce vitellũ oui ꝛ sup pone. valet ẽt infrigidãs bal'. ꝛ vnguẽtũ ro. ꝛ vnguentũ violatũ. ❡ Si aũt cũ istis nõ remoueatꝰ dolor ꝑcipiunt aliqui ꝙ appõatꝰ paꝝ oppii ꝛ dolor remouebitꝰ. Gui. dixit h° ualere. ℞. olei ro. ℥. iii. dissoluatꝰ cera i oleo ꝛ ponatꝰ ab igne ꝛ põatꝰ puluis ceruse q̃s^m sufficit ꝛ addantꝰ duo albuĩa ouoꝝ ꝛ incorporẽtur

❡ Aliud Gui. ℞. olei ro. ℥. iii. vnguẽti popu. ℥. z. albuia ouoꝝ. iii paꝝ cãphore ceruse lote. ℥. i. aq̃ ro. ℥. ii. ꝛ i corporẽtꝰ oĩa perfecte ꝛ pone in loco.

❡ Aliud exptũ magistri Thome. ℞. succi endiuie ℞ge pastoris arnoglose. añ. ℥. i. olei de cucurbita olei de violis olei de nenufaris. añ. ℥. ii. cere. ℥. ii. ʒ. boli ar. terre sigillate. añ. ℥. ii. ꝛ fiat isto mõ dissoluta cera ꝛ oleo addantꝰ succi. dein de puluis ꝛ fiat vnguẽtũ. Aliud ad idẽ. ℞. sãdaloꝝ alboꝝ ꝛ rub. ꝛ citrinoꝝ. añ. ℥. ʒ. ceruse plũbi. ℥. i. terre q̃ reperitur in aqua exñte sub rota fabroꝝ. ℥. ʒ. olei de cucurbita olei ro. añ. ℥. iii. cere ℥. iii. ꝛ fiat vnguẽtũ. ❡ Aliud ℞. tria folia hedẽ ꝛ pone in veru ꝛ ꝯsequẽtꝰ ponatꝰ vna pars lardonis ꝛ ꝯsequẽter ponantꝰ tria folia hedere ꝛ coñẽ vna ps lardonis ꝛ sic successiue ponatꝰ ad ignẽ ꝛ illic calefiat donec lardo colligatꝰ ꝛ pinguedo q̃ cadit i vase aliq° ꝛ illa appõatꝰ sup locũ ꝛ valet. ❡ Et nõre debes ꝙ medicine oẽs iste q̃ conueniũt in cõbustione ignis si fuerĩt aliqualitꝰ acute debẽt lauari rõe magni doloris in loco exñte mõ res acute dolorẽ augẽt: ꝛ ideo laua oleum ꝛ cerã. ❡ Et hoc sensit Auicẽ. cũ dixit ꝙ morda sengi ꝯditi. i. lauati ꝛ triturati valent. ❡ Secunda intentio cõpletꝰ cũ rebus aperientibus vesicas aperiantꝰ ergo cũ flobomo ꝛ aliis aperiẽtibꝰ

❡ Tertia intẽtio ꝯpletꝰ cũ istis domesticis exiccantibus: valet g° vnguẽtũ de calce. Auic. ℞. calcis septies lote ꝛ cribellate. ℥. i. cere albe. ℥. i. olei ro. ℥. iii. ꝛ fiat vnguentũ. ❡ Et nõ ꝙ si tp̃s frigidũ facias cũ oleo oliue. ❡ Aliud vnguẽtum de calce. Auicẽ. ℞. calcis ꝯn lote ꝛ cribellate. ℥. iii. cere albe olei ro. añ. ℥. i. succi sicle succi caulium añ. ℥. i. ʒ. ꝛ fiat vnguẽtũ. ❡ Itẽ ẽm Tho. folia scolopendrie apposita sup locũ ẽt faciunt bonã opationẽ ꝛ pulmõaria ꝛ citrac ꝛ mellago ꝛ iste herbe a multis uocãtur herbe foci vel ignis: q꞉ ibi valẽt. ❡ Ualẽt ẽt vt dixit Rab vnguẽtum albũ in quo sunt albuĩa ouoꝝ ꝛ paꝝ cãphore fimus colũbinus adustus in panno lineo ꝛ cũ oleo ro: multũ valet vt dixit Auicẽ. ❡ Et dixit ẽt ꝙ põri elixati mũtũ valẽt si sup locũ apponatꝰ aut põtulaca cũ farina ordei ꝛ oleo mirtino. Auicẽ. ã facit quandã magnã philatoriã de stercore vaccino desiccato ꝛ cortice pini ꝛ litargirio cerusa bolo ar. calce abluta tutia plũbo'vsto et scoria ferri ꝛ camphora incorporata cum oleo ros. et medulla seu pinguedine ceruꝰ: Et dicit hoc esse expertũ vbi nõ fit magna caliditas. Et si vlcẽa sint maligna cura curatione vlceꝝ malignorum

❡ **Quia hec cura paruȝ** differt a cura cõbustionis ignis ideo breues receptas ponã. ❡ In prin° ergo quo ad primaȝ intẽtionẽ ꝯueniũt ista de mẽte Auicẽ. ℞. sandaloꝝ. ℥. i. camphore. ℈. i. aque ro. q̃s^m sufficit ꝛ ponatur sup locũ ꝛ nõ permittatꝰ exiccari. ❡ Itẽ pecia balneata in aqua frĩa ꝛ apposita sup locũ nõ permittit locũ vesicari: ꝛ q̃dam desup apponunt aquam oliuaꝝ. ❡ In secunda intentione apiantꝰ vesice vt dictum ẽ supra. ❡ In tertia intentione valet vnguẽtum de calce ꝛ medicamẽ de fimo colũbino est mirabile ꝛ porri elixati positi sup locuȝ in aliis ãt recurre ad ca. de ꝯbustiõe ignis.

❡ Ca. octauũ de suffocato ab igne vl' ab aqua.

Sed quia iste sermo est pertinens sermoni de ꝯbustione ignis ideo de suffocato ab igne vel ab aqua mẽtionem faciã paucã loquẽs: q꞉ pauca in hoc inuẽio a doctoribus. ❡ Si g° quis submersus fuerit in aq̃ biberit violẽter. Dicunt aliq doc. ꝙ tal' suspẽdatꝰ cũ pedibꝰ capite decliui vt aqua ab eo exeat Post hoc dicunt ꝙ acetũ decoctiõe piperis gargarizetꝰ. In sup aliquibus diebus sorbeat aquaȝ decoctõis ciceꝝ. Si quis i fumo dissolutus fuerit si spumauerit natura est ad eius vitã via vt ẽ notũ. ❡ Si ãt nõ gargarizet oleũ violatũ ꝛ aquã decoctionis frumẽti ꝛ calida cibaria comedat.

❡ Ca. nonum de fluxu sanguinis

Fluxus sanguinis causatꝰ tripliciꝰ. Prĩo q꞉ orificia venarũ aperiũtur. Secũda q꞉ vene frãgũtꝰ ꝛ h° dupliciter vel a cã corporali: q꞉ ab humore cõrodẽte vel a cã intrinseca vt pȝ. 3° causatur

fluxus sanguis p viã resudationis a venis vł ab artariis: τsi fuerit ab artariis erit cũ saltu τ erit subtilis τ rubicund⁹. Etsi exit quiete τ ẽ gross⁹ τ declinat ad nigredinẽ tunc exit a vena: τ flux⁹ sanguinis arteriaꝝ ẽ periculosioꝛ. Pꝛio rõe spiritus ibi contẽti. 2ª rõe motus q ẽ in artaria ꝓhibentł locũ ꝯsolidare τ pꝫ. Et ałn in fluxu sanguinis ꝯstringit̃ pars superioꝛ τ nõ inferioꝛ: τ tũ generat̃ apã cuius nomẽ emborisma vel mat̃ sãguĩs qđ idẽ ẽ. Et fluxus sanguis a membꝛis diuersificat̃: qꝛ aliquotiẽs est multus τ aliquotiẽs est paruus exᵐ pꝛimi sicut a pulmone τ epate: exemplũ secundi sicut a uesica τ a matrice. Et fluxus sanguis in aliquibus ẽ periculosus ut ĩ pulmone τ ẽ notũ ẽt τ paucus ĩ pulmõe ẽ timoroſ⁹ si ẽ paucus nõ ẽ timoꝛosus: ut in epate. Et ĩ aliqbus si flux⁹ ẽ paucus τ ꝯtinuus ẽ periculosus ut ĩ vesica matrice τ in renibus. Et fluxus ẽt paruus artariaꝝ in venis manuũ τ pedũ timoꝛosus ẽ: qꝛ ſm plurimũ vt Auic. interficit: τ vidi experimẽtum. Etsi ẽt in fluxu sanguĩs accidit spasmus malũ est: qꝛ de inanitione ẽ τ peioꝛ oĩbus

¶ Etsi perueniat singultus mõtale: qꝛ arguit ĩanitionẽ maximã τ alienatio τ pmixtio rõnsi suni male: qꝛ arguit spiritum animalem foꝛe multum euacuatum τ ideo malum.

¶ De curatione fluxus sanguinis.

Oportet in curatione fluxus sanguĩs vt retineat̃ deinde curet̃ uulnus: si fuerit τ nõ ẽ possibile in eo cuius cã ẽ fixa siue antecedẽs vt cõroꝺẽs τ filia nisi ut retineat̃ τ auferat̃ eã: oꝫ gº vt cõrosio aut putrefactio remoueat̃ aut aliq̃ alia causa si fuerit. Et nõ ſm Auicẽ. ꝙ cãe restringẽtes sũt tres quedã diuertẽtes: quedã refrenãtes: quedaꝫ ꝟo locales: cãꝝ diuertẽtiũ: quedã sunt cũ euacuatione: τ quedã sine euacuatione. s. qñ fit fł'oia de latere opposito vt inde materia diuertat̃. fł'oia fit stricta τ nullo mõ lata. Sine euacuatione vt qñ ponunt̃ vẽtose ignite aut ligationes τ fricationes fiunt. ¶ Cause refrenãtes sunt ingrossãtes sanguinẽ vt lentes risũ iuiube citonia τ oẽs fructus stiptici q in fluxib⁹ ẽt ꝯsueuerũt dari. Quedã refrenãtes sunt: vt stupefaciẽtes: vt aqua frigida ꝓiecta circũ circa: τ oẽs res frigide ĩ excessu et sincopis ꝓpter refrenationẽ vel refracti...em sãguĩs infrigidat totũ cõpus τ remouet̃ fluxus.

¶ Cãe locales sunt młte ſm Auicẽ. aliquas tamẽ ponã τ sufficit. Pꝛimus modus ẽ iste vbi non sit deperditio carnis. Capiat̃ labia in manibus τ suant̃ ꝓfunde si põt: deinde ponat̃ puluis ꝯstrictiuus τ postea desup ponant̃ stuppe balneate in albuĩe oui in quo infusi sint puluẽs dicti τ liget̃ decẽter. ¶ Et ãt iste mõus sit bonus: pꝫ qꝛ p ipꝫ uniunt̃ labia τ infrigidat⁹ locus cũ stuppis. S. Auicẽ. τ Theodoꝛicus hũc modũ ꝯcedũt. Secũdus modus ꝯplet̃ per bucellationes factas de pilis lepoꝛis in albuĩe oui τ puluis ꝯstrictiu⁹ dicendus in fine ca. huius τ ponat̃ in loco: qꝛ ĩ vena vel artaria stringunt. n. sanguinem: qꝛ locũ oppilãt. ¶ Tertius modus per trũcationem vene τ iste modus ẽ ꝯueniẽs venis ꝓfundis: τ ꝯplet̃ p abscisionẽ totius vene. Unde una ps reddit ad intra carnẽ τ occultat̃ τ cooperit̃ a sup iacẽtib⁹ vt a carne desup ponãt̃ pulueres dicti inferius: quoꝝ ℞te statim ponẽt deinde stuppe deinde ligentur sup locũ. ¶ Quartus modus ẽ q per ligationẽ vene τ fit p hũc modũ excoriet̃ vena τ cũ vncino trahat̃ τ filo de sirico liget̃ foꝛtiter deinde medicamen incarnatiũ apponat̃. Et nõ ꝙ ab epate infra debes ligare epar ꝟsus ptẽ superioꝛẽ τ ab epate. s. oẽs ligare parteꝫ inferioꝛeꝫ uene et dico ꝙ semp uersus epar debet fieri ligatõ uene

¶ Quintus modus fit p adustionẽ τ ẽ ꝯueniẽs venis epatł p cõꝛosionẽ τ ꝯplet̃ cũ ferro calido aut cum medicina adustiua que cũ caliditate habeat stipticitatem vel cũ calcantũ uitrioł' vstus nõ tñ ita cũ calce: qꝛ nõ habet stipticitatẽ: τ ideo escaria sua citius cadit aliis. nõ ãt festinet̃ casus escare: qꝛ ꝓuocaretur nouus flux⁹ sanguis peioꝛ pꝛiore rõe maioꝛis dilatatõis uene τ ꝓpter hoc dicit Auicẽ. ꝙ preceperunt ꝙ fieret cauteriũ cuꝫ ferro uehementer ignito ꝓfunde ꝙ faciat escarã ꝓfundã cuius casus nõ ẽ facił'. Et iõ Theodo. summe laudat arsenicũ sublimatũ: qꝛ escaras facit grossas τ durabiles. ¶ Isto notato aliq̃ documẽta in fluxu sanguis sunt necessaria. Pꝛimo ẽ Ga. 5º. terapẽtice ꝙ in fluxu oĩ ꝯfestim apponat̃ digitus ad os uene ꝙ ĩ uulnere firmas suauitatł τ pmens nõ doloꝛose simul retinebis sanguinẽ τ coagulabis eũ. 2ᵐ ẽ ꝙ post appositõnẽ pulueris ꝯstrictiui in oĩ fluxu applicent̃ tres uel decẽ stuppate infuse pꝛio in aceto τ aqua ro. τ exꝓsse sup locũ ligentur. Tertium ẽ ꝙ ligentur cũ binda de panno τ inuoluas quater sup locũ stringẽdo ipm uulnus deinde paulatĩ ad circumferentias relaxando ꝓcedas: τ ita replebitur materia τ stringit̃ uena ut dicit Auicen. ¶ Quartum ẽ ꝙ membꝝ situetur ut dicit Ga. τ Auicẽ. ¶ Si ergo sanguis sursum exierit sursum ipm situes. ¶ Si ergo deoꝛsum oꝛificium sursum eleues non ita fluit sursum sicut deoꝛsum: ut patet ꝯsideranti.

¶ Quintum est Ga. ꝙ ante diem tertium uł 4ᵐ non remutetur patiẽs τ quãdo remouetuꝛ remoueatur caute τ etiaꝫ si fuerit necesse humectetur τ remo...eatur τ etiã si fuerit necesse apponatur albumẽ oui cum oleo ro. agitatũ adinuicẽ. ¶ Sextum documentũ ẽ ut claudantur oculi paciẽtis aut stet in loco obscuro ut nõ possit uidere sanguinẽ suum neq̧ respiciat res rubeas: Immo dicatur ei ꝙ sanguis amplius non fluit τ ita ꝯfoꝛtetur uirtus naturalis per contrariam imaginatõnẽ. Ultimo dicẽdũ ẽ de medicis ꝯstrictiuis: q̃rum pꝛima ẽ Ga. ℞. thurł ptis .i. aloes ptis .5. misceantur τ pulueriꝫent̃ cũ albuĩe oui: deinde apponãtur: Aliud Auic. τ oĩm. ℞. boli. ar. san. dra. aloes succotrini partes equales fiat puluis ut dictum ẽ τ sup ꝓponatur. Aliud Bruni τ Ra. ℞. calcis uiue sãguinis dra. aloes thuris ' uitrioli

ↄbustiaꝝ partes equales pulueriȝēt ꝛ cū albuīe oui ꝛ tela aranea incorporēt. ¶ Aliud Aliaba. ℞. gallam vstam et picias in aceto uini ꝛ sup arteriam applicetur. ¶ Rogerius in oībus istis pulueribus apponit ↄsolidam. Aliud Bruni. ꝛ Aui. ℞. sarcocolle granoꝝ interiorum passulaꝝ uue sumach spōgie marine aduste lateris adusti sulfuris scorie plumbi draganti tutie. aā. ꝑtes equales ꝛ fiat ex eis puluis ꝛ sup locum apponat cū albumine oui ꝛ pilis leporum. ¶ Alia Gali. ℞. colcotar. ʒ. x. minuti thuris. ʒ. ß. aloes glutini siccī aā. ʒ. 4. arsenici. ʒ. ꝛ. gipsi. ʒ. x. puluerizentur ꝛ cribelentur ꝛ sup locum apponantur: quoniam est mirabile. ¶ Aliud Auicē. exptum. ℞. calcis uiue vitrioli non combusti aā. partes equales pili leporis minutim incisi ꝛ ex istis fiat mixtio ꝛ super locum ponatur. ¶ Et nota ꝙ in istis multū valet modus operandi cum manu: ꝛ plus ualet ꝙ̄ ualeāt medicine. Etsi cum manu puluerē notum scieris apponere, nō erras: oportet ergo. ut in uolendo istum puluerem operari ponas digitos sup arteriā ꝛ uenā ꝛ cum alia manu puluerem sup locum apponas ꝛ comprimas cuȝ isto locum in quo ponis puluerem ꝛ apponas super locum: ꝛ sic successiue fac donec locus sit repletus puluere. Inuenio aliqua simplicia a doctoribus. Et primo dixit Alcin. aqua frigida ē bona illi cui sanguis exit. Dixit ꝛ san. dra. ꝛ charabe sistunt sanguinē de omni loco. ¶ Dixit etiam tele aranee sistunt sanguinem ꝛ rasura cartarum capraꝝ ꝛ cornuuȝ eaꝝ combustoꝝ ꝛ omīa ossa cōbusta ꝛ specialiter bouis. Idē dixit Auicē. spongia adusta sistit sanguinem. ¶ Dia. dixit pūluis reubabari cum albumine oui ꝛ pilis leporū sistit sanguinem. Constanti. dixit ꝺ pentafilone ꝛ acatia: qꝛ ista de omni loco strīgunt sanguinē. Fidelis dixit sepe scissum ꝛ sup positum statim fluxum sanguinis strīgit. Auicē. dixit folia saluie ꝛ salicis ꝛ ꝟga pastoris emplꝛata sistunt fluxum sanguinis. Galle combuste extincte ī aceto sanguinē sistunt. Cinis cartaꝝ ↄbustaruȝ sistit sanguinē ꝛ ossa combusta ꝛ fimus asini ꝛ tela aranea ꝛ gipsum ꝛ spongia adusta sanguinem sistunt. Gali. dixit cinis lignoꝝ stipticorum sāguinem stringit ꝛ calx non extincta ꝛ omnes spēs uitrioli sanguinem sistunt. Gui. dixit coriādrum torrefactū sistit sanguinem ꝛ albumē iamenum ſm Bertho. ꝛ terra sigillata stringunt sanguineȝ.

¶ Et nō ꝙ omnia valent si uena uideat. ¶ Si āt uena non uideatur aut ad ipsum attigere nō possit tunc ꝺ consilio mei' ē ꝛ ut tu capias uitriolū ꝛ distempera cum liquore alio frigido ut cū' succo arantiorum uel granatorum ꝛ picias ad itra quomodo mirabilem escaram faciet: Respicias tñ neruos ꝛ alia ne impediant in operationibus suis: rōe ergo liquoris penetrabit ꝟtus sui. ꝺ uitrioli usqꝫ ad uenā ꝛ sup eā escarā faciet: ꝛ si ista nō ualent nō ē remediū nisi cū ferro ignito ꝛ respicias neruum ne ipm cōburas.

¶ Caᵐ. x. de fluxu sanguinis narium.

Quia superius facta est mentio de fluxu sanguinis qui est triplex: qꝛ aut egreditur: qꝛ uena ē incisa aut a causa corporali: quia a corrosione uel putrefactione: aut oroficiuȝ uenarum aperietur: ꝛ de isto non est facta mentio: quia de fluxu sanguinis narium fit mentio. Fluxus nanqꝫ sāguinis narium: aut fit a causa primitiua aut intrīseca. ¶ Si a causa primitiua semper debet restringi. Si a causa intrinseca aut ē debite fact' ꝛ sic non debet restringi: aut est sinthomaticus ꝛ tunc debet stringi. ¶ Puluis in restrictiōe sanguinis ē iste. ℞. aloes gallarum pulueris molēdini volatilis. thuris sanguinis draconis aluminis zucari. aā. ʒ. 5. terant ꝛ cribelent simul: ꝛ ponant in albuīe oui uel cū succo solatri uꝉ plantaginis ꝛ cuȝ stuelꝉ factis ex pilis leporis ꝛ impone. ¶ Aliud ℞. succum arnoglose fuliginis furni ꝛ misceant: deinde pili leporis inuoluantur ꝛ imponantur in naribus multum valet. ¶ Aliqui ponunt hoc totū sup frontem epithimāt testiculos cū aceto fortissimo vel aqua frīa epithimāt ꝛ ponere manus ꝛ pedes in aq̄ frigidissima multum valet. Serapio ꝛ Rab. dicūt ꝙ sterc' asini ꝛ eq ꝛ porci fuerit ↄbusta vꝉ ñ ↄbusta mixta cū albumine oui multū valet. ¶ Iteȝ et stercus boū exiccatum si insuffletur in naribus multum vȝ ꝛ remouet fluxum sanguinis. Rab dixit. Fidelis dixit ꝙ si penne uel plume galline ↄburantur et puluis ille insuffletur in naribus sedat fluxum sanguinis narium vbicunqꝫ vel vndecunqꝫ fluit. Serapio dixit ꝙ cauda equina ponat in narib' qꝛ stringit sanguinē. Fidelis dixit ꝙ si man' patiētis sint plene herba sanguinaria herisia pastorū ꝛ aliqui dicunt ꝙ est ꝟga pastoris. Et Gui. ꝺ va. ꝛ etiam Simon gennuensis ꝙ ē corigiola que etiā multum valet visui. ¶ Cassius felix et Fideꝉ. dixerunt in ꝓprio ca. ꝙ sanguis hominis combustus insufflet in naribus vel alio modo artificialiter ponat stringit fluxum ꝛ expertum est vt Robandus dixit ꝙ iste sanguis ponitur loco mumie quādo mumia haberi non potest.

¶ Itē nō: ꝙ illa q̄ frigida sunt strigūt sanguieȝ. Et ex hoc Girar. ꝺ solo ↄposuit hāc ꝛtā. ℞. succi plantaginis aque ro. aā. 4. i. 5. aceti. ʒ. i. albumen duoꝝ ouorum terre sigillate vel argillate. 4. i. misceantur oīa ꝛ fiat emplꝛm ꝛ liquidum aliqualiter ponatur sup frontem. Etsi necessitas fuerit ponat aliquid ꝺ oppio: quoniā valde sistit ipm. ¶ Itē si totus sit infusus ī succo plātaginis vel aqua eius in qua fuerint infusi corali rubei ponunt in naribus multū valent. ¶ Itē stringit fluxus sanginis cū cauterizātibus: scilicet cum calce non extincta: sed illud ē nimis periculosuȝ.

¶ Item stringit fluxus sanguinis cū diuertētib' sicut cum flebotomia diminuta ꝛ stricta aut cū ventoꝛ. super epar vel sup splenem ſm necessitatem vtatur isto istis rebus inspissantib' sanguinem sicut aqua frigida. Uina granatoꝝ: aqua berberis ꝛ sumach cum cibariis conditis cū agre

sta ꝛ succo limonum ꝛ arãciorum: ꝛ vtat lentibꝫ ꝛ sic de multis aliis.

¶ Caᵐ .xi. de emborismate

Quia Auicē. supra fecit mētionē ꝛ nō posuit curā ideo i cidētaliter eam pono vt operatio ꝛ curatio fluxus sanguinis sit pfectior. ¶ In cura ergo ista p̄mo fiat flebotomia diuersiue: vt alie diuersiones cū ēbrocatōe ꝛ vētoꝫ ꝛ ligamēti l' balneatōibus cū aceto ꝛ sup locū ponat hoc empl'm. ℞. ro. balaustiaꝝ corticū granatoꝝ sandaloꝝ pul'. mirtillorum sarcocolle aloes.añ.ʒ.i. decoquantur cū aqua ro. ꝛ albuīe oui ꝛ ponat super locū fortiter ꝛ remoueatur medicamē de 3º. in 3ᵐ diem ꝛ strigat fortiter cū plumaceolis de stuppa ꝛ si curatur cū talibus medicis bonū ē. Si āt nō curat: sic fiat icisio sup apā. Albu. dixit in ꝑ's ti ca. ꝙ sectio super hoc apāte ē periculosa ꝛ specialiter in iguine ꝛ sub ascellis q̄tuꝫ potest ꝓpter venas magnas illac transeuntes: vt in anatomia videt. Modus curationis tal' apātis ꝑ incisionē ꝛ specialit quādo indigemus: ꝛ cā ē vt scindatur cutis sectione ꝫ lōgitudinē: deinde aperias sectionem cum vnguibus donec videas venā ꝛ discoꝑ operias eā: deīde intromitte acū sub eā ꝛ fac penetrare ad aliud latus ꝛ stringe eā cū filo duplo: ꝛ hoc facis in duobus locis. Deinde pūge locū qui ē inter puncta ꝛ soluatur apā factum ex exitu ipsius sanguis: deinde administra ea q̄ generāt pus donec cadant ligamenta ꝺ inde cura. ¶ Aliud cū puluere ꝛ illis vnguentis ꝯueniētis doec ad hº sanet. Et licet ista sit vera vt dinus ponere videt tamē alium modū possumus obseruare: q꞉ facta scissione in embrositate possumus sup locū ponere pulueres supra dcōs ꝛ specialit factos ex calce ꝛ vitriolo ꝛ pilis leporis: vt dixi ꝛ iudicio hanc materiam compleret

¶ Explicit tractatus q̄rtus de cāu ꝛ offensiōe. Incipit tractatus quintus de vlceribus.

Et dicit Galien. vlcus ē solutio ꝯtinuitatis ī carne in qua vna vel plures intentiones siue dispositiões sunt que ꝯsolidationē impediūt ex quibus vt dicit Auicē. sanies ꝛ putredo generat. ¶ Et p̄dicta diffinitio satis ē bona: solutio ꝯtinuitatis ponitur ꝓ genere reliqua ponunt pro differētia ꝛ in carne ponitur ad differentiā ossis corrupti q̄' ossa corrupta nō sunt vlcere: sꝫ putredo. Alie autem particule ponunt ad differētiam vl'neris Ex quibus patet ꝙ vlcera semꝑ sunt cōposita: sed vulnera sunt simplicia. vlcera autē cōponūt cū dispositionibus de per se seorsum existere potētibus: vt ex sanie putrediē ꝛ sic de aliis. vulnera autem non. Et ideo ad differētiā istorum vlcera dicunt cōposita ad hūc intellectū: ut vulnera simplicia dicunt. Species aūt vlceris secundū Galia. ꝫmone. 7º. partis primi libri. regul' dispositionibus vbi supra scripsit pficiuntur ꝛ cōponūtur differentias a tribus potissime. Primo a quibus pficiuntur ꝛ componuntur. Secundo a causis morbi. ¶ Tertio ab accidentibus. Et vt breuiter dicā dicamus ꝙ a duobus solū sumūt vlcerum species: scilicet a causis et accidētibus A causis sumūtur species vlcerum: quādoq꞉ tñ dicimus vlcus virulentū: corrosiuum: cācerosū putridum: cancrenosum: fistulosum: ꝛ sic de aliis ¶ Ab accidentibus sumit species vlceꝝ: quedā que aliquo in gradu dimitto: sed in vlceribus ī ueniūt. scꝫ vlcus discrasiatū: dolorosum: apostemosum: cōtusum cū supflua carne: cū duritie: cū corruptione ossis: cum verucibus: aut vlcꝫ difficilis consolidationis cū ꝓprietate nobis oculta ¶ Cause horum vlcerū specialiter sunt due .s. añs ꝛ coniuncta. Cause hoꝝ q̄ sīt añtes sīt prauitates ꝛ coꝝ nimia quātitas hūoꝝ potētiū cōrodere ꝛ corrumpere particulas corporis: q humores generant ex malicia mali regiminis: aut ex pruritu totius corporis: aut ex malicia alicuius particule epatis vꝫ et splenis. ¶ Cause cōiuncte sunt malicia cōplexionis introducta in vulneratis particulis ex causis dictis ante in vulneribꝫ ꝛ exituris: aut exituris ꝛ pustulis apertis nā sicut ex formica corrosiua fit vlcus corrosiuū ita ex carbunculo sordidum ꝛ ex apātibus aliis ꝓfundū ꝛ cauernosuꝫ. Et Ga. 4º. terapētice dicit tres modi dissanabiliū videt mihi existere. s. qui ad discrasiā subite carnis ꝛ qui ex prauitate influētis sanguinis. ¶ Tertiū quod ē ex quantitate et sequitur in eodē libro ꝛ aliqñ accidit miscēi aliqua dictaꝝ dispositionū vel omnes simul ex q bus multe fiunt species vlcerum. ¶ Et licet cause primitiue sint vt dicit Dinus nō habet tamen aduentu primo disrumpendo carnē saniē gene rare: licet bene consequat: eo quia añtes: ꝛ coniunctas mouere possunt dicit Auicē. ꝙ vlcus generatur ex vulnere ꝛ ab exituris cum frangunt ꝛ ex pustulis. ¶ Et lꝫ ex vulnere fiat vlcus ex vlcere nunq꞉ fit vulnus. Et solutio ꝯtinuitatis in carne qñ facit pus vel saniem nomiat vlcus alit autē nō. Et nō fit sanies aliq̄ de causa nisi quia materia defluit ad mēbrū vel q̄ est in membro conuerti nō pōt ad naturaꝫ mēbri ex debilitate eius. vñ generat sanies ꝛ aliqñ pus: q꞉ illō mēbrum ē debile ꝛ ad membrū debile trāsmittunt supfluitates a toto corpore. vñ in pus vel in virulētū ꝯuertuntur: aut etiā generat sanies ꝓpter medicinas vel vnguēta: q̄ calide ꝛ humide cōplexionis sunt: sicut sunt medicine maturatiue eo q꞉ putredo vel sanies generat a calido l' hūido vt ē videre. 4º: methaurorum ꝛ a re vnctuosa q꞉ res vnctuosa vel humida regi nō pōt a nāa: iō sanies generat. Et ex hoc pꝫ: ꝙ sanies ē hūibitas alterata ꝛ putrefacta generata ex sanguine vel ex carne ꝯtrita. ¶ Et ꝫm Ga. 5º. farma. simplicū triplex ē alteratio: vna fit a calore naturali in cibo laudabili. Alia fit a colore extraneo in mate

ria putrefactibili. Tertia fit a calore mixto i materia mediocri: s3 primā gñrationē gñrat materia nutrimēta l'. s'm hanc generat sanies illaudabilis. Secundum tertiam generat sanies laudabil': vt dicit a sāguie vel a carne ɔtrita fieri prio a sanguie: qr vt dicit A. Sāguis veniēs ad superficiē vulnez nō pōt ex debilitate mēbri ad naturā mēbri ɔuerti: vñ generat sanies. ¶ Et ex aliis āt humiditatibus currētib' illuc gñrat pus: vel sordicies ex carne ɔtusa generat sanies: qr ut habet de mēte Auicē. tractatu de ɔtusione q ē cōtusū neccē ē putrefieri r i saniē ɔuerti. et iō quia talia a calore nō pñt regi' preter natural'r subiciūtur. Nō q sāies sūt duobus modis vno' ppe r ista ē alba lenis r eqlis vt dicit Auic. tractatu de exituris: r qre sit alba patuit superi' loco nūc dicto vt ista fit a mēbris: qr ex actiōe eoz i materiā talē. Alio mō capit sanies p omni humiditate exnea cx natutā alteratā. Et de ista dicit q qdā ē subtilis: q dicit virus: r qdā ē grossa q dicit sordicies. Uirulētia ē superfluitas subtilis ex supfluitate hūoz aquosoz acquisita seu generata. q duplex ē. s. cal'a r fi'a r ēt rubicunda ¶ Sordicies ē supfluitas grossa ex hūiditatib' grossis generata q triplex est: qdā seu pma ē spissa ineqlis r coagulata alba: qdā nigra r istaz sepe vidi. Alia sicut fex cinerosa virulēta ergo i diget exiccatione: sed sordicies abstersione. r iō dicit Ga. 3°. de ingenio sāitatis q oia vlcēa q̄m cūqз indigēt exiccatione r abstersione: qr in eis ē aliqlis virulētia: r aliqlis sordicies. ¶ Hoc nōto distinctio vlcez sic ponitur apparētiū quedā sunt habētia pfunditatē r qdā nō. Ulcera āt habētia pfunditatē sic se hñt: vel q caro eius superior ē indurata r eius orificium ē sicut cāna r sic vocatur fistula: aut loc' ñ ē induratus r sic vocāt vlcēa cōrosiua. Et Albu. dixit q oē vulnº aut apā q̄ iueterascit r antiqt r fit vlcus r ñ ɔsolidat r emittit pus sp r ñ abscindit: vocatur āt fistula i quocūqз mēbro fit. Alia st vlcera q hñt duriciē i pte superiori r orificiū nō ē induratū r tūc vocāt vlcēa ostracata vel vulnº ostracatū. Nō tñ q fistula q nō sentit: s3 ē elōgata sēsu ē mala r ē difficil' ɔsolidatiōis: r quāto pl' elōgat a sensu ē difficilioris cure: r quāto minus tāto facilior cure: fistulaz g° alia ē eqlis r alia ē obliq. Et ipaz qdā termiat ad neruū r dolet uehemēter qñ tāgit eius fūdū cū tēta r forte lędit mēbz i opatiōe motiua sui r qñqз pueīt ad ligamētū r qñqз pueīt ad os r i istis ñ magnificat dolor r qñqз termiat ad uenā r tūc sanguis q egredit ē niger. ¶ Et al'n termiat ad arteriā r tūc sāguis ē subalbid': r h' signū hñ notes qñ fistula termiat ad carnē exit hūiditas grossa r qñqз termiat ad ligamētū exit huitas subtilior r rō eoz habet: qr hūiditates uenietes ad pfundū ulceris uel ad fundū fistule: Si ad carnē terminat st ualde grosse: rōe raritatis poroz: r ido sanies generat grossa: hūiditates āt uenietes ad fundū ulceris aut ad fistule orificiū ossiū subtilis: qr pori ossiū st subtiles r stricti: hinc ē g° q sanies q generabit erit subtil. ¶ Et ido ɔcludo q q̄to ulcus terminat ad locū depssiorē sanies uel hūiditates erūt subtiliōes. Et q̄to termiatur ad locū rariorē hūiditas q egredit erit desior: r in fistula aliquotiēs st orificia plura r tūc dubitat an sit una fistula uel plures r aliquotiens est unū orificiū r ɔcauitates st diuerse r diuerse terminationes fit: totū hoc cognosces ex diuersitate substātie sanici: ex colore eius: qr si st eiusdē substātie r coloris: una ē fistula n' ad eundē locum uel similem terminantur: si fuerit diuersoz colorum uirulentia que egreditur: quia fuerit alba r citrina fistule sunt diuerse terminationis.

¶ Et ratio quia sanies que egreditur ab osse r ligamento est subtilis r per consequens colerica: quia grossa exire non poterit: ratione densitatis pororum: ergo sanies generata erit citrina r que generatur in ulcere terminato ad carnem erit alba quia hūiditates que egrediuntur sunt albe r grosse ratione raritatis pororum. ¶ Et dicitur etiam q ulcera quedam sunt dolorosa r quedam priuata dolore. ¶ Uñ ulcus dolorosum est ulcus in quo sensibilitas rei contrarie sentitur siue reperitur. ¶ Et ex hoc patet quid sit ulcus non dolorosum r dicitur q quedā sūt apostemosa r quedam priuata apāte. ¶ Ulcus apostemosum est ulcus in quo ē tumor pter naturā generatus ex aliquo humore. ¶ Et istorum ulcez quedā sunt mūda: r qdā immūda. Et immundorum quedam sunt sordida quedam non r que de ulceribus sordidis. Aliqua sunt putrida: aliqua nō. Ulcus sordidū r putrefactum dicitur ulcus q sui malicia putrefacit membrum dimittendo uiscositatem aut carnem molem a qua fumus eleuatur fetidus. Et ulcez alia sunt ambulatiua r corrosiua. Ulcus ambulatiuum r corrosiuum dicitur ulcus q sui malicia r acuitate emittendo uirulentiaз membra mortificādo cōsumit r destruit. ¶ Et mollia sunt de faciētibus cadere pilos eo quia rōe sue humiditatis causatur putredo unde cadūt pili. ¶ Et ex hoc ulcera mollia sunt illa i qbus caro tendit ad laxitatem r mollitiue insuperflua tamen mollitie probibetur generatio pilorum ut ostensum est a Gali. in secundo de complexionibus que autē sunt ulcera calida r frigida patet. Et dicitur etiam q ulcerum quedam sunt putrida: r quedā corrosiua: r quedam ambulatiua. Et nota q putrefactō est preter corrosionem q si fuerit: erunt ambe ambulatiue r fortasse corrodēs est corrodens illud q ɔtinuat ei ppter acuitatem suam absqз putrefactione r nō est ei febris. Uerum cū multiplicatur ambulatio r putrefactio' nō seperatur ab eis febris licet hic possit esse dubiuз. ¶ Utrū humor colericus solo quanto peccans possit febrem facere quam solutionem uide Secundo de differentiis agentili r a Thoma de garbo: lз tñ quot fuerūt doc. tot fuerūt opioes. Nōre tñ oēs q differentia ē inter vlcus putrefactū ambulatiuum r corrosiuū. Putrefaciens est illud q corrumpit spm i mēbro existentē r ɔple

xionē. ¶ Et tunc humiditas illius membri nō regulatur: sed putrefit membrum. ¶ Et ex hoc patet: quid sit putrefactio. ¶ Corrodens dicit esse illud q͛ quidem propter acuitatem quam habet resoluit humidum mēbri sic q͛ propter solutionem membri minuitur de substātia carnis ⁊ ip̄ʒ ulcerat. ¶ Illud aūt q͛ facit per ambulationē in membro facit propter sui acuitatē ⁊ subtilitateʒ propter quā perambulat ī membro: ita q͛ in mēbro facit venire seperationē in cōtinuitatē ipsi͛ plurimi numeri ⁊ situs inordinati ⁊ pauce quātitatis. Unde nulla istarum solutionū ē sensibil' singulariter: ⁊ ideo perambulatio in membro n̄ est solutio continui manifesta: sed insensibilis ⁊ occulta qualem solutionē continui facit illud q͛ mordicat ⁊ facit pruritum. sed in corrosione ē solutio continui sensibilis ⁊ manifesta. ¶ Et io nō bene q͛ quando humor est mordificatiuus multe subtilitatis tunc in membro fit perambulatio absq͛ cōrosione: ex quo patet differētia inter vlcus putridum corrosiuuʒ ⁊ perambulatiuū ⁊ non econtrario: ⁊ hoc pʒ de mente Auicē. i. ca. de formica: vbi dixit: quedā ē species formicaꝝ que ē ambulatiua ⁊ corrosiua. ¶ Postq͛ facta ē mentio de speciebus vlceris: ficnda ē mētio de malignitate eorum. Ulcera ergo dura ⁊ incipientia ire versus viriditatē ⁊ nigredineʒ sunt mala q͛ arguimus ex isto mortificationeʒ caloris naturalis ergo malum: ¶ Et vlcera frigida sūt molia alba ⁊ quiescentia sunt propter medicinas calidas: q͛ ex illis iuuantur. ¶ Et vlcera calida declināt ad rubedinē: delectant̄ autē frigore: q͛ ex isto iuuant̄: quia omnis immoderata discrasia leditur a suo simili ⁊ iuuatur a suo ɔ̄rio dicitur secundo tegni. Et quādo in vlcerib͛ malis associatur color corporis malus: sicut albus rubeus vel citrinus: tūc illud est significās sup cōplexionem malam ipsius sanguinis. Cum ergo venit ad superficiem vlceruʒ in carnē nō conuertitur sed in saniem: quare ē difficilis consolidatiōis Et vlcera quoꝝ basis acuta ē in membro superfluitates: idest humoris superfluitatis: ex quib͛ fiunt acuti: ⁊ tales in loco sunt apti facere pruritum sine acuitate. ¶ Et vlcerum quoꝝ basis est lata in membro humores ex quibus fiunt grossi ⁊ albi: ⁊ istorum complexiones sunt frigide: et sunt sine pruritu ¶ Ulcera etiam generata ⁊ successione egritudinum: quia per viam crisis etiam sunt mala: quia natura illuc trāsmittit totum residuum materie que primo malum faciebat: Et vlcera etiam in quibus cadunt pili sunt mala: quia arguimus nimiam humiditatem: que nō regulatur a natura quia putrefit ⁊ cadunt pili. Et dicitur in ca. de signis mortis: in secundo pronosticoꝝ insunt huiusmodi apostemata: ⁊ vlcera leuia ⁊ destruitur eius ratio et moritur. ¶ Et hoc ē verum de apāte existente p viam crisis: cum autē diminuit̄ destruitur ratio ⁊ moritur: quia materia que erat ad extra transmissa currit ad intra: ⁊ ista membra intrinseca q̄rit quare moritur. Cū videris etiam vlcera proicire ⁊ consequenter videris ipsa exiccari arguas mortem. ¶ Alchi. in istis duobus canonibus ⁊ signis prenotatis vt patet de mēte Ga. secūdo ꝑnosticoꝝ: ⁊ malignoꝝ etiam vlcerum: quedam sunt difficilis ɔsolidationis: ⁊ illa que obuiant superfluitatibus malignis corporis: aut regimine malo ⁊ corrupto: ⁊ vlcera q̄ sequuntur pustulas malas sūt mala. q͛ materia ipsoꝝ ē mala ⁊ venenosa. Et nō q͛: putrefactō ⁊ ābulatō arguit malignitatē ulceꝝ pʒ ex causis dictis: cū posui differētiam inter ista ⁊ illic vide. Et meliores significationes significantes dispositionem vlcerum sunt cum successione eorum sanies alba fit. Et ratio: quia non generatur nisi ex opere nē g° bonum: quia materiam illuc currentē natura superat. ¶ Et quia sanies ē alba: vt patet de mēte G. secūdo ⁊ vltimo comēto: vt dictuʒ ē superius. Quare vult nobis insinuare duo Auicē. in qua parte: dixit autem vlcera q̄ faciunt accidere spasmum vnum ē q͛ sūt vlcera timorosa ratōe malitie ⁊ pessimitatis ipsorum: ⁊ cū hoc vult ostendere que sunt timorosa ⁊ suspecta rōe mēbroꝝ in quibus fiunt talia vlcera. Ulcera timōsa ⁊ suspecta ex pessimitate ⁊ malicia eorum sunt vlcera putrefactiua scrophulosa cōrosiua cancerosa ⁊ vlcera algeromati: idest philosophi qui talia curabat: ⁊ que eorum cursu currunt. ¶ Ulcera etiam molestia ratione membrorum in quibus fiunt: sunt vlcera que fiunt in membro ad que spasmus aptus est consequi aut permixtio rationis: aut accidens illud malum propter q͛ timet̄ de morte sicut sunt vlcera frigida in membris neruosis: sicut in parte inferiori anteriori ⁊ posteriori ⁊ in aliis locis neruosis sicut sunt lacerti ⁊ capita eoruʒ ⁊ specialiter in parte posteriori in q̄ ē timor maior rōe pluralitatis neruoꝝ ⁊ ligamentorum principalium membrorum secundum Auicen. est significatio per quam cognoscimus continuitatem ⁊ rectificationem istoruʒ vlcerum ⁊ malitiam ⁊ timoreʒ mortis ī eis. ista autem signa sunt duo: vnum est q͛ sumitur a saniē. ¶ Nam quando est generatio saniei ⁊ continuatio ipsius laudabilis est signum bonum: quia ē signum q͛ talia vlcera rectificantur ⁊ tūc non ē timor de aliquo accidente ¶ Aliud ē signū sumptum ab apāte: vel timore existente in partibus adiacentibus vlceri nā quando apparet ē signum bonuʒ si sit pseuerās: qn̄ autem in ulceribus istis non apparet tumor: immo remanet cruda ⁊ indigesta: neq͛ in partibus circūadiacentibus apparet immo apparent labia de tumefcā tūc timere dēs de spasmo. ¶ Si tumor appʒ ⁊ subito dispareat timō erit aut ēt expectabis spasmū aut ꝑmixtionē rōis aut mortē. Un̄ p̄cere pōt q͛ si tumor vl' sanies dispareat q͛ materia ista q̄rit interiora ⁊ a natura n̄ regl'at̄. vn̄ sequūt̄ p̄dicta accn̄a. Si sanies laudabil' appareat signū ē q͛ materia regl'at̄ ⁊ n̄ q̄rit interiora ⁊ nō sequūt̄ accn̄a. et v̄ba ista s̄t Ypo. 4. p̄ticula affo: Quibuscunq͛ tumōes ī vulnerib͛ apparēt non vl'de spasmāt̄ l' isāiāt̄. his v̄o disparētib͛ repēte

quibusdam ꝛ cetera. Et intelligitur hoc de apostemate adueniente in locis ualde neruosis ꝛ habet uerum nisi tumor sit ualde magnus. Et hoc est q̄ dicit Auicē. nisi res pertransierit terminū qꝛ si fuerit multe quātitatis:non solum generatˀ apostema:sed etiam dispergitur ad intra et fit spasmus. Et Ypo. in affoꝛismo allegato dixit ñ ualde spasmatur ꝛ declarationē illius uides a Ga:in comento illius affoꝛismi: Et cōsequēter dicit Auicē. si ulcera accidūt in mēbris neruosis tmoꝛ est de cursu sanguis ꝛ clarꝫ ē. ¶ Et si acciderit immediate inferioꝛ extensionis: qꝛ immediate mirac:qꝛ ibi sunt multe uene sequitur iste fluxus sanguis. Aliqui dicunt accidunt fluxus sanguis p inferioꝛa:qꝛ materia debet fluere ad extra ſunt ad epar ꝛ intestina:ꝛ ideo causatur fluxus ꝛ in isto casu timetur permixtio rōis. Et hº est:quia ista materia deriuatur ad cerebrum per neruos sic terminantes:ideo sequitˀ pleuresis et saniositas ꝛ sputū sanguis ꝛ hoc totū declaratur in li.3º ꝛ timetˀ etiam permixtio rōnis omīa ista nō sunt:ideo ea ñ declaro nisi isto modo:qꝛ aut illa materia habet ingressum:aut ad ptem superiorē ꝛ sic causatur spasmus ꝛ permixtio ratiōis aut ad partes inferiores ꝛ sic causatˀ fluxus: aut habet regressum ad partes medias ꝛ tūc causatˀ sputus uel pleuresis uel saniositas.

¶ Caᵐ primū de diffinitione ulcerum.

SEquitur modo de cognitōne ulcerꝫ facilis ꝛ difficilis cōsolidatōnis ꝛ curationis. Et dico q̄ si in ulcere aliquo ceciderint pili ꝛ oriantˀ consequenter signuꝫ bonū ē. Et cā est qꝛ pili non cadunt nisi ꝑpt magnam humiditatem. ꝛ malam coꝛrumpentē radicem piloꝫ. Si ergo pili renascuntur arguitˀ consumptio illius humiditatis ¶ Et nō q̄ coꝛpoꝛa susceptiua curationis ulcerꝫ sunt illa:que sunt melioꝛis cōplōis ꝛ paucioꝛis humiditatis superflue ꝛ cū bōitate digestionis ꝛ regiminis ꝛ hoc ē ita clarꝫ q̄ alio mō non declaro. ¶ Ulcera autē que sunt multe humiditatꝭ aut siccitatis sunt tarde suscipiētia rectificatiōes ꝛ rō:qꝛ nimia hūiditas pꝛohibet generationem carnis ꝛ ēt nimia siccitas. Et ꝑpter hoc cōpoꝛa senū sunt difficilˀ ꝯsolidatiōis:qꝛ hūiditas naturalis deficit in eis ex qua generatˀ caro ꝛ coñter cōpoꝛa pueroꝫ:qꝛ supfluit multa humiditas: et ꝑpter hoc cōpoꝛa idꝛopicoꝫ sunt difficilis consolidationis si ulcerentˀ. Et in pregnātibꝰ ulcēa sunt difficilˀ cōsolidationis si ulcerentˀ ꝑpter retētōnē humiditatis supflue:declaratˀ mō quedā accñā q̄ accidūt ulceri. Et dico pꝛio q̄ multotiens sanantˀ ulcera:deinde reiterato redeūt ꝛ rō est:qm̄ generatur caro añ mūdificatꝭ: cum ergo remanet supfluitas ñbene euacuata:opoꝛtet necessario ulˀ secūdario ut locus aperiatˀ ꝛ assignatˀ ¶ Secūda cā ab Auicē:qꝛ multotiēs ꝑpter foꝛtē medicinā exiccantem hūiditatem ulcerꝫ q̄ ex ꝓfundo ueniebat ꝛ mō non uenit:ꝛ ptes ulceris sunt quasi munde putatˀ q̄ ulcera sint quasi sanata sicut accidit in fistulis. ¶ Sed qꝛ malicia ē in carne uel in membꝛo impꝛessa remota non ē immo remāsit ꝛ accidit q̄ postea postq̄ libet leuem causam q̄ partes que unite non erāt rescindunt ꝛ tunc redit ulcus sicut prius ꝑpter putrefactꝭ.q̄ facit seperat partes ꝛ distiguit adinuicē ¶ Et nō q̄.in quibusdam ulceribus generatur caro mala ꝑpter appꝛoximationem medicīe generatiue carnis ante mundificationem in ulceribus que antiqua sunt pꝛopter antiquitatem peruenitur ad coꝛruptionem ossis:ꝛ non possumus remouere ulcera illa nisi os remoueatur necesse est cicatricem concauam remanere ꝛ affoꝛismi. Ypo. sexta perticula. ¶ Ulcera quecunq̄ annua sunt necesse est os omitti ꝛ cicatrices concauas fieri. Et ratio assignatur:quia ossa sustinēt musculos ꝛ carnem cum remouentur ossa ¶ Labia cadunt ꝛ tunc necesse ē cicatricem concauam remanere ¶ Et assignatur alia causa in aliis ulceribus:quia loco ossis ut dicit Galienus tertō tegni:generatur poꝛus sarcoꝛides tempoꝛe modo pꝛecedente ꝛ ipso existente iam exiccato remanet cicatrix concaua:ꝛ ex hoc patet quanto plus de osse remouetur tanto cicatrix remanet maioꝛ ut est uidere in fractura cranei : in qua frustra ossis tolluntur. Et ulcera melanconica sunt q̄ habent carnem scliroticam ꝛ induratam usquē ad os ꝛ non sanantur nisi caro remoueatur usq̄ ad ossa sana:ꝛ tunc cicatrix remanet concaua. ¶ Nota etiam q̄ ulcera efficiuntur difficilis cōsolidationis ꝑpter debilitatem uirtutis:queˀ ñ est nisi ꝑ malam complexionem:quia ē instrumentum eius uirtutis: aut pꝛopter malitiam sanguinis que est duplex:scilicet ratione qualitatis eius:aut quantitatis:ꝛ utroq̄ modo impeditˀ consolidationem:ut estˀ notum : in qualitate cognoscitur peccatum eius per coloꝛem:uel ex coloꝛe: scilicet coꝛpoꝛis albo cinericio pallido citrino plumbeo lacteo ꝛ sic de aliis quare dispositio epatis est mala. In quantitate cognoscitur:quis nimis additur de sanguine in loco:aut parum q̄re impeditur consolidatio. ¶ Et nota q̄ si fuēit ulcus clarum ꝛ mundum ꝛ pꝛeparans ad escarā quia ad cicatrizationē ꝛ non consolidatur : tunc arguis q̄ hoc totum pꝛouenit ex paucitate sāguinis ¶ Et ulcera sunt difficilis consolidationis q̄ sūt ulcera dura:cuius durities apparet ī labiis aut circa ea. Et ulcera ēt que accidūt ī locis ad q̄ terminantur uene late sunt difficilis cōsolidationis eo quia ad locū sꝑ transeunt supfluitates pꝛohibentes consolidationem ¶ Et ulcera etiaꝫ q̄ sic se habent q̄ locus in quo sunt est tenebꝛosus aut niger aut uiridis sunt difficilis cōsolidationis:ꝛ ratio est: quia consolidatio fit per unionem partium quanto ergo partes distant magis minus uniuntur. ¶ Cum ergo in figura rotunda magis distentˀ:uidetˀ q̄ minus debeant uniri ꝛ sic tardiꝰ ꝯsolidari uidētˀ Et aliq̄ ulcēa sūt īfficientia infātes ꝑptˀ uehemētiam dolōis:Et rō qꝛ

corpora infantium sunt resolubiliora q̄ʒ cōpora alior: qꝛ spūs sūt subtiliōes ꝛ resolubiliōes igit̄ citius sequitur casus virtutis ꝛ mors.

¶ Capitulum 2m de exiccatione vlcerum.

Scias q̄ oīa ulcera indigent exiccatione quadā p̄ter vlcera facta ex attritōe lacertoꝝ ꝛ ipsoꝝ cōtussione: ista enim ut dictum ē i primis indigēt ut mollificēt. In isto āt canōe posito ab. A. nobis īsinuat̄ q̄ generalis īdicatio curatiua ulceris sumitur ab exiccatione ex quo pꝫ q̄ medicīe q̄ debēt approximari vlceri ut ulcus ē debēt esse sicce. ¶ Et rō ē qꝛ in omni vlcere iūgit̄ quedā humiditas q̄ ꝓhibet ꝯsolidationē in vlcere: vt g° fiat ꝯsolidatio: oportet exiccare ipsaꝫ. ¶ Ex quo patet q̄ principalis intentio vlcerū curatiua est partes dissolutas consolidare: licet tñ in ope prima sit exiccare deinde vnire: qꝛ ad desiccationē sequitur vnitio: ꝛ licet in omni vlcere ꝯueniant sicca nō ꝯueniūt sicca: qꝛ malā complexionēꝫ in corpore existētem remoueantsed quia remouean aliquam humiditatē in vlcere ꝓhibētem consolidationem nō inducentē tamen malā complexionē huidā. ¶ Sed dubitat̄: quia Auicē. nō dixit q̄ omnia vlcera indigēt absterstione quadā sicut dixit exiccatione cum dictū sit superius in principiis ca. ꝛ ēꝭm. Ga. in 3°. de ingenio sanitatis ꝛ in vlcere generat̄ duplex humiditas vna subtilis ꝛ alia grossa: subtilis indiget exiccatiōe grossa absterstiōe. Respondet̄ q̄ oīa vlcera indigēt exiccatione ꝛ non dixit absterstione. ¶ Nam hic Auicē. loq̄bat̄ de intētione vl'i que ē ad vlcera in q̄ʒm ulcus est solutio ꝯtinuitatis: nunc āt exiccatio est magis ul'is ꝛ generalis q̄ʒ absterstio: licꝫ enim generet̄ ista duplex humiditas inq̄ʒtum g° sunt superfluitates superflue īdicāt desiccari debere: sed nō indicāt nisi vna istaꝝ debere abstergi: ꝛ patet. ¶ Alia causa ē qꝛ Auicē. loquitur de intentione curatiua q̄ generalis est solutio ꝯtinuitatis capiēdo solutionem tā ꝓ vlcere q̄ʒ ꝓ vulnere: quia ergo exiccatio ē ꝯueniēs vlceri ꝛ vulneri: vt patet ex dictis ꝛ absterstio nō est ꝯueniēs nisi vlceri. Hinc est q̄ dixit oīa vlcera indigent exiccatione ꝛ nō absterstione. ¶ Et nōre debes q̄ Auicē. signāter dixit q̄ oīa vlcera indigēt exiccatione quadā: vt ostendēt nobis q̄ vlcēa nō indigent exiccatione equali: sed aliqua indigent vna exiccatione alia maiori exiccatione: ꝛ alia minori. Secundum g° complexiōes materiales membri: variant̄ ꝛꝭm quod est necessaria maiō vel minor exiccatio vt ē notū. ¶ Circa illud q̄ dixit facta ex ꝯtusione ē nom. q̄ oē vlcus ī q̄ʒm vlcus indiget exiccatione. sed qꝛ vlceri aliquando ꝯiungit̄ aliqua dispositio secū sicut grā exēpli contusio: hinc ē q̄ rōe huius ipa aliquotiēs indicat de contrario vlceri: vlcus indicat de exiccatione. ¶ In q̄ʒtum āt secum ꝯiungit̄ cōtusio indicat de humectatione: qꝛ vt patet 4° de ingenio sanitatis. ¶ Omne ꝯtusum necesse ē putrefieri ꝛ in saniem ꝯuerti: putrefactio ꝛ sanatio habet fieri p humida. ¶ Secunda cā ē: qꝛ cause q̄ mollificant ꝛ humectant sunt maxime sedatiua doloris ꝛ resolutiua humoris contusi ꝛ contriti. ¶ In hoc āt loco oportet ꝯsiderare de contusiōe ꝛ attritione: vt ꝯsideratū fuit in tractatatu de cōtusione. ¶ Et sic patet q̄ ꝯtusio est accidēs coniunctum cum vlcere q̄ indicat oppositū vlceris patet hoc: qꝛ cum vlcere sepe ꝯiungunt̄ male cōplexiones sicce. Illa ergo indicat de sui remotōne tāq̄ʒ res preter naturalis: qꝛ oīs talis indicat de sui remotione ꝛ cū indicat hoc nisi propter sui ꝯtrium. ¶ Et per ꝯsequens aliqua sunt vlcēa que indicāt de humectatione nō tamē q̄ʒtū sunt vlcera: sed qꝛ iungitur secum illa talis dispositō. ¶ Dixit ꝛ Auicē. indiget quandoq̄ʒ dispositionibus aliis ꝓ quo notes q̄ vlceri quādoq̄ʒ ꝯiungitur sordicies ꝓpter quā indicat̄ q̄ vehemēs debet fieri absterstio ꝛ in ulcere in quo est mala cōplexio cal'a indicatur: q̄ ista debeat remoueri cū frīs. iste sunt indicationes que sumunt̄ a rebus iunctis cū vlcere ꝛ istarū dispositionū q̄ coniungunt̄ cum vlcere quedam sunt q̄ cum vlcere pn̄t curari sicut si cum vlcere iūgat̄ mala complexio calida. ego possum remouere cum frigidis ꝛ exiccare locum cum siccis frigida ergo ꝛ sicca hoc faciunt. Quedā sunt q̄ non possunt remoueri cū vlcere sed debent remoueri cum remouentibus propriis sicut si cum vlcere iungatur fluxus humoꝝ. Primo ꝓhibeamꝰ fluxus hūoꝝ: deīde curamus vlcus ꝛ ex hoc patet expositio textus. A. ¶ Et subdit Auicē. q̄ quanto vlcera sunt ꝓfunda īdigēt maiori exiccatiōe: ꝛ patet qꝛ ad locum plures hūiditates currunt ꝛ ēt qꝛ debēt hūiditates que sunt in ꝓfundo exiccari: hoc āt nō pōt fieri nisi a forti medicia. posuit ēt aliū canonē i q° valde ꝯsiderare oꝫ ꝛ ēt q̄ fortasse ē necesse suere locū. Pro quo nō q̄ si vulnus fuēit latius ꝛ ñ ꝓfundū sicut si a costis eēnt illi musculi seperati s. superiores ꝛ cum hoc superfluitates nō essent multe nō possumus suere: qꝛ rōne paucitatis humiditatis superflue citius locus incarnatur ꝛ fui expertus in vno q habet multos musculos acostis seperatos: raro tñ accidit iste casus. ¶ Si tñ locꝰ fuerit strictꝰ nullo° suimꝰ. ¶ Si āt latū fuēit vulnꝰ ꝛ ꝓfūdū ꝛ cū hoc hūiditas pauca: nō dēs suere: sed debes partem adinuicem vnire ꝛ cum ligatura manutenere. ¶ Et nota q̄ iste modus vtilitatem magnam tibi faciet in vlceribus multis. ¶ Si autem in hoc casu humiditates essent multe non sis ausus incarnare nisi cum cautela ne pars superior incarnetur ꝛ pars inferior non ꝛ tunc necesse est incidere puncta ꝛ locum de nouo aperire. ¶ Et nota q̄ illa sunt vlcēa in quibꝰ est modica deperditio carnis. ¶ Si autem multa deperditio carnis esset non possit fieri aliquo mō bōa īcarnatio: ꝛ iō ꝯsidera bene si sit necesse suē bñ: aut sit necesse ptē cū pte retinere ꝛ manutenere. Et dico h° notāt̄. q̄ ñ oīa q̄ accidūt vlcēi pn̄t scribi: iō ex te ꝯsidera multa. Et dēs scire

q medicine ɔuenictes vlceribus istis ꝓfundis debēt eē liquide vt possint melius ad locuꝫ penetrare. ¶ Et magister Thomas de pigano hoc totū faciebat cū aquis distillatis ponebat ergo res exiccātes in elembico ꝛ distillabat cū liquore sibi apparente ꝛ ponebat in loco. Alii vt dinus faciunt istas res bulire ꝛ bulituraꝫ illam apponunt ꝛ cum hoc tamen oportet q iste medicine sint vincentes humiditatem in ꝓfundo existentem vlceris aliter nō fieret exiccatio ꝛ cuꝫ hoc est necesse aliquotiens vt iste medicine permisceantur cum aliquo liquore ꝛ efficiant magis viscose ꝛ magis adherentes loco. Vñ plus miscetur cuꝫ cera ꝛ oleo ut melius adhereat loco per hunc modū ꝟtus enim permanet melius ad ꝓfundum ꝛ ꝓfundius penetrat: hanc sententiam habetis quarta primi 2°. ca. in fine. Et multotiens est medicina vehementis operationis ī permutando complexionem ſi ꝓpꝰ sui subtilitatem nō remanet donec suam ꝑficiat operatōnē.

¶ Et est ergo necesse aliquotiens permiscere aliquid quod ipsum inspisset ꝛ retineat: sicut cū oleo de balsamo admiscemus ceram. Et nō q sicut dicit Auicē. ligatura fit per tres modos dictos in ca°. de ligatura ꝛ hic non recapl'o oportet ergo vt ligatura non sit dolorosa: sed debes incipere a parte patiente ꝛ sanam consequenter possidere ut fit ī fracturis: tal' ergo ligatura stringit meatus ꝛ ꝓhibet materiam ad locum transire: oporter tamē q in istis operationibus ꝓhibeas apostemationē q̄tū potes qm̄ nō est possibile q cum apostemate vlcus cureẗ: vt dictum est satis in ca°. de vlceribus. Et si nō esset possibile vt cures ipsum vlcus sis occupatus cū apostemate ꝛ cures ipsum cum obseruatis vlceris ꝛ curato apostemate cures vlcꝰ ꝫ neccitatē eius

¶ De cura vlceris

In cura omnium dicendoꝝ istoꝝ quattuor ɔēs habē intentiones. Prima ē vitā ordiare Secūda ē materiā añtem euacuare Tertia ē dispositiones rectificare. s. accñā secū ɔiuncta remouere. Quarta ē reliquā dispositionem corrigere. Prima intētio ɔpletur cum cibariis bonis ꝛ bono vino q̄ omnia bonuꝫ sanguinem generant ex quo sequiẗ bona ꝛ cita generatio carnis. Secunda intētio ɔpletur cū euacuatōnibus factis cū flebotomia vel cū diuersione vel cū medicina solutiua ꝟm necessitatē oīum istoꝝ ꝛ tu ex te ɔsidera: qꝛ difficile esset omnia narrare ꝛ scribere ꝛ quomodo fiat diuersio et ꝓhibitio humorum satis dictum fuit in tractatu de apostematibus ꝛ omnia ista in principio vlceris cū occurris ꝺbes ɔsiderare ꝛ isto neglecto cura est nulla. Tertia intētio ɔpletur ꝟm necessitatem accidētium quē secum ɔiunguntur ꝛ secundum naturam eoꝝ. Cura vlceris apostēo si in curando vlcus dicit Auic. q oportet vt tu ꝓhibeas ne fiat apā quoniā nō est possibile cū apāte vt tu cures vlcus: ideo cura ipsuꝫ curatōe sua tamen cum obseruatione vlceris. Et pro cura huius recurre ad illa que dicta sunt in ca°. de vlceribus ꝛ apostematibꝰ: qꝛ cura eius illic fuit posita ꝛ narrata: ideo hic non recapitulo. ¶ Et subdit Auicē. q quādo corrumpitur aliquid: q fit in circuitu vlceris: quia nigrum sit aut viriđ tunc cura ipsum ꝛ remoueas talem nigredinem ꝛ viriditatem cum scalpelatione ꝛ extractione sanguinis cum ventosis vel sanguisugis deinde appone spōgiā siccāꝫ postea mediocriter exiccatam ꝛ postea medicinam exiccatiuam. Cura vlcerisᵃ puri. Si videris vlcus fore purū: qꝛ non sit aliquod accidens iunctum secū tunc oportet vt tu ɔsideres in primis si aliquid a corpore effunditur cures ipsum secundum necessitatem sui. Si matēia fuit ad locū aut cū flebotōia aut cum solutis ventris aut vomitu aut cuꝫ aliquo alio deinde locum ɔsolides ꝛ illa est cura.

¶ De cura ossis corrupti.

Cura ossis corrupti ꝛ si in vlceribꝰ fuerit os corruptū nō prepares te ad extrahendū ipsum violenter: sed fac illud q dictum ē in. ca. ossium ꝛ in fine ca. ꝓprii de extractōne ossis ꝛ capituluꝫ faciam de illo illic dimitto. Et consequēẗ Auicē. fen. tertia ponit q primum orificium sit apertū ut saīes possit exire ne causeẗ fistula ꝛ scīdē est vtile: si oportet ꝟm q sanies sit mundificata ꝛ remota ꝟm necessitatem sui. Tertium consequenter q hoc facto consolidetur locus ꝛ si inveneris vlcus mundum equale q nō habeat ꝓfunditatem tunc conuenit consolidatio cum eo q non habet mordicationem: ꝛ canon clarus ē ꝛ patet ex sequenti. ¶ In sordidis vero ē necesse abstergens mordicans ꝛ in primis cum curatur indiget mordicatione propter sordicieꝫ ꝛ membrum non sentit in principio ratione multe quātitatis sordiciei ꝛ consequenter gradatim deueniatur ad illud q est leuioris mordicationis et est notus canon. ¶ Et debet fieri donec videat nascentia carnis ꝛ in oībus istis caue ne inducas dolorem q̄ᵐ tibi est possibile ꝛ specialiter si in loco fuerit mala complexio caīa. Cura generalis omnium vlcerum ꝛ summe nōre debes q si cum vlcere coniungatur aliqua dispositio alia ꝛ aliquod aliud accidens tunc primo cures dispositionem istam aliter autem vlcera nunq̄ꝫ cōsolidarentur immo nō erit tibi possibile nisi illa primo remoueanẗ ꝛ multotiēs sufficit in vlceribus rectificatio sola male cōplexiōis. ¶ Cura vlceris cū carne addita ꝛ fortasse oritur caō mala: quia est necessarium vt corrodatur cū medicamine acuto ꝛ liniatur de foris cū frigidantibus deinde remoueatur escara ꝛ cureẗ. ¶ Et que sunt medicine remouētes carneꝫ malā sepe dictum est: ꝛ ideo recurre ad capi. ꝓprium in tractatu de vulneribus. ¶ Cura vulnerum cuꝫ dolore. G. p totum clamat q nichil magis exacuit q̄ reuma dolor ꝛ cū hoc impedit ꝟtutē nō quia ipam ꝓsternat: sed qꝛ impedit rectam operati

onem. ¶ Et ideo precipit. A. ꝙ in vlceribus do
lorosis que sunt vehemētis doloris vt sis occu
patus in primis in sedando dolorem ⁊ illud fit
cū mollitiuis q̄ tu proculdubio scis: ⁊ q̄uis ista
sint cōtraria vlceri: verūtamē nisi sedetur dolor
nō curatur ulcus. ¶ Et capitulū habuistis de me
dicinis sedantibus dolorem: quare non recapi
tulo: ⁊ vt patet per Ga. sexto de simplici medici
na. ⁊ idem ponit Serapio. Medicine sedantes
dolorem ⁊ iste sedant dolorem proprie que rēo
uent dolorem in quantum dolor. ¶ Alie sunt re
mouentes dolorem qr remouent causam dolo
ris: vnde si dolor fit a causa calida rēouetur cuʒ
frigidis: et si fit a causa frigida remouetur cū ca
lidis. ¶ Et iterum sedantes dolorem sunt dupli
ces: quedam sedant dolorem non proprie sed p̄
uant membra a sensu ratiōe cuius non sentitur
dolor: quedam sunt que sedant dolorem qr for
tificant calorem naturalem: ex cuius fortificatio
ne membruʒ magis repugnat rei nocive: ⁊ ideo
sedatur dolor. ¶ Et nō ꝙ vlcera sordida indi
gent et mundificentur et sunt ista quorū humidi
tas est plurima. et fortasse mundificatur cū mel
le: ⁊ fortasse cū vnguentis qr cū vnguento apo
stolorum: uel cum vnguento viridi: vel cum pul
ueribus ⁊ non est possibile vt mūdificatio fiat
bona cū pulueribus: si concauitas fuerit profun
da: quare primo mundificetur: deinde generetur
caro mala remoueatur ut dictum est: ⁊ liniatur d̄
foris cum infrigidantibus. ¶ Et scire debes ꝙ
alique medicine sunt carnis generatiue ī aliquo
loco ⁊ in aliquo nō qr sunt corrosiue. ¶ Et sci
tum est illud ex his que dicta sunt in capitulo d̄
medicinis generantibus carnem quoniam medi
cina vna potest eē sicca in primo vni: et alteri in
tertio: quare sequitur prepositum ex habentis. ⁊
hoc patet ꝙ aliqua medicina in vno generabit
carnem. Et in alio humiditatem qr respectu vni
us erit sicca ī primo. ⁊ respectu alterius corporis
erit humida. ¶ Quare dixit. A. ꝙ oʒ ꝙ medica
men illud confortetur. i. temperetur cum medica
mine alio secū permisto per hunc modum: vnde
si medicina fuerit abstersiua ⁊ volumus ipsaʒ ni
mis abstergere debemus approximare parum d̄
ea aut debemus permiscere secū de re vnctuosa
vel de alia re opposita. ¶ Unde quando volumꝰ
diminuere virtutem aluminis parum ponimus
aut secum permiscemus de bolo ar. ⁊ si sint alij
pulueres permiscemus secum oleum et ceram ⁊
facimus vnguentuʒ. ¶ Itē etiā si medicina vna
nimis exiccaret debemus secū permiscere de hu
miditatibus secūdum necessitatem permistiōis
⁊ naturam complexionis et vlceris. ¶ Et ita eti
am si medicine fuerint nimis humide: nos debe
mus approximare res siccas intensas vel remis
sas fm necessitatem loci. aut etiaʒ pondus minu
atur: ⁊ summopere debes notare ꝙ anteq̄ꝫ permu
tetur medicamen dimittatur per tres dies anteq̄ꝫ
te permittes ad aliquid aliud medicamē qr vir
tus eius non poterit manifestari in paucis diebꝰ
quare permittatur operari per tres dies mutādo
⁊ remutando bis aut ter aut semel in die secūdū
necessitatem. ¶ Et oʒ vt ab vlceribus elongetꝰ
oleum: quoniā oleū in quantum oleuʒ nocet vl
ceri eo qr humidū est. ¶ Ulcera autē nō indigēt
nisi siccitate in quantum vlcera. ¶ Et si oleū fue
rit necessariū tunc olea sicca ⁊ stiptica conueniunt
vt oleum myrtinum rc. ⁊ sic de alijs qr ista sūt
stiptica et sicca. ¶ Et cū vlcus est in membro. sē
sibili prohibeas quantum potes ne approximen
tur res dolores causantes qr dolor ꝓsternit vir
tutem ⁊ causat apostemata. ¶ In illo āt ꝙ rē pau
ci sensus non abstineas a medicina necessaria qm̄
non est timor de re aliqua qui necessaria opera
tione eius non curetur. ¶ Nota bene ꝙ mēbra ī
trinseca non sufferunt eas fortes: sed vlcera sint
sicut nos eris ⁊ ei sitia ⁊ ratio est īpromptu.
¶ Et ex hoc patet ꝙ medicine que per clistere ap
ponūtur sunt inter medicinas que ad ītra appro
ximantur et pꝫ hoc totum ostenditur modo que
sunt illa quibus oʒ caueri in curatione vlcerum.
¶ Et de illis que recta sunt in curatione vlcerū
est ut quieta sint mēbra vlcerata ⁊ non moueat.
¶ Et nota ꝙ motus prohibet consolidationem
quia est causa cursus materiei ad locum. ¶ Et
si mouentur in principio paruo motu minus no
cet q̄ꝫ si post principium nimis laboriose: ⁊ hoc
non est dicere nisi qr melius ē ꝙ semper parum
mēbrū moueatur a principio vsq̄ꝫ ad finem ꝙ
non moueat a principio: imo quiescat per aliqu
os dies ⁊ non moueatur subito: ⁊ hoc in corpo
ribus malorum humorū. ¶ Et ut Hypoc. dicit
tertio de regimine acutorum qr oīs subita muta
tio nocet. ⁊ oʒ ēt vt caueatur ex vlceribus que ca
dunt ex uicinitate eorū sicut accidit inter duos si
cut coxa et ventre vt sepe vidi. ¶ Et notare de
bes ꝙ cauerne ⁊ abscensiones sunt velocis con
uersionis ad fistulas: vlcera vicinantia venis ⁊
arterijs. ¶ Magis ducunt ad aīa illud qd̄ uici
natur eis d̄ carne molli sicut testiculi ⁊ sub ascel
le quod est post aurem: ⁊ si scabies fuerit et vl
cera in aliquo loco istis ꝓpinquo ducunt ad a
postemationem hec loca et est notum ex experi
mento et hoc est verum vl' corpus nō fuerit mū
dum: imo plenuʒ humoribus malis et dolor fu
erit in vlcere: ⁊ clarum est quare dixit Auic.
¶ Et opportet ꝙ curetur vlcus cum mundifica
tis corporis: ⁊ cum his que dicta sunt in capitu
lo proprio. ¶ Et oportet ut audias sermonem
istum per hunc moduʒ ex quo poteris cognosce
re si medicamen est cōueniens qr illud ꝙ appo
nitur vlceri vel conueniens est vel inconueniēs
¶ Et conueniens est illud cui non associatur no
cumentum aliquod. ¶ Et ideo signum est ꝙ cō
ueniens est. ¶ Inconueniens est quando medi
camen approximatur et nocumentuʒ sequit: ⁊ sic
de aliis ex te cogita in illis diligenter sicut ī ca
lefactione ⁊ īfrigidatiōe exiccatiōe et resolutōe.
¶ Et nota ꝙ medicina multotiēs ñ ē ꝓuēiēs. ꝓ
pterea ꝙ ꝓp'o mēbri vl' īfirmi ē superflua ī ca
lido quia oportet: ꝙ medicamen illud sit fortiꝰ
in trahendo membrum ad complexionem suaʒ

Cura vlcer difficilit curabilium rõe male ꝓpetatis: Auic. dixit q hec ulcera non sunt putrida neque corrosiua neq ambulatiua: sed sunt vnius dispositionis plana: clauduntur enim ⁊ sepe aperiũtur ⁊ in hoc sunt necessaria medicamina cum proprietate fortiter desiccantia: sicut sũt scoria eris flos eris adustus ⁊ scorie ferri: glutinus auri colcotar dragantum cum alumine ⁊ galle non prohibent materiam uenire ad locum ¶ Et nota q de istis facis cerota ⁊ vnguenta ¶ Ga. in quarto cathagenorum a quo accipitur vna forma quam Auicē. ponit et eam cõfirmat. ℞. climinie aluminis glũtinis auri. añ. partes duas: florum eris corticum eris usti. añ. partem vnã gumi cipressi partes. iii. cere olei ro. aut mirtini. añ. quãtum sufficit: ⁊ fiat vnguentum ¶ Postq̃ dispositio repugnans cõsolidationi fuerit iam remota et rectificata curãtur nec plus nec minus sicut curantur vlcera concaua in quibus est deperditio carnis: scilicet cũ abstersiuis uel exiccatiuis et generantibus carnem ⁊ sigillantibus secundũ necessitatẽ loci.

¶ Capitulum tertium de vlceribus virulẽtis.

Debes scire q vlcera virulentia a corrosiuis nõ differũt nisi secundum magis ⁊ minus. ¶ Nam in principio vlcera dum emittunt virulentiam: ⁊ in ꝓcessu dicunt virulenta ¶ Postq̃ autẽ augetur eius ⁊ Auicē. Et corodẽdo augmẽtatur corꝑ malicia ⁊ acuitas ⁊ augmẽtantur corodendo ⁊ ꝓcedit capacitas ⁊ escaria dicuntur corosiua ⁊ si ꝓcedit hinc inde in carne non multum ꝓfundãdo dicuntur ambulatiua. ¶ Si autem in tantum procedat q consumat membrum dicitur manducãs ⁊ dehinc transit ad lupum vel ad cancrum ¶ Cause istorum sunt humores colici acuti qui propter suam adustionẽ quandam fraudulentiam acquirunt qui vt plurimum veniunt post formicas et pustulas malas ¶ Cura vlceris virulenti quattuor habet intentiones. ¶ Prima est corpus purgare. ¶ Secunda est vitam ordinare. ¶ Tertia ẽ virulentiam istam exiccare. ¶ Quarta est carnẽ generare ⁊ locum consolidare. ¶ Prima intentio completur cũ euacuatione humorum colicorũ vel flẽaticorum: ⁊ fiat euacuatõ cum diafinicone aut el'io suci ro. aut oleo solutiuo secũdũ necessitatem persone vel humorum predominantium ĩ corpore vel in loco ¶ Et sirus etiam fit secundũ necessitatem humorum predominantium ⁊ non explico: quia hoc non possum explicare nisi p longa verba: sed dimitto considerationi operãtis. Secunda intentio completur per hunc modũ respiciat se a reb' humidis ⁊ vtatur siccis ⁊ frigidis secundum dispositionem membri ⁊ totius corporis vtatur bono vino odorifero ⁊ bonis carnibus prenominatis in ca° apatum ¶ Tertia intẽtio completur cum exiccatiuis: nec ipsa debes apponere: nisi primo corpus sit purgatum ¶ Consultum enim est ab antiquis fere omnibus quicũq ratione aliqua ⁊ methodo de cura vulnerũ scripserunt: q abscindenda est causa prius ⁊ non solũ in vlceribus puto esse necessarium: sed in omnibus egritudinibus quibus efficiens causa adest ¶ Nam communis monitio est 3°. terapentice: ca. vltimo. q qui per euaporatiua farmaca multitudĩe exñte in toto corpore particulis quibusdaꝫ attrahendo implerent magis q̃ euacuarent. Nullo vti audeas auxiliatorum euaporatiuorũ añq̃ euacuatiõe totius corporis aut partis sup iacẽtis mittentis superhabundantiam vtaris. Et de hoc fuit canon conclusus. 3°. tegni dicens vnum commune preceptum habens efficientiũ vnamquãq causarum oportet abscindere prius: deinde sic deuenire ad eam discratiam: que facta ẽ ab illa egritudine ¶ Et quarta primi. 2°. ca. Hoc toto completo deueniendum est modo ad dispositionem iam factam: modo videndum est que sunt illa q̃ conueniunt. Et primo fiat ablutio cum aqua maris ⁊ cũ aqua aluĩosa: ipsa enim stipticat: ⁊ iõ mẽbrum confortat ⁊ cũ hoc exiccat ⁊ ideo conuẽit valet etiaꝫ aqua plantaginis ⁊ aqua ro. ⁊ ẽt aqua ferrata: vt dixit Gui. Illa exiccant ⁊ ꝑ parte stipticãt: ergo valent: valet ẽt decoctio cipi et cipressi mirtilorũ plantaginis psidie balaustie mirabolãorũ belliricorũ ⁊ emblicorũ: valet ẽt aqua vite distillata cum cipero ⁊ mirto ⁊ balaustus et ĩ loco ponat ¶ Fuit autẽ ille modus magistri Thome de pigano ⁊ non obliuiscaris: vt circa locũ ponatur defensiuũ de bolo positum in tractatu de apãtib' si expedit facta lotione tali sup locũ ponaẽ puluis iste. ℞. litargirii plumbi vsti antimonii eris vsti spodii coralli psidie. añ. partes equales: lauentur ꝓpẽ mordicationem ⁊ ponaẽ sup locum ¶ Et nõ q si oĩa illa in alembico ponaẽ ⁊ cum aqua feniculi distillenẽ ⁊ apponaẽ in loco mirabilit operãtur: eo quia penetrabũt ad profundum vlceris.

¶ Si vo in loco fuerit mala cõplexio ca'a tũc nõ valet lotio facta cuꝫ lixiuio nec aqua ca'a: sꝫ ista valent. ℞. suitat] rubi foliorũ arnoglose. añ. M. i. farine ordei. ʒ. ij. buliant in aqua pluuiali ⁊ incorporenẽ cum oleo mirtino ⁊ si in loco cẽt apã hoc bonũ eẽt. Aliud. A. ℞. litargirii. ʒ. vi. ponaẽ ĩ mortario ⁊ ɔtinue agiteẽ mõ ponẽdo acetũ mõ ponẽdo oleũ tã diu fiat donec litargiriũ albefiat. Et tẽ ℞. climie argenti gallarũ. aluĩs ſan. dra. antimonii eris vsti radicis celidonie: añ. ʒ. i. ⁊ tũc fiat cũ litargirio mixto cũ istis rebus vng^m ⁊ poterĩ vti in cruribus ⁊ cõporibus siccis valde. Pul. alius ℞. cortic] thur]. ʒ. i. gallarũ corticũ granatorũ nucis cipressi. añ. ʒ. vi. aluĩs. ʒ. ii. litargirii. ʒ. i. ⁊ fiat pul. ⁊ põaẽ sup locũ si cõpus fuẽit hũidũ. Si vo corp' fuẽit siccũ põaẽ d faria ordei. ʒ. 5. ⁊ dupluꝫ aluĩs: ⁊ silr si vir' fuẽit mltũ debes ẽt ponẽ de farina modicũ ⁊ de aluĩe mltũ vbi grã. ℞. aluĩs. ʒ. iii. farie ordei. ʒ. 4. ⁊ isto° ꝓsequere ꝓm maiorẽ ⁊ minorẽ necessitatẽ exiccãdi. Aliud bonũ q fortiter exiccat et lauat. recipe ordei. manipulum vnũ ro. gallarũ balaustiarum aluminis. añ. ʒ. i. seminis iusquiami albiꝫ. 5. coquantur bene in aqua pluuiali aut fluuiali. ⁊ fcã bulita colenẽ ⁊ ĩ collatura il

la addatur mel rosatum colatum.ʒ.iii. et fiat lotio. ¶ Aliud Auic. ℞. foliorum nucis recentis ⁊ cum nuce nondum completa fiat emplastrum. exiccat sine mordicatione: decoctio etiam istorũ in vino ut dicit Auic. multum valet ⁊ exiccat humiditatem absq; nocumento: ⁊ si forte fuerit necesse istis facere ligaturam exprementem saniem fac. ¶ Aliqui tamen faciunt cum lamina plumbi recentis in qua virtus argenti vivi sit infusa cum aqua plantaginis ⁊ ligatura expremente: quod nõ est loqui propter idiotas. ¶ Tu autem uide hoc in libro de simplicibus farmaciis: et intelliges incredibilia de plumbo: et de aqua aluminosa legas primum librum de farmaciis simplicibus ⁊ rationabilia adisces: de ligaturis mirabilia uidebis si operatus fueris ut ego. ¶ Sequitur modo de medicinis simplicibus: et sunt iste pro parte: scilicet alumen corticis granatorum galle: corticis thuris: merdasengi: farina ordei: folia nucis et nuces recentes mirabiliter operantur: rubus: lentes: arnoglossa: cortex cipressi: accatia: mirtus: folia sorbi: et fructus eius: et folia citoniorum et fructus et folia ulmi: et folia papaueris: siue flores papaueris ruffi. ¶ Ex istis ergo compõas medicinas secundum complexionem membri: quia in membro aliquotiens est mala complexio calida: aliquotiens membrum est humidum: aliquotiens est siccum: et aliquotiens apostematus: et secundum quod uides necessitatem apponas emplastrum vel lotiones. ¶ Considera ergo de simplicibus tamen dixerunt aliqui doctores.

¶ Et primo Auicen. costus exiccat vel cera humida: sanant etiam superflue humida radices filicis cocte in vino stiptico et super posite. Et Serapio dixit de radicibus filicis nigre quod desiccant vlcera desiccatione fortissima quando ponitur super ea. ¶ Dixit etiam: cinis aneti conuenit vlceribus humidis. ¶ Serapio dixit quando ex foliis mirti cum oleo rosato uel onfantino ⁊ parum vini fit emplastrum confert ulceribus humidis et membris ad que fluunt humores: et confert fluxui antiquo. ¶ Et dixit etiam: radix raffani siluestris combur[r]atur et pulverizatur super vlcera humida: et mundificat vlcera mollia. Et litargirium etiam in istis est conueniens. ¶ Dixit etiam: lana adusta habet uirtutem calefactiuam adustiuum stipticam: et aufert carnem superfluã ab ulceribus et incarnat et consolidat vlcera: vt etiam dicit Auicenna. ¶ Et eandem uirtutem habent capilli adusti. ¶ Dixit radix cuiuscumq; rosmarini sicca mixta cum melle mundificat ulcera.

¶ Ulcera etiam que forti exiccatione indigent absque multa mundificatione sanat cortex calami aromatici approximatus cum melle. ¶ Ego in corporibus delicatis ⁊ debilibus capio puluerem corticum pini partes duas thuris partẽ vnã: ⁊ cum cera ⁊ oleo mirtino facio vnguentum. Alchi. dixit abrotanum combustum est conueniens vlceribus humidis in quibus est duricies.

¶ Et Serapio idem dicit. ¶ Rasis dixit oleum mirtinum cum cera alba ualet omnibus ulceribus humidis a quibus emanat humiditas. ¶ Similiter uirga pastoris ualet ulceribus predictis a quibus emanat humiditas multa. ¶ Albabas dixit si galla teratur ⁊ pulverizetur ulceribus humidis illa sanat mirabiliter. ¶ Dixit etiam cortex nucũ si comburatur cinis eius desiccat ulcera optime sine morsura. ¶ Constantinus dixit ciperi puluerizati ⁊ ulceribus putridis applicati ea cito exiccat ⁊ sanat: conferunt etiam ulceribus magnis q̃ exiccari non possunt. ¶ Puluis polii magni sicci impositus ⁊ melius operatur in eo polium paruũ. ¶ Sia. dixit: sole que remanent de calciamento ueteri aduste uiridia vlcera post inflãmationem transactam mirabiliter sanant: vel ea que sine inflammatione sunt. ¶ Ga. laudat puluerem stercoris canis comedentis ossa impositus. ¶ Quarta intentio completur sicut dictum est in quarta intẽtõne precedẽtis capituli: quia facto hoc tu debes carnem generare ⁊ recurre ad ca. propriũ de medicinis generantibus carnem positum supra: ⁊ locum sigillare: ⁊ recurre etiam supra ad proprium capitulũ. ¶ Et recordare de isto quod dixit Aui. in isto capitulo ⁊ in canonibus vniuersalibus: dixit enim q istа ponatur super locum: ⁊ si uideris humiditatem non minui signum est q non sunt conuenientia: ⁊ tunc permuta te ad fortiora: ⁊ exte alia considera.

¶ Capitulum 4m de vlceribus putridis.

Ulcus sordidum et putridum non differunt nisi secundum magis ⁊ minus. ¶ Nam dum vlcus habet sorditiem ⁊ saniem grossam ⁊ uiscosam dicitur sordidum. ¶ Postq; autem augetur ipsa malicia ita q putrefaciat ⁊ mortificet ipsam carnem dimittẽdo escamina a qua eleuatur: fumus putridus fetidus ⁊ cauernosus putridum dicitur: ⁊ si ambulat eius malicia dicitur estiomenũ: ⁊ ducit hominẽ ad mortem. Cause istorũ vlcerum sunt humores siue humiditatas sanguis praui grossi ebulientis: ex qua ebulitione adepti sunt venenositatem: deinde generãtur ulcera mala ⁊ difficilis cõsolidationis. Cura etiã huius cõpletur q̃ttuor intentõibus. ¶ Prĩa ẽ corpus purgare. ¶ Scd̃a est uitã ordiare. Tertia ẽ sordiciẽ remouẽ. Quarta ẽ locũ ɔsolidare: prĩo tñ carnẽ generare. ¶ Prima intẽtio ɔplet̃ cũ f[l]oia aut cũ solutõe uẽtr[is] s[ecundu]m humorẽ peccãtẽ: ⁊ i h[oc] ɔsidera q̃lis hũor peccauẽit ⁊ illũ euacuare debes. ⁊ cũ hoc õbes mũdificare ip[su]m mẽbrũ si fuẽit necesse cũ uẽtos[is] scalpelatiõib[us] sanguisuc[is] epitimatib[us]: ⁊ sic d[e] aliis. ¶ Scd̃a itẽtõ ɔplet̃ cũ cibariis bõis gñrãtib[us] bonũ sãguinẽ et cũ aliis reb[us] purificãtib[us] ip[su]m sãguinẽ: d[e] q[ui]b[us] satis dictũ ẽ in d[e] apãtibus: sit et cotidie larg[us] in uẽtre ⁊ i oib[us] hoẽste uiuat. Tertia itẽtio cõplet̃ cũ medicis localib[us]: ⁊ prĩo ut dicit Auic. lauet loc[us] cũ idromelle aut cũ aq̃ mar[is]: aut cũ aliis lauatis. Aliud lãfrãci q ɔueit ⁊ ẽ mũdificatiuũ. ℞. succi absinthii mell ro. farine ordei ⁊ mirre q̃ntum uis omniũ pone sup locum: ⁊ in omnibus istis facias

defensiuum de bolo sepe dictum si fuerit opus. ¶ Aliud mundificatiuum quod conuenit vlceri sordido. ℞. mellis.℥.iii.terbentine.℥.i.s. misceantur ista simul ⁊ buliant: deinde utatur hoc ¶ Et si uis fortificare adde ireos ⁊ sarcocollã ⁊ utere ¶ Aliud ad idem. ℞. mellis ro.℥.i. terbentine.℥.ii.farine ordei quantum sufficit ad inspissandũ ⁊ vtere quantum cõmune est ¶ Aliud quod purgat ⁊ abstergit et replet vlcera carne: ⁊ maxime quando vlcus fuerit prope ossa: ⁊ ualet in locis siccis. ℞. puluerem radicis paucedinis.ʒ.iii.ireos ʒ.s.radicis camephiteos rasure pini.añ.ʒ.s.rasure panni veteris de lino.ʒ.ii.olei de ireos.ʒ.iii.cere.ʒ.i.mellis.ʒ.iii.⁊ fac vnguentũ ¶ Aliud Constantini quod.mundificat multum ⁊ generat carnem: ⁊ consumit carnem squalidam: ⁊ valet in corporibus siccis: et ualet in ulceribus sordidis difficilis consolidationis: propter sordiciem et etiam antiquitatem. ℞. sarcocolle.ʒ.i. radicem ciperi.ʒ.s. foliorum laureole pulverizatorum.ʒ.ii. litar.ʒ.iii.radicum ciclaminis mirre.añ.ʒ.v. aristol. longe.ʒ.ii. olei mirtini ⁊ masticis. añ.ʒ.i.s. cere.ʒ.et fiat vnguentum ¶ Aliud ad idem ⁊ bone operationis. ℞. dialtee.ʒ.i. eruginis eris.ʒ.i.et sic subtiliter trita incorporentur ¶ Aliud ad idẽ Auicenne. ℞. succi prasii.ʒ.ii. mellis.ʒ.iii. pulueris prasii.ʒ.ii. et fiat mixtio prius inspissato melle ad ignem ¶ Aliud Auicenne ad idem: si sordicies fuerit minor. ℞. fecis olei mellis ⁊ aluminis iameni.añ.ʒ.i.s.ceruse poli montani.añ.ʒ.i.et fiat emplastrum ¶ Item dixit: si oliue salite fuerint super locum emplastrate: ualent multum.

¶ Item aliud quod valet ulceribus malis fraudolentibus sordidis: et est multum efficax. ℞. ossium dactilorum pulverizatorum camephiteos. añ.ʒ.i. farine cicerum: farine orobi. folia oliuarũ siluestrium .añ.ʒ.s. amigdalarum amararum subtilissime tritarum: minuti olibani.añ.ʒ.iii. mell'. ʒ.iii.aceti.ʒ.i.olei mirtini terbentine cere. añ.ʒ.s. ⁊ fiat vnguentum ¶ Aliud mundificans ⁊ exiccans faciens nasci carnem in corporibus teneris ⁊ carnem malam remouens: ⁊ est rectificans vlcera sordida in corporibus siccis. ℞. sarcocolle thuris ciperorum .añ. ʒ.s. pulueris foliorum mezereon vel laureon mirre aristol. ro.ireos.añ.ʒ.ii.ipericon foliorum camephiteos corticum radicum ciperorum terre sigillate boli armeni.añ.ʒ.i. et fiat puluis et ponatur super locum loco prius abluto cum vino in quo sit aliquid mellis ¶ Aliud remouens carnem malam. ℞. picis liquide.ʒ.i.minuti thuris vernici .añ.ʒ.corticum arboris quercus:ʒ.iii.salis communis.ʒ.i. asungie.ʒ. ii. fellis porci.ʒ.s. mellis glutinis albotini. añ. ʒ.i. et fiat mixtio ¶ Aliud quod valet ulceribus fraudolentis: que accidunt corpori ex herisipila ⁊ formica: et ex scabie ⁊ etiam ex aliis dispositionibus malis ¶ ℞. aceti mellis. añ.partes duas pulueris tartari.ʒ.s.eruginis eris sulphuris.añ.scropulum medium: ⁊ fiat mixtio.

¶ Et in istis dispositionibus sic dictis ualet multũ lotio cũ aceto ¶ Si cum aceto aliqua que nũc in receptis dicta ponuntur: prohibet pruritum ⁊ augmentum ipsorum: valet etiam unguentum egiptiacum ⁊ alia vnguenta fortia: vt dicit Auicen. valet etiam vnguentum viride almansoris ¶ ℞. cimarum florum eris mellis puri. añ.ʒ.i. ex istis simul mixtis fiat medicamen: mordicat enim ⁊ carnem malam remouet. ¶ Et nota q aristol. longa magis conuenit vlceribus q̃ rotunda: qa ipsa est maioris abstersionis: sed rotunda magis conuenit vulneribus: quoniam ipsa est maioris subtiliatõis ⁊ maioris operationis in eis loquor de simplicibus valentibus ⁊ reperio ¶ Et p̃mo loquor cum Serapione: dixit ergo q radix paucedinis confert multum vlceribus fraudolentis malis: teritur enim et pulverizatur in eis et mundificat ea ⁊ replet carnem ¶ Et secundum Bartholomeũ mel operatur cum rasura panni ¶ Et dixit etiam Serapio: q radix ireos pulverizata ista curat ¶ Dixit etiam lolium quod reperitur in tritico euellit vlcera fraudolẽta quando admiscetur cum cortice rafani ⁊ sale: ⁊ fit inde emplastrum: et quoniam miscetur cum sulphure ⁊ aceto curat impetiginem malam ⁊ ẽt vlcera mala.

¶ Dixit etiam fel tauri est bonũ vlceribus fraudolentis ¶ Et Rasis dixit etiam: quando succus granorum granatorum maxime acetosorum coquitur ⁊ miscetur cum melle: confert vlceribus fraudolentis: ⁊ balaustie idem faciunt ¶ Dixit etiam: agresta secundum artem coagulata cõfert fistulis ⁊ vlceribus antiquis fraudolentis ¶ Et dixit etiam: vinum grossum ⁊ dulce quando infunditur in ipso lana non lota ⁊ super ponitur cõfert vlceribus fraudolentis ⁊ prurigini ⁊ vlceribus: atq; curant humores ¶ Et dixit etiam: acetum confert vlceribus fraudolentis que accidũt in corpore: et herisipile et scabiei et impetigini: quando miscetur cum aliquibus medicinis conuenientibus istis egritudinibus ¶ Dixit etiam: olibanum p̃hibet vlcera fraudolenta que fiunt in ano et aliis membris quando cum melle miscetur ¶ Et iterum dixit: licium curat panaricium et formicam et vlcera ¶ Et Bartholomeus dixit quando miscetur cum melle. Et dixit Serapio: quando fit emplastrum cum ipoquistidos confert vlceribus fraudolentis ne augmententur Et quando miscetur cum mirra: confert vlceribus antiquis ¶ Et quando fit emplastrum cum sale et farina ordei et costo et melle: confert ad vlcera fraudolenta ¶ Et dixit: erugo eris quando miscetur et coquitur cum melle: mundificat vlcera sordida ¶ Et dixit: climia metallica id est omnis metallis proprie quando lauatur confert vlceribus fraudolentis humidis: sicut sunt infantium ¶ Et subdit quod hoc facit omnis climia: et desiccat et dimminuit carnem superfluam que est in eis ¶ Diascorides dixit de radice draguntee cum brionia alba et melle quod purificat vlcera sordida ¶ Et dixit etiam: oleum yrinum putredines istas supra dictas curat.

¶ Et Bartho. dixit cum melle misceantur. Et di
xit etiaz folia verbene cum aceto emplastrata pu
tredines ulcerum sanat ¶ Dixit etiam conferre fo
lia laureole emplastrata cum melle. Dixit etiam
saluia mundificat ulcera fraudolenta ¶ Et alchi.
dixit decoctione eius: ⁊ dixit etiaz succus maru
bii sordida ⁊ maligna ulcera sanat: et idem facit
cum melle ¶ Et idem facit de nasturtio: quia de
succo eius ⁊ est cartamus domesticus: ⁊ dixit de
foliis urtice cancrum ulcera maligna ad sanitatē
perducunt ⁊ sordida ulcera curāt ¶ Et ego dico
q̄ ista cum melle ponantur ¶ Auic. dixit: aristol.
est mundificatiua ulcerum sordidorum putrido
rum profundorum: ⁊ quando piros est cum eis
raplet ea carne ¶ Et Ga. sic dicit d aristologi ro.
⁊ putredines sanat ⁊ ulcera sordida mundificat.
¶ Et amplius dixit de ea: sordida ulcera quoq̄
purgat: cana supplet melli ⁊ origano mixta. Se
rapio dixit radix aristol. abstergit ulcera sordida
⁊ supplet quando fit emplastrum cum herba ei⁹
aufert putredinem ab ulceribus sordidis ⁊ frau
dolentis: ⁊ mundificat sordiciem eorum ipsa mi
scetur cum melle replet ulcera profunda ⁊ ponat
etiam ireos ¶ Dicit etiam radices corticum cap
parum ponuntur sub fraudolenta ⁊ sordida vlce
ra: ⁊ dixit etiam quādo ponitur radix affodillo⁊
cum fece vini super ulcera fraudolēta ⁊ sordida
confert eis ¶ Dixit etiam scordeon facit adherē
ulcera fraudolenta quādo ponitur super ea recēs
¶ Et dixit ossa dactilorū combusta conferunt
istis ulceribus: dixit etiam farina cicerū confert
ulceribus fraudolentis ¶ Et Hui. de va. dixit q̄
hoc est uerum quando miscetur cum melle ¶ Et
Auic. dixit q̄ camephiteos consolidat ulcera fa
cto emplastro cum melle quando sunt putrida.
¶ Et serapio dixit: camepitheos quando est recēs
habet uirtutem magnam consolidandi ⁊ incarnā
di ulcera magna: ⁊ curat plagas putridas ¶ Et
Bartho. dixit q̄ pul. foliorū uel radicum impo
natur cum melle ¶ Dixit etiam Auic. ulcera hu
mida ⁊ sordida fortiter exiccāt capilli usti ¶ Ysa
ac dixit: si lolium coquatur cum radicibus urtice
vulneribus iam putrefactis apponatur: sanat et
mundificat ea: sanat etiam ulcera sordida in qb⁹
supabundant humiditates ¶ Cortex glandis qn̄
cum modico sale ⁊ asungia ueteri porci superpo
natur ¶ Et serapio dixit: quando fit emplastrū
cum glandulis ⁊ asungia porci salsa: confert apo
stematibus auri. ⁊ ulceribus fraudolētis ¶ Bar
thol. dixit q̄ hoc sufficit quando intētio est exic
catio magis q̄ abstersio ¶ Si uero queratur ab
stersio mel addatur quoniam utile ¶ Ga. dixit
herbaz ipericon siccam si imposueris sanabis la
xa ⁊ putrida ulcera ¶ Et dixit: vrina hominis abs
tergit ⁊ lauat ulcera que plena sunt multis humi
ditatibus ⁊ sordicie ⁊ imundicie: ⁊ multo magis
cum habent aliquod saniosum ¶ Albabas dixit
climia argenti replet vlcera carnem desiccat que
ulcera in carne manifesta ¶ Idem dixit Auic. d
climia auri ¶ Mesue dixit: sarcocolla ē medicīa
sublimis omnium ulcerum ⁊ antiquorū ⁊ putri
dorum: ⁊ mundificat ea ⁊ generat carnē in ipis.
¶ Et recordare de eis que dixi in alio capitulo. q̄
si ista que apponuntur bene operantur: signum est
q̄ bene operaris: si uero nō tunc non ē bene ope
ratus: quare permuta ¶ Et si istum canonē igno
raueris non poteris operari: immo operatio nul
la erit ¶ Quarta intentio completur sicut dictū
est in precedentibus capitulis. quia cum medicis
generantibus carnem ⁊ sigillātibus ¶ Et recurre
ad loca tam pluries dicta: ut patet totum.

¶ Capitulū quintum de ulceribus profundis.

Ulcera ꝓfunda sunt
cum orificium stricto ⁊ ꝓfunda occulta
vnica uel pluri recta ⁊ torta absq̄ calosi
tate ⁊ duricie: quonā si ista adessent esset fistula:
⁊ in hoc ista ulcera differunt a fistula: licet idiote
non ponunt differentiam quod non est verum.
¶ Cause istorum sunt ulcera male curata: quoniam
sanies postquā aliquando quando stat in exitura
plusq̄ debeat concauitatem generat: quoniam ex
mora quam facit in loco nitrositatem acquirit ⁊
membrū debilitat ad quod omnes superfluitates
totius corporis transmutuntur: ⁊ tūc efficiunt nō
sanabilia. Significatur autem uera cauerna cū
tenti. ⁊ probas de argento ⁊ plumbo ul' cera ⁊ sic
de aliis ¶ Significatur autem materia existens p
colorem: quoniam si fuerit similis loture carnis
est sanguinea: ⁊ si fuerit subtilis arguimus q̄ est
calida ¶ Et si fuerit alba ⁊ grossa: frigida signifi
catur ¶ Tertio q̄ talia ulcera cōglutinantur p bo
nitatem ⁊ paucitatem eius quod currit ⁊ per pri
uationem dolorum ⁊ tumorū ¶ Et hoc vult Ga.
2°. de ad glauconē: ⁊ per oppositum iudicatur q̄
ipsa non consolidantur ¶ Et nota bene istum ca
nonem quia est necesse ipsum scire: aliter autem
non eris bene operatus ¶ Cura horum ulcerum
consistit in quatuor. in purgatione debita. scdo
in debita dieta. tertio in debita remotione humi
ditatis uehementis ad locum ⁊ illic existente.
¶ Quarto in debita vnitione ⁊ consolidatione par
tium ¶ Prima intentio completur cum solutis
secundum necessitatem humorum peccantium:
⁊ tu ex te uide ¶ Secunda intentio completur et
consistit in debita administratione sex rerum nō
naturalium: ⁊ specialiter cibi ⁊ potus ex quibus
generatur sanguis bonus ⁊ humiditatis bone ex
quibus consequenter caro bona generatur: ⁊ in
omibus aliis honeste ⁊ bene se habeat ¶ Tertia
intentio completur per hunc modū si sit tibi pos
sibile cū emplastris desiccatiuis: sicut ē vnguētū
aplorum diapalma. Ut dicit Ga. 2°. ad glauconē
⁊ consequenter cum pressuris bonis ⁊ ligaturis
⁊ stupis infusis in vino stiptico: ⁊ hoc totū quod
dictum est fit quando orificium vlceris ē in pte
inferiori ⁊ fundum in parte superiori ¶ Quod si
fuerit diuersū ab hoc ⁊ sit tibi possibile vt alter
locus situs profundum modo quo orificium sit
in parte inferiori facias: ⁊ hoc uult Ga. secūdo ad

glauconē: ꝛ narrat ꝙ fecit in isto qui habuit vl cus profunduȝ in brachio ꝛ coxa. Et si tibi nō sit possibilis talis situatio: non est excusatio qn talis locus aperiatur usqȝ ad radicem apertione exquisitissima que non relinquet cauernam. Et nota ꝙ anteqȝ fiat incisio: sanies in loco aggregari dimittat vt parietes cauerne melius attenuentur ꝛ incisione sedetur doloꝛ ꝛ fluxus sanguinis cum albumine oui ꝛ aliis que uidētur opoꝛtuna. ¶ Et si non sit possibile tibi ut locus icidatur: ut consulit Auic. ablutioneȝ cum clisterib⁹.

¶ Ad mundificationem precipit Ga. in secundo ad glauconem mellicratum solum: ꝛ post concedit vinum cum melle ad expurgandum ꝛ de super imponunt spongiam nouam infusaȝ in vīo. ¶ Alii autem ut Auic. si malicia fuerit notabilis lauant cum aqua maris aut cum aqua aluminosa que cum hoc ꝙ est lauatiua est etiam prohibitiua eius quod attrahitur ad membruȝ: quia stiptica.

¶ Albucaſ precipit premittere vnguentū egiptiacum dissolutum. cum aqua ꝛ melle ¶ Si vuln⁹ fuerit calidum ꝛ virus ut lotura carnis precipit Lamfrancus ꝛ Henricus ut lauetur cum aqua ꝛ melle in qua sit decoctum oꝛdeuȝ lenticule rose ꝛ balaustie. ¶ Et si vulnus fuerit frigidum ꝛ uirus aquosum: lauant cum vino ꝛ melle decoctō nis absinthii marubii pimpinelle atqȝ mirra.

¶ Aliud quod exiccat vlcēa profunda ꝛ lauat. ℞. vini lib. vi. succi yreos. ℥. i. ſ. que omnia buliant usqȝ ad consumptionem tertie partis uini ꝛ coletur ꝛ lauetur bis in die. valet centaurea quando locus implet̄ ea: deinde sophoton: deinde yreos deinde farīa oꝛobi: ligatura fiat ut dixit Galiē. in secundo ad glauconem: licet hic ponatur val de intricata ¶ Incipiatur ergo a fundo vlceris fortiter comprimendo: sic tamen ꝙ non causet̄ doloꝛ: deinde ascendatur ad oꝛificium ulceris leuiter constringendo vt sanies a loco possit exire: ꝛ hanc ligaturam multi diuersimode ponunt:

¶ Nota tamen ꝙ ut dixit dominus episcopus Cremensis: ꝛ Gui. ꝛ alii: ꝙ tenta que ponitur in oꝛificio non debet esse solida: quia saniem in loco retinet: sed sit canulata ut sanies valeat exire: ꝛ hunc modum seruāt cauti cirugici in ulcerib⁹ māmillarum ꝛ spongia noua ponitur in loco vł super locum: sugendo ad se trahit saniem ¶ Sequitur modo de abstersiuis et generantibus carnem. ℞. mellis. ℥. ii. ꝛ bulliat usqȝ ad spissitudinem: deinde addatur yreos. ℥. i. ꝛ thuris. ℥. i. ꝛ ponatur in ulcere: generat enim carnem ꝛ abstergit.

¶ Medicamen mundificans vlcera profunda: ꝛ facit nasci carnem in eis. ℞. puluer. thuris. ℥. i. picis liquide: pic. sicce. añ. ℥. ſ. yreos. ℥. ii. terbētine. ℥. ii. olei masticis. ℥. ii. pice in oleo ꝛ terbentina dissoluta ponat̄ yreos ꝛ thus ¶ Medicamē aliud in quo non possit nasci caro propter antiquum fluxum humoꝛuȝ: ꝛ valet concauis ꝛ putridis. ℞. cineris testarum ostracoꝛum combustarum. ℥. ii. ꝛ asungie porcine. ℥. iſ. misceantur simł ꝛ de tali mixtura ponatur super vulnus. ¶ Item ℞. ciner. predicti. ℥. ii. ꝛ puluer. thuris. ℥. ii. eris usti. ℥. ſ. mellis. ℥. i. ſ. et fiat mixtio ꝛ inungatur stuelus ¶ Aliud ad idem. ℞. antimonii adusti eris usti: añ. ℥. i. sarcocolle. glutinuȝ piscium cineris limaciarum adustarum. añ. ℥. ſ. mellis. ℥. ii. minuti thur. ℥. i. ꝛ fiat mixtio dissoluto primo melle. ¶ Aliud Auicē. quando locus est nimis humidus valet: ꝛ ualet soꝛdiciei multe. ℞. polii montani radicis dragontee ciperoꝛum: añ. ℥. i. et fiat mixtio cum. ℥. iii. mellis ¶ Aliud quod exiccat vlcera concaua ꝛ ulcera vt magne saniei: ꝛ facit in eis nasci carnem. ℞. pulueris pumicis combuste. ℥. ſ. litargirii subtilissime pulueriȝati ꝑ peciam lini. ℥. i. ſ. pulueris coraloꝛuȝ. ℥. i. terre pictorum. ℥. iii. ꝛ fiat vnguentū isto modo. buliat mel ꝛ dispumetur: deinde ponatur litargiriuȝ ꝛ buliat secum modicum: postea terra pictoꝛuȝ ultimo thus. ¶ Aliud quod cohoperit ossa ꝛ valet ulceribus profundis. ¶ Si ergo contingat ꝙ ossa sint discoperta ꝛ velis cohoperire. ℞. armoniaci uel opponac. ℥. i. rasure panni albi ueteris. ℥. ſ. litargirii mirre aloes sarcocolle. añ. ℥. ii. et fiat isto modo: armoniacum uel opponacū dissoluatur cum vino albo ꝛ oleo roſ et melle partibus equalibus: deinde reliqua ponantur ī moꝛtario ꝛ paulatine infundatur oleuȝ ꝛ mel et fiat vnguentum ¶ Aliud quod generat carnem in osse denudato ꝛ ualet ulceribus coꝛrosiuis ꝛ in omnibus indigentibus exiccatione forti. ℞. radicuȝ ireos pulueriȝat. ℥. i. radicis opoponac. vel gume eius. ℥. ſ. puluer. mirre. ℥. ii. soꝛdiciei vasoꝛum apum. ℥. i. olei masticis: et fiat vnguentum. ¶ Ex his ergo que pro parte dicta sunt superius ꝛ etiam que immediate dicta sunt: habetur illud capitulum Auicē. quod incipit: opoꝛtet autem vt non creetur caro donec mundificetur.

¶ Et isto modo non noto aliqua quia nota sūt ex habitis superius. ¶ Et nō ꝙ in casu in quo sint apostemata: iste lotiones dicte in principio non valent: sed primo curetur apostema et post ea prosequere in tui cura: secunduȝ tamen necessitatem apostematis ut dictum est. loquoꝛ modo in simplicibus. ¶ Et primo dixit Auicē. quādo coquuntur lentes in aceto replent vlcera profunda ꝛ eradicatur soꝛdes ulcerum uł soꝛdicies minuitur: et si fuerint magna ponantur cum lentib⁹ magna stiptica: sicut sunt coꝛtices granatoꝛuȝ ꝛ reliqua ¶ Dixit etiam quando coꝛtex narcisci permisceatur cum melle: confert vlceribus profundis ¶ Dixit etiam: pix generat carnem in vlceribus profundis: ꝛ pꝛopꝛie cum puluere thuris et melle: ꝛ mundificat ulcera: coꝛrupta tamen humiditate ¶ Serapio dixit: quando semen cucurbite desiccatur ꝛ pulueriȝatur tritum super vlcera replet ea ¶ Et etiam antiqui ueteres dixerunt concaua cinis cucurbite icce replet carnem.

¶ Dixit etiam: si ulcera sepe lauentur cum lixiuio de cinere ficus ramoꝛum: dissoluit et coꝛrodit callositatem eoꝛum: ꝛ abstergit eoꝛum concauitatem ¶ Et Diascoꝛides dixit idem de lixiuio facto d cinere quercus dicit miꝛabilia ꝙ valet in fistulis ꝛ aliis vlceribus humidis. Dixit etiaȝ

Serapio: q decoctio ireos facit oriri carnem in fistulis ꝛ vlceribus ꝓfundis. Et ego dico q si vinuꝫ administratur cum melle ꝛ ponitur in eis mundificat ea. Dico etiam q cinis foliorꝫ salicis incarnat ea: ꝛ si uis abstersionem maiorem addatur mel. ¶ Dixit etiam Serapio: olibanum replet ulcera ꝓfunda carne ꝛ incarnat ea. ¶ Etiaꝫ dixit Serapio sic quando pix humida miscetur cum puluere thuris ꝛ mumie: incarnat ulcera ꝓfunda ꝛ miscetur cū melle mundificat ꝛ facit nasci carnem in eis. Dico ego q plantago est sublimis in ulceribus ꝓfundis ꝛ cōuenit eis multū.

¶ Dixit: mel addito sale ulcerum sordes adunat ꝛ comedit: humores deducit: ulcerib⁹ sordidis prodest. ¶ Iterum dixit sic: ꝓpterea q medici uiderunt q urina multum abstergit curant cuꝫ ea ulcera profunda ꝛ scabiem ꝛ ulcera plena multa sordicie: ꝛ administratur in ulceribus ītestinorū ꝛ circa loca ista existentibus quādo sunt multū humida: ꝛ ulceribus aurium. ¶ Et subdit: quādo admīstratur in rusticis necessitate coacti non potentes habere medicinā curant egritudinē eorꝫ ꝛ accipitur pecia ꝛ ligatur super ulcera que generantur in manibus ꝛ pedibus eorum ꝛ ligatꝰ cuꝫ ea ligatione forti: ꝛ precipitur infirmo ut iungat super locum ꝛ non dissoluatur quousqꝫ curetur confert ei ꝛ curat. ¶ Et dixit idem Ga. de vrina.

¶ Dia. dixit: profundas plagas ꝛ ulcera magna replet ꝛ purgat q̄ꝫ mastix. ¶ Et Ga. dixit de ea magis omnibus aliis causis replet ulcera ꝓfunda.

¶ Et dixit: lotura plumbi replet alta ulcera ꝛ cicatricem inducit cum oleo ro. Et idem dicit ꝺ litargirio: replet etiā ulcera carne puluis pūicis cum melle mixtus: ꝛ hoc proprie facit in corporibus duris. ¶ Uerum Dia. dixit q sit cōbustus ꝛ ponatur cum melle. Gui. de va. dixit: q cauernosa ulcera multe saniei sanauit ꝑfecte in paucꝭ diebus lauans illud sepe cū lixiuio dicto: demū cum hoc lixiuio īmittebam cineres ostracorum partes .ii. aloes partē .j. ꝛ dabaꝫ cinerem ceriɔꝝ marinoꝝ: erat auteꝫ locus cauernosus in musculis spine ad posteriora vbi fui hoc expertus q ꝺ parte ista ego fui sepissime expertus. ¶ Et spālr ꝺ pul'. ostracoꝝ sanat ēt pul'. ostracoꝝ purpureoꝝ fꝫ A. licet n̄ secundū Serapionē. ¶ Si ponatur exterius circa locum interius ponatur cū aliqua medicina generatiua carnis: sicut est es vstum. Et ex istis simplicibus multa cōposita ordines secundum intentionem tuam. ¶ Quarta intētio complet' ut dictū est in aliis capl'is: ꝛ iō nō recapitulo plus.

¶ Ca^m. sextū ꝺ vermib⁹ q gn̄ranꝰ ī vlcerib⁹.

In vlceribus aliquā generatꝰ vermes ratione putredinis vel ratiōe rei intrinsece quia ratione muscarum. quare necesse ē eos remouere. ¶ Et primo dixit Auicē. q succus calamenti fluuialis ꝛ etiā montani vermes interficit: ꝛ humiditatē ꝛ sordicieꝫ remouet. ¶ Dia. dixit: succus nepite positus in vlcere idem operatur: ꝛ nepita est species calamēti secundum ipsum: ꝛ decoctio etiaꝫ ipsius est multum bona ꝛ operatur sicut succus. ¶ Ad ideꝫ succus foliorum persici ꝛ spetialiter extremitatꝭ. ualet autem si folia pistentur ꝛ ponantur sup locuꝫ in forma emplastri multum ualet ꝛ est expertuꝫ per me. ¶ Item etiam succus absinthii ad hoc idem ualet: ꝛ eodem modo sicut folia persici et sementina puluerizata et apposita hoc idem operatur: ꝛ breuiter omnia amara hoc idem faciunt ꝛ eodem modo Cōstantinus dixit. ℞. ceruse. ℥. j. polii pulverizati. ℥. s. picis liqde. ℥. ii. ꝛ fiat mixtio est enim ꝑfectum medicamen: vermes nāqꝫ occidit ꝛ vlcera sanat. ¶ Aliud exꝑtum mirabile non solum in hominibus sed etiam in brutis. ℞. milli fol' quantū vis considetatis tamē personis quia pueri minus indigent: homines autem plus ꝛ alia aīalia plus. ¶ Sit ergo hoc ī pueris. ℞. milli fol'. ℥. i. et misceantur cum vino albo et detur in potu: facit enī exire vermes de ventre.

¶ Capitulum. 7^m. de vlceribus corrosiuis.

Ulcera corrosiua fiūt a materia colerica adusta: que materia adusta ꝓpter sui adustionē quandam fraudulentiā adipiscitur. veniunt autē ut plurimum post formicas ꝛ pustulas malas ꝛ pruriginosas. Et si talis corrosio ꝓcedat hinc inde non multum in carne profunde dicitur ambulatiuū. ¶ Si procedat tantum q cōsumetur membrum dicitur māducans: et hoc transit ad lupum. ¶ His premissis venio ad curam. ¶ In cura ista: quattuor habes intentiones. Prima ē ipsum corpus euacuare. Secūda est debita administratio cibi. ¶ Tertia est materiam ꝛ locum exiccare. ¶ Quarta est locum consolidare. ¶ Prima intentio completur cuꝫ medicina educente istum humorem acutuꝫ: sicut est electuariū sucꝭ. etiā pillule ꝺ fumo terre secundū quod materia est peccans in corpore: ꝛ hoc facto purgetur mēbrum cuꝫ uentosis ꝛ sanguisucis ꝛ cōplexio ei⁹ ꝑmutetur cum epithimatibus ꝛ sic de aliis. ꝛ est regl'. Auicꝭ. 4. ꝑmi ca°. 3° q oportet pri⁹ euacuare corpus q̄ꝫ ex membro aliquid curare. ¶ Et hoc notauit Ga. 3° tegni. ¶ Scōa intētio completur cū cibariis rectificantibus ipsum sanguinē: cibi nāqꝫ conueniētes debent habere cōtrariam qualitatē humoribus peccātibus: debēt ergo eē frigidi ꝛ huīdi īspissantes ipm sāguinē ut acuitas eius remoueat: ꝛ in omibus aliis sex rebus nō naturalibus hoēste se hēat: ꝛ spāliter in calefaciētibus ꝛ infrigidātibus ꝛ exiccantibus: ut ē motus ꝛ vigilia ꝛ sic ꝺ aliis. ¶ Tertia intētio cōpletur cū localib⁹: ꝓ quo nota bene q ulcus corrosiuū est duplex: quoddam ē corrosiuū cuꝫ putredine: ꝛ quoddā sine putredine. ¶ Alia que cōueniunt ulceribus corrosiuis in quibus ē putredo sunt sicut embrocatōes ex aquis frigidis ꝛ sicut ē acetū ꝛ aq̄ decoctiōis mirti balaustiaꝝ gallaꝝ

rosarū ꝛ sic de aliis eiusdē cōplonis. Et aqua
pura: ꝛ nō ꝙ ambulatio corrodens facit necessi
tatē incidēdi membrū timore aliorū mēbrorū.
¶ Nota ꝙ in istis nō fit dilatatio ne in curatōe
eorū: ducā ad peius ¶ Et isti canones duo sunt
vl'es ad vlcus corrosiuū cū putredie ¶ Si ī vul
nere corrosiuo fit putrefactio: tūc conuenit aqua
maris ꝛ aqua cineris ¶ Et inqt Auic. melior cu
ratio ē admīstratio stipticorū infrātiuuz ꝛ stipti
catiuū exiccatiū: sicut sunt cortices granatorum
mirti semē rose ꝛ lētes acetose ¶ Pono ℞ptas
mō vl'es dispositōi vbi fit corrosio solū: si eēt
putrefactio recurre ad capl'm qd̄ sequit̄. Dia. di
xit. ℞. foliorū oliue siluestris q̄tū uis ꝛ cōtere ꝛ
pone sup locū optimū remediū est. ¶ Item oliua
nigra empl'ata sup locuz vlcera corrosiua remo
uet ꝛ purgat ¶ Aliud Dia. ℞. pul'. seīs aneti aut
radicis eius q̄n̄ locus ēst fortior ¶ Primo tn̄ di
cit Auicē. alit̄ ¶ Dia. ꝙ locus lauet̄: sed lauet̄ cū
mellicrato aut aqua maris: vt dicit Auicē. ꝛ Se
rapio: deinde aspgat̄ cinis aneti cōbusti ¶ Dixit
etiā: radices affor]. recentes empl'ate sup locum
saluberrime curāt ¶ Itē. ℞. assari: succi plātagis
mellis: ꝛ ex oībus istis fiat cathapl'a de rubo.
Etiaz dixit ꝙ empl'm factū ex foliis eius facit
quod dictū est: q2 ꝓhibet ambulationē ꝛ ualet
herisipile ꝛ formice ¶ Dixit etiā: succus maligra
nati expressus ꝛ coctus ꝛ melle mixtus pascētia
vlcera ꝛ iacentia ad sanitatē ꝑducit ¶ Dixit etiā
sempviua pascētia vlcera cōpescit ¶ Item dixit
expressio cū melle ¶ Itē dixit ꝺ amigdalis ama
ris cū melle putrida ꝛ pascentia vlcera curāt.
¶ Et credo ꝙ primo vult ꝙ sint uste postea extin
cte in aceto uel uino. Serapio dixit ꝙ oēs gal
le ualent: plus tamē iste ¶ Appulius dixit: lēticu
la melle cocta ꝛ īposita pascētia vlcera comedē
do cōseruat ¶ Et ad hoc pascētia vlcera a qbus
egredit̄ melina sanies cōuenit. ¶ Uoluit etiaz: ba
titura eris cū melle pascentia vlcera cōpescit.
¶ Dixit etiaz: vrina homīs antiqua vlcera sanat et
curat ¶ Et similit̄ vrina noua ut dixit Auicē.
¶ Dixit etiā: vlcera ambulatiua alumī mixta galla
simili pōdere carnes supfluas remouet ꝛ medet̄
deniqȝ putredībus q2 ulceribus putridis corro
siuis ¶ Dixit etiā Ga. de foliis balaustie empla
strate cū melle eodē loco. ¶ Raſ dixit: fel ouis
idem facit qd̄ vrina hoīs: abstergit nāqȝ ꝛ exic
cat ¶ Dixit etiā ꝙ stercus homīs tritū ꝛ mixtuz
cū ruta sicca caro ¶ Ponūtur ergo cōposita ha
bitis simplicibus ¶ Et primo Chirannus dixit
aliter cōponit hoc qd̄ valet multū. ℞. succi foli
orū vitis albe. ʒ. iii. alumis. ʒ. iiii. nussi ꝛ ē spēs
vitrioli. ʒ. iii. māne. i. pul' thuris. ʒ. iii. yris ilitice.
ʒ. i. calcanti. ʒ. iii. soluātur oīa ꝛ siccent̄: purgant
ꝛ replent vlcera talia ¶ Dixit etiaz Gui. de va. ꝙ
radix vitis albe cum sale trita ista operat̄. quid
ist vitis alba iam dictuz est ꝛ dicetur loco suo.
¶ Aliud mirabile in istis. ℞. radicis asari. ʒ. i.
amigdalaꝝ amararū radicis corticis. ʒ. s. sumac
ʒ. iii. foliorū rubi. ʒ. i. cortics radicis solatri. ʒ. i.
s. foliorū vrtice ꝛ seminis eius. an̄. ʒ. iii. foliorū
vtriusqȝ pastinace. ʒ. ii. succi plantagīs lib. s. mell'
lib. s. ꝛ fiat empl'm. ex dictis patet omnia valere
ꝛ inspice in simplicibus ¶ Aliud ad idem. ℞.
succi uel pul' gētiane: mellis albi. an̄. ʒ. ii. licii. ʒ.
i. ꝛ fiat isto mō: q2 prīo buliat succus ꝛ mel usqȝ
ad spissitudinē: deinde addatur liciū ¶ Aliud
ad idem. ℞. radicis vitis albe. ʒ. ii. salis subtilis
sime triti. ʒ. i. ꝛ fiat emplastrū: ꝛ si vitis esset sic
ca capiat̄ pul' eius cum sale: hoc nāqȝ est exptū.
¶ Aliud ab idē. ℞. succi arnoglosse. ʒ. ii. olei ro.
ʒ. iii. cere. ʒ. i. dissoluatur primo cera ꝛ oleuz: de
inde ponatur succus ꝛ fiat vnguentū ¶ Epithi
ma quod ualet si in loco esset mala cōplexio ca
lida. ℞. succi virge pastoris succi extremitatis
mirti. ʒ. ii. ꝛ isto modo fiat usus: lauet̄ primo lo
cus deinde ponatur super locum pecia munda
balneata in hoc. Uinū etiam stipticū ualet mira
biliter etiam in hoc lauando locum ꝛ cathapla
sinando si ibi nō fuerit mala cōplexio ꝛ calida:
cuius hec ē ℞ta. ℞. semis ro. foliorū masticis
aut gumi eius. an̄. ʒ. i. s. granatorū mirti corticis
granatoꝝ lentiū. an̄. ʒ. i. aluminis rochie ꝯbuste
ʒ. s. ꝛ fiat puluis ꝛ aspergatur super locū: uel bu
liat cum uino ꝛ lauetur ¶ Aliud etiā de mente
Auicē. si mala complexio fuerit calida. ℞. folio
rum acctose solatri arnoglosse. an̄. M. i. lentiuz.
M. i. s. coquantur lentes ꝛ secum ꝑmisceantur
herbe dicte ꝛ fiat emplastꝝ: ul' ex istl fiat lotio.
¶ Aliud Auicē. ℞. boli armeni. ʒ. i. sirupi aceto
si simplicis aut aceti olei ro. an̄. ʒ. i. ꝛ fiat mixtio
ꝛ est repercussiuū: ꝛ ꝯuenit in principio ¶ Aliud
Auicē. ℞. pul'. cucurbite aduste pul' foliorū. an̄.
ʒ i. foliorū oliuarum siluestriū farine. ʒ. iii. ꝛ cū
aqua fiat mixtio ¶ Si autē corrosio fuerit ual
de magna ꝛ ista nō ualeant nec possit remoueri
ꝑcipit Guido ut ponatur pul': aut trocisci affor].
aut pul' trocis calidicōis: aut remoueat̄ cū arse
nico sublimato: ꝛ de foris ponat̄ defensiuuz fa
ctū de bolo ar. ¶ Unguentū Chirāni ad corro
sionē maxillarū: ꝛ posuit hoc in capitulo de uite
alba. ℞. foliorūz uitis albe. ʒ. ii. aluminis. ʒ. iiii.
uitrioli albi. ʒ. iii. iris ilirice. ʒ. i. uit̄oli citri. ʒ. iiii.
ꝛ fiat mixtio ¶ Aliud in ulceribus antiquis et
magnis. ℞. eris usti loti. ʒ. i. erugis. ʒ. i. batiture
eris. ʒ. s. mirre. ʒ. ii. uit̄oli albi aluminis roze adu
ste. an̄. ʒ. i. aceti. ʒ. ii. mellis. ʒ. i. s. olei nucis. ʒ. iii.
cere. ʒ. vj. fiat isto modo: primo buliat batitura
eris cum aceto ꝛ melle ꝛ oleo donec consumet̄
acetū ꝛ magna pars mellis: ꝛ cognoscitur q2 nō
friget sartago: deinde ponatur cera ꝛ cum fuerit
liquefacta deponat̄ ab igne ꝛ addat̄ uitriolum
ꝛ alumē ꝛ ultimo mirra ¶ In simplicibus Se
rapio primo dixit: cinis seminis aneti ꝛ stipes
eius curat ulcera sordida: ꝛ specialiter ulcera te
sticuloꝝ: ꝛ ulcera ani: et ulcera uirge consolidat.
¶ Item cinis ꝭmentorū cito corrodit materiam
corrodentē. flos affodili decoct' cū uino ꝛ oleo
hoc idē facit ¶ De plātagine dixit Serapio ꝛ
Auicē. ꝙ cōfert ulceribus omnibus ꝛ putredini
eorū: ꝛ ulceribus ad que currūt humores: ꝛ ꝓhi
bet dilatationē ulcerū corrosiuorū: ꝛ ꝓpter hoc

confert vlceribus intestinorum: et abstergit sa niem: ꝛ inflationem remouet. ¶ Et dixit: est cõue niens etiã qñ gentiana ponit̃ in vlceribus cũ li cio confert ei ꝛ curat ulcera corrosiua. Et hoc uide ab Auic. in cap'lo de gẽtiana. ¶ Et dixit: lac titimali ẽ ꝯueniẽs ulceribus corrosiuis ꝛ frau dolentis ꝛ cancro ꝛ fistulis: ꝛ hoc ꝑpter excellẽ tem qntitatẽ que ẽ in eo caliditatis: ꝛ curat loco cauterii: ꝛ sic curat ulcera corrosiua ꝛ putrida: ꝛ administrat̃ suo tẽpore: ꝛ secundũ modũ ꝛ quan titatẽ quãtũ oportet aufert duriciẽ in fistulis exi stentẽ. Et cinis lacticinoꝝ hẽt proprietatẽ quã hẽt lac titimali. Dixit etiã Serapio: ꝙ oleũ an tiqũ confert ulceribus corrosiuis: ꝛ quidã utun tur eo in ulceribus neruorũ. ¶ Dixit etiã: folia sa uine ꝓhibet dilatationẽ vlcerũ. ¶ Et dixit etiã qñ fit emplastrũ ex foliis pastinace siluestris qñ incipiũt corrodi confert. Dixit etiã folia urtice ꝛ eius semen cũ melle idem operant̃. ¶ Dixit ẽt es vstum ꝓhibet ulcera fraudolẽta corrosiua in corpore. ꝛ batitura eius ꝓhibet vulnera corrosi ua: ꝛ incarnat ꝛ cõsolidat ea. Et dixit ꝙ uirtus eruginis eris qñ ponitur in extremitate radii vł alterius rei: carnẽ malã ab ulceribus tollit: misce tur aũt cũ cerotis. Et fit medicina q̃ abstergit sine mordicatione: ꝛ ꝓhibet ambulationẽ ulceꝝ corrosiuorũ in corpore: ꝛ ꝓhibet apã vlcerl col cotar: ꝓhibet vlcera q̃ ambulãt de loco ad locũ: pul. etiã calcadis ꝛ ẽ species vitrioli olus posi tus aut cũ aliquo vnguẽto ꝓhibet corrosionẽ.

¶ Dixit etiã: lapis frigius consolidat ꝛ incarnat cõsolidationẽ: ꝛ ingredit̃ in medicinis q̃ fiũt ꝓ pter os: ꝛ similiter si administrat̃ solũs aut cum melle cõfert squinãtie postq̃ ablutus ẽ: ꝛ ꝓhibet humorẽ venientẽ ad istum locũ. Gui. de brixia approximat cũ incisiõe mãmille vsq̃ ad cõsoli dationẽ. ¶ Et subdit Serapio de lapide frigio aufert carnẽ superfluã ab vlceribus: ꝛ incarnat vlcera fraudolẽta ꝛ cõsolidat ea ꝛ curat mala et cancrenosa ex eis. ¶ Iterũ dixit Serapio: omnis spẽs alumis ꝛ ꝓprie iameni quod ẽ melius aliis corrodit carnẽ supfluã in scabie ꝛ aliis ulcerib⁹ ꝛ ꝓhibet ulcera fraudolẽta augeri: ꝛ uidet̃ loqui de cõbustione ignis. ¶ Bartho. de va. dixit ꝙ alumẽ põt misceri cũ fece vini ꝛ melle: et ꝙ sẽp ãnte hoc remediũ ꝑcedat ablutio cũ aqua mell' primo: ꝛ postea cũ aqua maris: ꝛ põt poni salgẽ ma cũ vnguento. Et dixit etiã Serapio: ꝙ sal cũ melle aut etiã sicut isto mõ supa spersus vlce ra cõrosiua aut etiã ambulatiua sanat: qꝛ subito materiã malã resoluit. ¶ Itẽ dixit de flore salis ꝛ specialiter in passionib⁹ virge. ¶ Ueteres ꝛ an tiqui dixerũt: ꝙ ad vlcẽa sordida ꝛ ambulatiua folia sicca oliuarũ uel uiridia imponantur. ¶ Et Serapio dixit ꝛ etiã Dia. ꝺ colũbari qꝛ siluestri.

¶ Aliq dixerũt ꝙ fiat cũ melle. ¶ Aliq dixerũt ꝙ: cinis ramorũ eius aut nucleorũ eius confert. ꝛ simílit̃ lotio facta cũ lixiuio ipsius in talibus etiã ualet ut dixit pul'aneti aut cinis eius suppo situs curat. Illud idẽ facit pul'. se. eius ustus et sup aspergat̃. Et Barrho. dixit ꝙ locus primo

lauet̃ cũ aqua maris ꝛ ꝙ cinis iste ponatur cum melle: cõfert istis ulcerib⁹ corrosiuis etiã si sint in neruis. ¶ Dico ergo per experientiã ꝛ rõne m si cinis smentorũ vitis in aceto primo infusus ꝛ exiccatus sup locũ aspergat̃ cito cõsumit mate riã corrodentẽ: qñ radix affodil'. coquit̃ cũ fece vini ꝛ fit empl'm confert ulceribus corrosiuis.

¶ Bartho. de va. dixit ꝙ flos affodillorũ cum melle uel vino cocto sanat ea. ¶ Item dixerunt aliqui ꝙ radix nil multũ ualet ꝛ ẽ mirabilis ope rationis si in istis ulceribus apponat̃. ¶ Et illud idẽ dicendũ est ꝺ siluestri: nisi qꝛ ipse ẽ maioris equitatis. ¶ Et aliqui dicũt de fructu: tamẽ ego nescio qualis sit fruct⁹ eius herbe: nisi ꝑ fructuz nos uelimus intelligẽ semẽ eius: qđ credo eẽ ve rum. ¶ Nil aũt est herba cũ qua tingit̃ ꝛ vulga riter uocat̃ guado: ꝛ bonõie multũ reperit̃ ꝛ arti ficialit̃ seminat̃. ¶ Auicẽ. mũdificat ulcera testi culi canis: ꝛ ꝓhibent ulcera dilatari siue foramẽ ꝛ incarnant ulcera fraudolenta corrosiua. ¶ Et Serapio ꝛ Dia. dixerunt: ꝛ Appulius ꝛ Bartho. idem uolũt: decoctio radicis penthafilon ualet ad ulcera ambulatiua. ¶ Et ego dico ꝙ succus gẽtiane uel radix ei⁹ cũ melle. Dixit etiã: succ⁹ ex foliis rubi ꝓhibet ambulationẽ fraudolentã formice: ꝛ ualet herisipile ꝛ ꝑpter hanc cãm cõ fert ulceribus intestinorũ: ꝛ cuꝫ hoc abstergit sa niem. ¶ Et si adest ibi aliqua inflatio: extinguit eam ꝛ incarnat etiã alia ulcera mala antiqua. Et subdit ꝙ nõ est enim aliquid melius in antiqs ꝛ nouis ulceribus. Et Auicẽ. dixit: sumach ꝓ hibet ambulationẽ fraudolentã. ¶ Bolus ar. ẽm ipsum ꝓhibet ambulationẽ putredinis. ¶ Ga. di xit li. viij. de simplici medicina: radix solatri abs tergit ulcera mala ꝛ corrosiua. ꝛ ꝑ solatrũ ipse in telligit illam herbã que uocat̃ morella. ¶ Quar ta intentio cõpletur ut in aliis dictũ est: ꝛ si in lo co isto fuerit apã ista nõ cõueniũt ꝓ parte: ꝛ tũc recurre ad tractatũ de apãtibus: ꝛ primo cures apã vt iam sepe dictum est: deinde vlcus.

¶ Cap'm octauũ de vlceribus putridis:

VLcus putriduꝫ no tum est: ꝛ ideo solum pono curã ꝛ nõ aliud. ¶ Cura vlcerum putridorũ siue sordidorũ quattuor hẽt intẽtiones: sicut iam di ctum est in aliis. ¶ Prima est purgare ipsum cor pus. Secunda est vitã ordinare. ¶ Tertia ẽ ma teriam putridã remouere. Quarta est locũ cõso lidare. ¶ Prima intẽtio cõpletur cũ resolutiuis secundũ necessitatẽ humorũ peccantiuꝫ. deinde purgetur ipsum membrũ cũ uentosis aut sangui sucis: ꝛ ualde dignũ est ne cura ista tardetur: qñ tarditas eius in maliciã addit. ¶ Secũda inten tio cõpletur cũ debita administratiõe sex rerum nõ naturaliũ. ¶ Cibaria autẽ sint optima. s. ꝓhi bẽtia putredinẽ: ꝛ in aliis honeste viuat: cõplexi onẽ mẽbri rectificet quantũ potest. ¶ Tertia in tẽtio cõpletur cum localibus: si ergo cõtingit ꝙ

corpora sint in putrefactione et corruptione: tunc necessarium est ut remoueatur donec remaneat caro sana: quod cognoscitur ex bonitate sanguinis quia ex bono colore ipsius ¶ Et cum fuerit factum hoc succurratur cum butiro vt escara cadat et defensiuum ponatur circa partem sanam: ne in loco inducatur mala cōplexio calida. et ut dixi. A. est necesse incidere ne putredo vlterius pambulet: quia ad alia membra ptransiret ¶ Si autem non fuerit necesse apponere cauterium: fiant em broce cum aqua maris aut cineris: aut cum aqua sapōis: aut cum vino stiptico. ¶ Serapio: colcotar prohibet putrefactionē. et dixit etiam: folia vrtice cum sale putredines et pascētia vulnera curāt. ¶ Idem dixit de foliis pastinace. Dixit etiam de lacte titimali: ut dictum est in precedēti capitulo. ¶ Dia. dixit quod alumen et galle prohibent putrefactionē. et dixit etiam: amigdala amara mixta cum melle. ¶ Dixit etiam de licio quod vulnera putrida et pascetia tollit. ¶ Et nō quod in hoc capitulo nō pono alias Rtas. nec simplicia quia pro his recurre ad capitulum imediatum: quia ibi multa experta inuenies. Et ad capitulum quod imediate sequitur quia mirabilia et experta inuenies: et uideas bene ista capitula: quia vnum adiuuat aliud. ¶ Medicamen prohibens vlcera dilatari: et est Auic. pro parte. Rx. pul. se. iusquiami. ʒ. ii. farine ordei. ʒ. iiii. boli ar. ʒ. j. aceti. ʒ. i. s. et fiat emplastrum: et ponatur in parte sana ¶ Aliud quod valet in corporibus teneris Aui. pro parte. Rx. farine ordei farine orobi. an. ʒ. i. aluminis roze. ʒ. i. et cum lixiuio et succo cucumeris asinini fac emplastrum ¶ Aliud et est Theodorici. Rx. carnium piscium salitarum farine ordei aristol. longe et squile parum coquātur in vino et misceantur cum uino et supponatur ¶ Aliud Auic. Rx. se. lini. ʒ. i. vitrioli albi. ʒ. s. radic. cucumeris asinini aristol. longe: an. ʒ. i. radicum sicle radicum caulis. an. ʒ. s. carnium piscium salit. et cum melle quantum sufficit fac emplastrum ¶ Aliud Auicē. Rx. flos eris. ʒ. i. succi catapucie maioris siue minoris uel breuis quod idē est. ʒ. ii. vitrioli albi succi cucumeris asinini. an. ʒ. s. et cum melle et aqua cineris fac linimentum. ¶ Aliud expertum Auicē. Rx. draganti rubei ʒ. i. calcis viue aluminis corticis granatorum. an. ʒ. vj. thuris gallarum. an. ʒ. iiii. cere et olei quātum sufficit. ¶ Aliud Auic. Rx. asungie partem unā: vitrioli partes. xii. colcotar. x. draganti. viii. coquātur cum aceto et fiat linimentum ¶ Aliud ad idem Auicē. et Bruni. Rx. plumbi usti eris usti ceruse masticis thuris litargirii armoniaci oppoponaci. an. ʒ. ii. adipis renum vacce rasine olei mirtini cere omnium. an. ʒ. iii. que sunt soluenda soluantur in aceto: et terenda terātur et fiat emplastrum. ¶ Aliud ad idem. Rx. vitrioli citrini. ʒ. iiii. vitrioli nigri. ʒ. x. uitrioli rubei. ʒ. iii. aceti vini. ʒ. s. et fiat bulitio donec acetum totum consumatur et remaneat in forma linitionis ¶ Et emplastrum de melle cucurbita sicca et foliis oliuarum siluestrium valet. ¶ Et si in istis accidunt apostemata ista dicta non competunt vt est manifestum: et pro cura eorum apostematum recurre superius vt est dictum in aliis. et ideo ex te vide vt expedit.

¶ Capitulum nonum de vlceribus difficilis consolidatōis.

Scias quod vlcera difficilis cōsolidationis se habent ad vlcera corrosiua et putrida et sic de aliis sicut superius et inferius per hunc modum: quia quodlibet vlcus corrosiuum ambulatiuum est difficilis consolidationis: est putridum uel ambulatiuum. et hoc est quod dicit Auicen. quando dicit scias quod omnia ulcera difficilis consolidationis que sunt preter corrosiua: sicut est comune preter proprium ¶ Et ideo quia sunt aliqua ulcera difficilis consolidationis que non sunt de genere istorum: fuit necesse Auicē. hoc capitulum constituere ¶ Et nota quod non possum dicere tibi modum curationis ut in aliis capitulis feci: sed tunc oportet videre capitulum quare vlcera sunt difficilis consolidationis uel curationis: et secundum causam istam procedere debes in cura tua. dicit ergo Auicē. quod si causa quare si ulcus est difficilis cōsolidationis sit mala complexio: tu debes eam remouere cum contrario: ut habitum est in capitulo vniuersali. unde rectificatio cōplexionis ē causa multotiens cure ulceris ¶ Si autē causa fuerit maligna ut non possit caro generari imo totus sanguis in saniem conuertitur. Cura est ut dentur cibaria generatiua sanguinem oppositum: et ideo considera peccatum sanguinis: an peccet in quantitate: an in substātia: an in qualitate: et secundum hoc prosequaris in cibariis. ¶ Unde si fuerit caliditas: cibaria sint frigida. et ita per oppositum in aliis qualitatibus. Si fuerit subtilis: cibaria sint grossa et econtra. ¶ Si fuerit pauce quantitatis: exhibeantur cibaria multiplicātia ipsum: ut in sermone vniuersali dictum est hoc: quia si causa fuerit sordicies aut virulentia: recurre ad capitulum proprium superius positum ¶ Et si causa quare nō consolidetur fuerit nimia siccitas de eo quod bonum ē est quod tu facias ipsum sudare cum aqua calida vsque quo sudet mēbrum: aut epithimetur. in pecia infusa in aqua calida: aut membrum fricare facias vt humiditas currat ad membrum. ¶ Et aliquotiens utile est applicari vnguēta picea quia facta de pice que attrahunt sanguinē et locus humectatur. ¶ Et si causa fuerit cōplexionis malicia mēbri quia membrum fuerit nigrum aut uiride: tunc debes locum scalpellare et extrahere ipsum sanguinem et apponere uentosas et scarificare et ponere sanguisucas secundum quod tibi uidetur: deinde residuum exicca cum lixiuio aut spongia posita super locum. ¶ Et si uideris quod ad ulcus uarices terminentur: non cōsolidātur ulcera talia nisi illa vena abscindatur et remoueatur ¶ Et si causa fuerit fistula: curatur curatione fistule ¶ Et si causa fuerit corruptio ossis et quod sequitur ipsius incidimus et et detegimus ipsum os ¶ Et si non fuerit possibile auferre illud quod est super os cum fricatiōe faciemus

et subtilissime inquirimus de compositis valẽ tibus ¶ Bar: cõposuit hoc. ℞. flos eris ⁊ climie conglutinati auri. añ. ℥. vi. gũme cipressi. ℥. iiii. sal' gẽme. ℥. iii. aristo l'. ro. minuti thuris. añ. ℥. i. cere ⁊ olei mirtini quantũ sufficit ut fiat vnguentum. ¶ Ad idẽ dixit Auic. ℞. limature eris: limature ferri. añ. partes equales cõficiant cũ aqua aluĩs d: inde sigilletur cum argilla rubea ⁊ cõburatur in furno deinde administret pulverizata ¶ Item etiã ex his que dicta sũt cũ litargirio ⁊ oleo mirtino fiat emplastrũ quoniã est mirabile. Et scias amice ꝙ oleum nõ ponitur in ulceribus nisi sit uehemẽtis stipticitatis ⁊ siccitatis: sicut ẽ oleũ mirtinũ ⁊ masticinũ. ⁊ si ponat non ponitur nisi in vlcere contuso: aut ponitur ut sedetur dolor: quoniã non est tunc excusatio quin ponatur.

¶ Aliud Auic. ℞. eris vsti salis gẽme rasinc. añ. ℥. ii. cere olei mirtini quantum sufficit ⁊ fiat vnguentũ. ¶ Aliud Auicen. Recipe cere gumme pini. añ. ℥. vj. climie auri. ℥. iii. colcotar. ℥. vj. olei quantum sufficit: ⁊ fac vnguentum ¶ Aliud Auicẽ. ℞. merdasengi olei lib. ṡ. gallarum non pforatarꝫ aristo l'. añ. ℥. ṡ. armõiaci. ℥. ṡ. minuti thuris. ℥. ṡ. ⁊ fiat ex eis linimẽtuꝫ: ⁊ moueat ꝯtinue cum cãna ¶ In istis dispositionibus ab auctoribus aliqua simplicia reperio ¶ Et primo Dia. dixit ꝙ succus foliorũ lilii cõmunis mixtus ⁊ decoctus in vasculo nouo vlcera uetera medetur: ⁊ in oĩbus ulceribus ad cicatrizandũ optimum remediũ est. Et Aui. uult hoc de succo cuiuslibet lilii: sed vult ꝙ in vase eneo coquat ¶ Dixit etiã Dia. ꝙ radix cicatricẽ inducit sicca ⁊ iposita vlcera antiqua sordida purgat. scordeon siccũ ⁊ impositũ cicatricẽ inducit. Et dixit de cortice radicis capparũ. Et Haliabas idem etiã dicit.

¶ Et dixit etiam Serapio de cẽtaurea maiore quãdo ipsa est recens ⁊ emplastrat: conglutinat vlcera ⁊ cõsolidat ⁊ incarnat ¶ Et de minori dixit: si tota cum foliis vice emplastri ponat: incarnat ⁊ ꝯsolidat vlcera antiqua. Et subdit ꝙ qñ exiccatur ⁊ administrat et vnguẽtis icarnatiuis ⁊ desiccatiuis: fistulas ⁊ ulcera ꝓfunda icarnat.

¶ Dixit etiã: radix oppoponaci curat ulcera antiqua quando teritur ⁊ misceẽ cuꝫ melle: ⁊ uestit ossa denudata carne. optimũ autem in hoc ẽ rasina pini antiqua si prius oppoponacũ sit dissolutus in vino ⁊ melle. cõmixtum sic curat ulcera antiqua. Et Bar. de va. dixit ꝙ olibanũ sit tñ quantũ uiscus. Dixit etiã ꝙ omnia ulcẽa antiq̃ plena sorde sanat. sauina imposita cũ melle ⁊ abstergit ⁊ ꝓhibet dilatationẽ ipsorũ ⁊ mũdificat ⁊ alia innamẽta facit ¶ Et dixit etiaꝫ de agresta secundũ artem cũ aceto cocta confert istis ulceribus. Dixit etiã: aloes icarnat vlcera difficilis consolidationis: maxĩe que fiunt in ano ⁊ uirga ⁊ apãtibus que fiunt in aliis locis quãdo dissoluitur ⁊ fiat linitio cũ eo: ꝓhibet humores q currunt ad locũ ⁊ resoluit eos. Et aloes sulcotinũ nõ ponitur in virga. Et dixit etiã: radix cepe ẽ mirabilis ⁊ optima in hoc casu quãdo administrat trita. Et Ga. ⁊ Dia. dixerũt de eo idem.

Et dixit etiam: terra sigillata conglutinat vlcera antiqua ⁊ desiccat ea quãdo conficitur cũ aceto forti ⁊ fiat ut lutum cõglutinat vlcera recentia. Auicẽ. dixit de barba hircina folia eius quando exiccant cousolidãt ⁊ cõferũt ulceribus antiqs: ⁊ flos oĩbus aliis est fortior ¶ Dixit etiã de balaustia uera ꝙ ipsa cõsolidat plagas ⁊ ulcera antiqua ⁊ excoriatiões que attritione contingũt p pcussionem pulverizata ¶ Spongia enim scdm Auicẽ. decoquit cũ melle ⁊ cõsolidat ulcera ⁊ similiter sicca sup ipsa aut infusa in aqua aut i vino: ⁊ exiccat humida ⁊ antiq̃ ulcera ¶ Appul'. dixit: herba sanatõnuꝫ cuꝫ asungia ueteri imposita mirifice sanat ¶ Aliabas dixit ꝙ si aristo l'. longã pulverizetur sup ãtiqua vlcera desiccat ea ⁊ sanat: ⁊ maxime si ea distẽperetur cũ melle. et loquitur de radice ¶ Dixit etiã Haliabas: stercꝰ canis ossa comedẽtis primo exiccatũ confert. Alchi. dixit ꝙ hermodactilus exiccat vlcera antiqua ⁊ abstergit ea ¶ Et Auicẽ. vult de hermodactilis albis ¶ Mesue dixit ꝙ ireos ossa nuda vestit. ⁊ ego dico ꝙ mirra eodẽ modo opat.

¶ Conueniũt omnes ueteres ꝙ ad ulcera antiq̃ ⁊ uulnera omnia difficilis cõsolidatõis ⁊ ꝓprie fraudulenta ⁊ humida: scdm Bartho. teratur in uase eneo ⁊ ꝓprie facto ex ere rubeo cũ pistello consimili vrina infantis cũ modico aceto ⁊ sale: uel in domo calida donec coaguletur ⁊ apponat nam nihil melius est isto ¶ Et Ga. dixit ꝙ hec medicina nomiat grissotella ¶ Et Bar. dicit ꝙ ista sola potest imponi vel cũ melle misceri vel cũ cera vel cũ vnguento secundũ exigentiã: sed vulnus primo abluatur cuꝫ aqua mellis: deinde cum aqua salsa: ⁊ hoc de isto capitulo.

¶ Capitulum decimum de fistula.

Fistula ẽ vlcus profundũ cauernosum cũ calositate duricie carnis circũdante ipsum: a quo ꝓcedit ut plurimũ sanies uirulenta: ⁊ hoc ẽ quod dicebat de tumoribus preter naturã ¶ Est autẽ fistula lõgus ⁊ strictus sinus similis aliis sinibꝰ contractionẽ ⁊ duriciem patiẽs a parte intrĩseca. ⁊ rursus mittens supfluitatẽ illic cõcurrentẽ.

¶ Et ex hoc patet ꝙ sanies uirulenta nõ est ꝓpe dicta ⁊ essentialis ipsius: sed calositas dicta cũ forma fistulari. nec obstat ꝙ dicit magister Arnaldus d villa noua: ꝙ quãdiu sanies fistula cũ aquosa uel glutinosa seu pra: e qualitatis existerit fistula manet: ꝙ si non manet ꝙ sit extincta.

¶ Non putauit autẽ Ga. neqꝫ Albucas dñ dixerunt: ⁊ est in quibusdã decẽ horis humiditateꝫ emittens: ⁊ in quibusdã horis abscindit humiditas ab eodem ¶ Illud idem Haliabas tenet atqꝫ ibi ⁊ quattuor magistri ⁊ Jamerus de duricie in qua increpat Rogeriũ ⁊ Ranaldum. ¶ Fistule auteꝫ sunt multiplices: quedã enim ad neruum: quedam ad ossa ⁊ cetera: ⁊ recurre ad principiũ huius tractatus ꝓ declaratione huius.

Postquā sermões vniuersales cōpleti sūt: qui vtiles sūt ad primum librum ꝛ etiam ad istū secundum: nunc particularius accedam ad illa q̄ apostematibus conueniunt ¶ Et iste modus scientificus est: quia uia doctrine a cōmunioribus debemus incipe deinde ad singularia deuenire.

¶ Primo ergo nota ꝙ in omni apostemate debes considerare duo. s. futurum fieri ꝛ factū. futurum fieri est materia que currit ad locū. factū est illud quod iam est in loco. ¶ Circa primum dico ꝙ repercussiua ¶ Retunt que prohibent materiam uenire ad locum: quia confortant mēbrum ipsum muniendo ¶ Et notes ꝙ licet corpus fuerit mundum adhuc repercussiua competunt: remissiora tamen si corpus non sit mundū Et ratio quare competunt repcussiua corpore existēte mundo est: quia locus vbi apostema generatur debilitatur ex cursu illius materie. Unde scriptum est. 4. primi: ꝙ membrū forte ad membrum debile transmittit supfluitates suas: quare ergo membrum ex receptione istarum humiditatū vel humorum debilitatur ꝛ recipit superfluitates: vt ergo non recipiat repcutimus ad intra ꝛ confortamus. Et ut scientia huius capituli melius habeat: replico casus in quibus nō debemus repcutere: quia materia ratiōe sue multitudinis non recipit repcussionē. Primus casus est quando corpus non est mundum nō debemus repercutere: quia materia ratōne sue multitudinis non recipit repcussionem. primo ergo euacues deinde repcutias ¶ Secundus casus ē in locis emunctoriis nō debemus repercutere timentes reditus materiei ad intra: ꝛ iste casus tenet se ex parte membri ¶ Tertius casus ē si materia sit multa viscosa ꝛ grossa: nō debemus repercutere timētes ne materia lapidetur: quod cōsiderans Ga. 3° tegni dixit: ꝛ non recipit plenum existens corpus. s. repcussionē. Quartus casus est: si materia sit venenosa vel etiam furiosa nō debemus repercutere: et patet causa ¶ Quintus casus est: si materia sit conculcata ꝛ cōtusa in loco: ꝛ hoc ne materia plus conculcetur illic ꝛ corrumpatur ꝛ cōmuniter corrumpat membrum.

¶ Sextus casus est: si natura expellit materiam p viam crisis: non debemus repcutere ꝛ hoc ē ne materia redeat ad intra ꝛ nouā recidiuā faciat: que est peior sua radice: immo debemus illam materiam ad locum trahere: licet ista crisis non sit vera: quia materia non euacuatur vbi debet: que est vna d causis crisis. Et vult Galī commento illius afforismi. Ea quorum crisis fit. Et in quinto casu habes qualiter in apostemate facto a causa primitiua nos nō debemus repercutere. Et voluit Hali ꝛ Auic. et notes bene istos casus ꝛ particulas in eis positas: ꝛ ex istis habes glosam Ga. in. xiij. particula d ingenio sanitatis: vbi dicit ꝙ in apostemate duo intēdimus scilicet futurum fieri prohibere cū repcussiuis ꝛ factum delere: ꝛ illud intelligitur nisi aliquid īpediat te sicut sunt conditiones dicte ¶ Postq̄ ergo apostema indiget repercussione dico ut dicit Auic. ꝙ humectatio in principio est timorosa in apostematibus. Et hoc dictum habet verum in apostemate ꝙ si est a causa antecedēte. s. ꝙ repercussiua conueniant in principio in illo quod ē a causa primitiua: vt in cōtusione humectatio conuenit in principio vt patuit primo.

¶ Dico tamen ꝙ in vno casu in apostemate facto a causa primitiua corpore existente mundo purgato tamen prius possumus apponere repcussiua: ꝛ hoc in casu in quo egritudo sit magna.

¶ Ut ergo prohibeatur fluxus materie ad locū ne materia augeatur possumus appōere repcussiua quia pro parte iuuamentum maius erit nocumēto: ꝛ talia sunt leuia ꝛ confortatiua ꝛ modico tēpore debent apponi: ꝛ cōsidera causam. Et iō Auicē. sentiens hec dixit ꝙ in hoc casu mollitiua debent apponi. s. vbi apostema sit a causa primitiua: ꝛ quia raro repcussiua apponuntur dixit ꝙ mollitiua conueniunt ¶ Pro quo nota ꝙ repercussiua sunt duplicia: quedam sunt que apponuntur super locum: quedam autem sunt que apponuntur circa locum: ꝛ talia sunt stiptica cōfortantia: ꝛ talia debent apponi circa locū. Et hoc sensit Auicē. in capitulo de carbūculo. Et Gui. de saliceto etiam hoc vult ¶ Et ideo Auicē. dixit: immo minus illa quia ista repcussiua cōfortatiua possunt apponi. In principio apostematis ꝓuenientis a causa primitiua: notes etiam ꝙ licet corpus sit mundum adhuc debet fieri euacuatio ꝛ si hec egritudo sit magna ꝛ hec euacuatio non fit nisi diuersionis ratōne: vt ergo diuertatur materia facimus euacuationem cum solutione ꝛ flebotomia ¶ Considera tamen ꝙ repcussio in talibus corporibus debet esse minor q̄ in aliis corporibus non purgatis: primo scilicet quādo aduenit apostema vel anteq̄ aduēiat ꝛ considera causam ꝛ videbis ꝙ uerū est ¶ Et causa quare facimus repercussionē est: quia illa materia que curreret ad membrum multum debilitaret membrū ꝛ lederet ipsum: ne ergo hoc faciat materia repercutitur ꝛ in repcussione diuiditur in multas partes: quia expellitur ad intra ratione cuius virtus redditur valde fortis sup eam ꝛ ipsam resoluit: aut reducit ipsam ad benignū si potest reduci: q2 virtus est potētior sup materiam sic diuisam: q̄ super ipsam vnitam.

¶ Etiam caliditas est fortior ualde ad intra q̄ ad extra vt notū est: q̄re materia sic expulsa bene

regulabitur:quarē resoluitur vl' bonificatur pur gatione semper primo precedente: ⁊ hoc sentit Auicenna in.ca°.de nodis:vbi dicit ꝙ sup nodos nos debemus ponere plumbum ⁊ ipsum restringere super ipsum nodum ratione cuius restrictionis diuiditur materia ad multas partes ratione cuius virtus melius ipsam resoluit ⁊ in tali casu fricatio valet etiam:quia ipsa diuidit materiam ad plures partes:quare materia resoluitur:quare ex sola fricatione uidi aliquos curari. ¶ Nō bene ꝙ repercussiua non ponuntur ut materia que est in loco retropellatur:sed ut materia que est in fluxu non fluat ⁊ hec est causa q̄re in principio ⁊ augmēto apponimus repercussiua quia materia in illis temporibus est in fluxu.ponuntur etiam ut confortetur membrum q̄re dixit Ga.in tegni ⁊ retropellunt a se uasa confortata stipticis farmanciis. Unde ergo propter fluxum repercutimus sed postq̄ꝫ fluxit resoluimus quod collectum est.patet ergo ꝙ propē fluxum materie fluentis competit repercussio:fluxe resolutio.Unum uel duo uobis tamen recordor tacta.tamen supra in p°. li. ca.de flebotomia ¶ Primum est ut respiciatis ne ista repercussiua denigrent membrum ratione sue magne frigiditatis sic ꝙ membrum corrumpatur. ¶ Secundum est nam ratōne huius etiam materia nimis in loco conculcatur uel alie dispositiones male fiant. ¶ Et curam istarum dispositionum supra habuistiꝫ in ca°. dicto quare causam necessitatis vide illic postq̄ꝫ declaratum est quomodo in principio fiat repercussio:quia in principio indigemus una sola intentione: quia repercutere materiam:que fluit et etiam ostensum est in quibus casibus non debemus repercutere

¶ Restat modo uidere quid fiendum est in augmento ¶ Et dico ꝙ in augmento due intentiones habentur:vna est probibere ne plus ō materia fluat ¶ Alia est resoluere:quod fluxum est unde ergo in augmento nō debemus solum repercutere quia materia conculcaretur nimis in membro quia timor esset de corruptione mēbri nec etiam debemus resoluere solum quia talia sunt calida ⁊ attraherēt nimis de materia ad locum:quare ergo iste medicine simul debent misceri ⁊ ex istis duobus sic mixis fit vnuꝫ cōpositum. ¶ Nec intelligas ꝙ iste medicine in hoc ita frangantur sicut in tiriaca:immo in hoc ⁊ emplastro quelibet istarum rerum seruat naturam ⁊ complexionem suam ⁊ stat quelibet istaꝝ ⁊ in sua virtute ita ꝙ natura vtitur medicina stiptica in repercutiendo ⁊ ī resolutiua resoluēdo: sic ergo verum est ꝙ in augmento debemus vti resolutiuis mixtis cum stipticis ꝙ uoluit Aui. ¶ Et notetis ꝙ talia resolutiua debēt esse mollitiua:⁊ ratio est quia materia in augmento ē aliqualiter compacta ⁊ indurata quodammodo a repercussiuis positis in principio:⁊ ideo debent apponi talia que remolliunt ⁊ tenerificent materiam ad resolutionem paulatim ⁊ nō subito qꝛ resolueretur subtile:tunc ⁊ relinqueretur grossū quare ergo sequit̄ ꝙ talia sunt resolutiua ⁊ mollitiua ⁊ non resolutiua exiccatiua propter causā dictam a me. ¶ Etiam talia resolutiua mitigant dolorem ut dixit Aui.eo ꝙ resolutiua sunt tēperata ⁊ talia sunt mitigatiua dolorum. ¶ Sic ergo talia competunt ⁊ propter hoc patet expositio textus Auicen.cum dixit uerum mollitiua siue humectatiua sunt ad dilatandum poros ⁊ ad sedandum dolores.In statu etiam dico ꝙ talia resolutiua debent esse mollitiua.pro quo ītelligas ꝙ status habet tria tempora.s.principiuꝫ ⁊ ī proposito non distingo ipsum ab augmento statu ⁊ declinatione eius cum declinatione vniuersali ī medio autem habet suum uerum esse considerans Auicen.dixit in statu fac uincere mollitia ¶ Et loquitur de principio ipsius status ꝙ seruet naturam ipsius augmenti. ¶ Et dixit etiam ⁊ fac ea pura hoc autem refertur ad statum ipsi⁹ ⁊ per hoc tollitur apparens contradictio in dictis Auicen. ¶ Et nota ꝙ ex hoc habes ꝙ ī principio status conueniunt illa que conueniunt in augmento.In statu status dico ꝙ conueniunt illa solum:que mollitiua sunt repercussiua nō aliquomodo quia ita tota materia est fluxa que indiget preparari vt resoluatur.talia autē sūt mollitiua sola quare ⁊c̄.stiptica autem conculcarent materiam in loco quare non conueniunt.ī declinatione autem conueniunt sola resolutiua. ¶ Et ideo dixit Auicen. exiccatiua sunt que sanant in fine.i.in declinatione. ¶ Intelligas modo bene ꝙ ista resolutiua non debent esse frigida exiccatiua eo quia pro parte prohiberetur resolutio quia frigiditas inspissat. ¶ Et exiccatio debet esse in declinatione eo quia in augmento vl' statu precesserunt que preparauerunt materiam resolutioni:ideo in declinatione resolutiua parua pura conueniunt. ¶ Et hee medicine resoluūt totam materiam in fine ⁊ si alique remanet illud ē modicum ¶ Et ideo Aui.dixit ⁊ si dimittit aliquid ꝙ non sit obediēs resolutioni illud non est nisi modica res quam resoluit illud cui ē acuitas:⁊ ideo quia tunc materia que debꝫ resolui ē modica non timemus ꝙ resoluat subtile et relinquat grossum.

¶ Ca.v.d̄ natura medicinaꝝ ꝯuēiētiū apātib⁹.

Istis taliter expeditis ⁊ completis:deuenio totaliter ad particularia et ad illa q̄ cōpetunt ī flegmone ⁊ ī herisipila ⁊ vndimia ⁊ aliis currētib⁹ eodē cursu ¶ Et primo nō ꝙ medicīe repercussiue absolute debent esse frigide ⁊ stiptice. ¶ Et iō Aui.dixit medicine repcussiue sunt ꝯrīe attractiue:⁊ ē medicina cuius proprietas ē pp' frigiditatē suā vt ī mēbro faciat uenire frig⁹ ⁊ ut īspissent ⁊ ꝯstringāt pori in eo rōne cuius ꝓhibetur receptio materiei in eo ¶ Et āt secūdo debeāt eē stiptice appet qꝛ p stipticū maxime ꝓhibetur flux⁹ ad locū vt Gali.dixit in libro de ingenio

sanitatis fluentia stipticis sedantur. ¶ Quod tertio debent esse confortatiua membri declarat Ga. tertio tegni: de curatione apostematum et replet vasa stiptica confortata: farmatiis. ¶ Si ergo apparet quod iste medicine debeant esse frigide etiam stiptice. ¶ Nota secundo principaliter quod medicine repercussiue debent esse frigide aliter et aliter tamen: quia in flamatione stiptica competunt ratione qualitatis materie: et etiam ratione fluxus prohibitionis eius: et ita dico de herisipila et vndemia et aliis: pro quo notes diligenter: quod in hoc competunt illa que stiptica sunt: et etiam que sunt sicce complexionis: quia omnis cura fit per contrarium. 3º tegni. ¶ Cum ergo materia flegmonis sit calida et humida conueniunt frigida duplici de causa. ¶ Primo: quia stiptica sunt et prohibent fluxum materie. Secundo: quia materie contrariantur: que est calida: quare ergo talia debent esse frigida in principio: debent secundo esse sicca ratione materie que est humida: ratione cuius fit maior oppositio et resistentia ipsius materie ne fluat ad locum. ¶ Exemplum huius sunt sicut rosa balaustia: mirtus: galla: cortex: granatorum bolus armenus terra sigillata et sic de aliis et uide per te. In herisipila uero dicunt quod conueniunt frigida et stiptica: sed ista debent esse humida. ¶ Primo debent esse frigida ratione stipticitatis. ¶ Secundo ratione materie. que est calida ¶ Tertio debent esse humida nisi ipsa herisipila sit ulcerata: quia ratione humiditatis magis apponuntur materie que est sicca: quia colerica est: et patet. ¶ Et forsan debet esse maioris stipticitatis quam frigiditatis: ut dicit Auicen.. Et nota uerbum: quod dicit forsan: quia hoc non semper est uerum. ¶ Exemplum huius sunt sicut uirga pastoris cucurbita semperuiua portulaca et sic de aliis et uide per te. ¶ In aliis autem apostematibus frigidis sicut undimia: dico quod repercussiua competunt mixta cum calidis. ¶ Primo repercussiua competunt ne materia fluat ad locum: quod repercussiua frigida sunt ut dictum est. ¶ Secundo calida misceantur: que materie opponuntur et non sinunt ipsam ad locum uenire: quia omnis oppositio fit per contrarium. ¶ Tertio debent esse sicca: quia materia et qualitas opponuntur eis que est humiditas. ¶ Exemplum huius: crocus conueniret similiter rose balaustie sandali et sic de aliis. mixta tamen cum croco vel camomilla vel aneto et sic de aliis. ¶ In aliis autem apostematibus melancolicis: quia scilicet sephiros et aliis similibus competunt repercussiua que sunt frigida mixta tamen cum calidis propter rationem immediate dictam et paragrafo lecto. ¶ Et consequenter humida conueniunt: quia materia est sicca que indiget humectatione pro sui resistentia: et uide exemplum per te. ¶ Nota tertio principaliter et diligenter. ut etiam patebit in questionibus que repercussiua fortiora competunt in herisipila quam in flegmone: quia materia est magis subtilis magis apta inbibi membro quare stiptica debent esse fortiora ne ipsa materia in membro inbibatur: et cum hoc debent esse frigidiora: quia materia ista est valde calida: que indiget pro sui oppositione frigida valde. ¶ Et similiter dico de vndimia: quia in vndimia medicine stiptice debent esse fortiores quam in cancro et in aliis currentibus eodem cursu. ¶ Patet primo qualiter stiptica fortiora debent esse in herisipila quam in aliquo alio apostemate: deinde in flegmone: deinde in vndimia stiptica grossiora debent poni in apostematibus melancolicis quam in aliquo alio apostemate. Notes etiam quod aliqua sunt apostemata: que currunt cursu colere: quia cum colera potest misceri flegma colera uincente et potest permisceri sanguis ipsa uincente. ¶ Et potest permisceri ipsa melanconia ipsa colera vincente. ¶ Et si vincit ipsa colera ipsum sanguinem vocatur herisipila floides. Et si flegma vincatur a colera vocatur herisipila vndimiades et sic de aliis. ¶ Et eodem modo dico de sanguine: quando secum miscentur alii humores et sic de flegmate et melanconia et patet. Consideres etiam quod quia cum infinitis modis potest sanguis permisceri cum istis aliis humoribus et ita colera: quia infinite possunt esse permixtiones diuerse infinite possunt esse species istorum apostematum. ¶ Ideo ex te considera ex dictis in quibus apostematibus aliis a prenominatis repercussiua competunt fortiora vel debiliora: non autem omnia possent scribi et hoc ex te considera. ¶ Nota etiam quod licet formica corrosiua et ambulatiua fiant ex materia colerica non naturali: tamen istis et similibus apostematibus in principio non competunt stiptica humida: quia locus vlceratus est in istis apostematibus quare frigida competunt et stiptica. ¶ Primo stiptica competunt ne materia fluat ad locum. Secundo sicca competunt ratione ulcerum: quia canon est quod omnia ulcera indigent exiccatione preter quam facta ex contusione. ¶ Tertio frigida ratione oppositionis conueniunt et repugnantie ipsius materie que est calida. ¶ Nota ultimo: quod licet ignis persicus et pruna differant solum secundum magis et minus repercussiua fortiora competunt in igne persico quam in pruna. ¶ Ratio quia materia est calidior et subtilior hinc est quod repercussiua fortiora conueniunt. ¶ In pruna cum sit materia calida cui plus admiscet de melanconia quod ualde indicat forma sua que est ualde depressa et non eleuata modo hoc arguit materiam grossam: ut declaratum est in primo libro tractatu de exituris et uide illic. ¶ Dico etiam quod repercussiua non debent esse multum intensa in istis apostematibus. quia hec materia participat aliquali uenenositate: non tamen tanta sicut carbunculus quare repercussiua remissa competunt. ¶ Et etiam frigida non multum intensa competunt ne materia conculcetur in loco que est grossa pro parte: ut iam dictum est. Et nota quod hec dixi ad vtilitatem primi tractatus primi libri ad quem ista capitula necessaria sunt et ad utilitatem tertii tractatus primi etiam libri:

¶ Tractatus secundus de apostematibus capitis:

¶ Capitulum i. de aquositate que reperitur in capitibus puerorum.

Postquam aliqua vniuersalia ꝛ etiam particularia posita sunt. Restat nunc videre ꝛ ponere capitula specialia de apostematibus. Et primo capitis ¶ Et de cura ista loquar ut Lafrancus: de aqua que capitibus puerorum: ꝛ primo i hoc capitulo ꝛ aliis noto mihi generalia quedaꝫ vtilia ad curas istorum. ¶ Dico ergo ꝙ quatuor sꝰ a quibus sumuntur indicationes curationis: scilicet complexio compositō ꝛ uirtus: ꝛ primo ex complexione. ¶ Primo sumitur actus curationis: quia calidiora calidioribus indigent adiutoriis ꝛ sicciora siccioribus ꝛ humidiora humidioribus: quare etiam primo complexio prenotetur. ¶ Carnisiores ergo secundum hoc breuius indigent exiccari quia humidi sunt: sicciores ergo longius quia complexio sua sicca est ꝛ hoc ut complexio sua seruetur. ¶ Dixit secundo ꝙ ex compositione sumitur actus curatiuus: qꝛ corporum alia sunt rara: alia spissa: aliter eniꝫ rara ꝛ aliter spissa medicanda sunt corpora. ¶ Raritas enim arguit facilitatem eductionis: spissitudo difficultatem eductionis arguit. ¶ Et ideo dicit Auicē. fen. z. doctrina. z. ca. zº. vbi de humiditatibus in locis frigidis ꝛ calidis loquitur dicit. Qꝛ humiditates in locis frigidis sunt fortiores ꝛ audacie maioris ꝛ melius dirigētes: quare uirtutes eorum fortiores. ¶ Et per oppositū loquitur in alio capi. de humiditatibus in locis calidis. ¶ Quare isti tales faciliter soluuntur et alii difficulter: ꝛ ex hoc potes notare regionem. ¶ Dixi tertio ꝙ ex uirtute actus curatiuus sumitur a virtute. nāqꝫ sumitur applicatiō acrium farmacorum ꝛ domesticorum. ¶ Sensibilia nāqꝫ membra velud oculus velud ꝛ paniculi aliq̄ vt dura ꝛ pia mater acria neqꝫ grauia sustinent farmaca. ¶ Dixi quarto ꝙ ex positione sumit actꝰ curatiuus. Nam membra aliqua ponuntur i superficie aliqua ponuntur in profundo: si ponantur in superficie leuis medicina operatur in eis Si in profundo medicina debet esse fortis: eo quia anteq̄ ad locum veniat multe partes i via euanescunt: quare debet esse multum potens.

¶ Et Auicē. de his loquens fecit experimentuꝫ de pulmone. 4. primi. ca. 5º. ¶ Secundo nota ꝙ egritudines quandoqꝫ recipiunt denominatōeꝫ a membris: ad hunc sensuꝫ quia si materia flegmatica fuerit in capite ꝛ loquar in apostematibꝰ facit talpam. ¶ Si illam et ad imaginationeꝫ ad oculum transiret obtalmiā faceret flematicam.

¶ Si ad gulam squinantiam faceret: si ad manus ciragram faceret: si ad pedem vndimiam faceret ꝛ sic de aliis humoribus est dicendum.

¶ Tertio nota vt notat Auicē. in. 3. fen. primi doctrina. z. caº. xviii. ¶ Causarum apostematū quedam veniunt ex materia ꝛ quedam ex dispositō ne membri: que uero exparte membri sūt repletiones ex sex rebus non naturalibus. ¶ Que uero ex parte dispositionis sunt membrorum: sūt ex pte virtutis membri impellētis ꝛ ex debilitate partis recipientis: aut propter naturaꝫ sue substantie ad ꝙ sic creatum fuit sicut cutis: aut propter sui laxitatem sicut caro que laxa est post aurem: aut inguinem ꝛ sub asella: aut propter debilitatem membri non potētis digerere qd ad ipꝫ uenit aut propter percussionem que in ipso materiam retinet: aut propter nocumentum quod ē in ipso: aut quia resolutio deficit respectu eius qd solebat propter exercitium: aut propter colorem extraneum qui est in ipso: aut propter prauitatem eius: scilicet membri non potentis recipere ꝙ ad ipsum mandatur. ¶ Iste sunt cause apostematuꝫ in vniuersali: isto viso venio ad fctm̄

¶ Ista aquositas que reperitur in capitibus puerorum non fit nisi dum infans est in vtero mulierum vel cum est nouiter natus ei fit ab humiditate menstruali aquosa quā natura mulieruꝫ ꝛ natura ipsius pueri non potuit retinere ul' ex mala qualitate ipsius humiditat. ¶ Sed potuit ipa virtus ad ipsum caput expellere et hec aquositas aliquando ponit se inter craneum ꝛ cutem quare tunc medicus non perpendit nec sentit ipsum os. ꝛ aliquādo ponit se inter sifac membri quia cerebri quia inter durā matrē ꝛ craneū. Sꝫ hec difficilioris curationis ꝛ magis periculosa q̄ꝫ prima. ¶ Cura huius ē hec aliqui antiqui curant ipsam hoc modo. Scito ꝙ in superiori pꝛte capitis puerorum ossa non continuantur nisi post longuꝫ: tempus ergo magistri isti incidebant aliqui secundum longum: aliqui secunduꝫ figuram triangularem: aliqui secundum crucem vt erat eis visum: ꝛ isti hanc aquositatem nō extrahunt in vna uice: sed in pluribus ꝛ cōfortāt ipsum caput cum confortātibus ut eis est possibile. ¶ Et ista erat cura eorum ꝛ extracta aqua de loco isti consolidant locum etiam ipsum vniunt ꝛ inungunt ipsum caput cum oleo de aneto ꝛ camomilla ꝛ cum isto auxilio natura residuū rectificat: ꝛ hoc si materia fuerit inter craneum ꝛ duram matrem. ¶ Si autem aquositas fuerit inter craneum ꝛ cutem omni die fiat inūctio cū oleo ð camomilla. ℞. sulphure ꝙ sic fit vt dixit Guido de saliceto ꝛ Lamfrancus qui in hoc eū sequitur: ꝛ ego etiam sum expertus. Recipe olei de camomilla. ℥. iiii. vel de aneto secundum Lāfrancum sulphuris. ℥. i. misceantur simul ꝛ de hoc calido actu bis fiat in die inunctio cū oleo de sulphure predicto. ¶ Si auteꝫ per hunc modum curari non poterit: quia ista non sufficiant fiant cauteria puntualia ꝛ primo super frontem fiant in angulis eius vel in alio loco vt tibi melius videtur secundum dispositionem egritudinis ut aqua melius possit exire et extrahere ipsam aquam omni die paulatim ꝛ paulatī vt virtus pueri deficiat ꝙ valde timidum est: ꝛ claudas foramen decenter cum tentis ꝛ liges post hoc caput cum ligamentis decentibus ꝛ hoc cauterium punctuale si non sufficiat tibi facias aliud: vel alia in parte posteriori capitis sic ꝙ aqua possit libere exire et secundum voluntatē tui. Et vltra hoc dicit Lanfrancus ꝙ postq̄ꝫ

aqua est euacuata desuper ponatur lana aut stuppa infusa in oleo ꝛ vino tepidis ꝛ expressis ꝛ fiant ligature modo conuenienti et per hunc modum curantur.

¶ Capitulum secūdū de testudine siue talpa.

IN capite accidit testudo siue talpa que vt dicit Rogerius adheret craneo ꝛ ipsum contaminat. quare melius est ipsam dimittere: ꝓtunc quam ipsam curare: et hoc vbi os fuerit corruptum. ¶ Et Lāfrancus ꝛ Guido dicunt se vidisse hominem qui habebat talpam vlceratam supra prorã capitis cum corruptione ossis adeo ꝙ ita prependebatur panniculorum motus ac si locus esset discopertus: cui dedit regimen ꝛ consilium palliatiuum ꝛ recessit. ¶ Signa testudinis sunt ista tumor eius est satis magnus ꝛ mollis ꝛ non est ualde durus. ¶ Et propter hoc differt a nodis ꝛ conuenit cum eis quia chistim habet in qua materia eius continetur et in capite oriuntur ꝛ non alibi. ¶ In cura ergo ista vbi os non sit continuatum quia alteratum: habes tres intentiones. ¶ Prima est purgare ꝛ vitã eius ordinare. ¶ Secunda ē materiã de loco extrahere. ¶ Tertia est locum consolidare. Prima intentō completur: primo ergo quia materia ista est humida ꝛ pinguis conueniunt pillule de irea uel chochie ꝛ etiam de agarico que euacuant a capite ꝛ a pectore. ¶ Sirupus de sticados in hoc valet si fuerit expediens: ꝛ abstineat se a rebus humidis ꝛ a superflua comestione ꝛ itineret quantum potest: ꝛ vigilet quia ista exiccant: ꝛ ab aliis rebus humectantibus quomodo vt clarum est se abstineat. ¶ Secunda intentio cōpletur per hunc moduꝫ quoniam vt dicit Bru. omnia apostemata que fiunt in capite inciduntur secundum crucem vt melius possit fieri excoriatio siue sint dura siue mollia. ¶ Incidatur ergo locus secundum crucem vt melius possit excoriatio: incisio tamen sit superficialis ut chistis non incidatur ꝛ extrahatur tota materia cū chisti: quoniam si aliquid remaneret rediret vt etiam nodi. ¶ Et est satis superius dictum de hoc primo libro capitulo proprio. Etsi aliqua pars chistis remaneret tunc cum medicamine acuto deberet remoueri modo dicto in primo libro capitulo de nodis. ¶ Et notes bene ꝙ tale apostema aliquotiens deuenit adranieꝫ ꝛ specialiter in pueris ꝛ hoc ē quando secū miscetur multum de sanguine vel de colera. ¶ Et hec ē causa quare apostemata flegmatica aliquando veniunt ad saniem. Si contingat ꝙ os sit corruptum in modica quantitate ꝛ velis remouere ipsum: fac vt dictum est in de fractura cranei.

¶ Si os fuerit valde corruptum tunc fuge: q̄r timor est de morte. ¶ Tertia intentio completur per hunc modum: quia hoc peracto debes locum mundificare cum vnguento apostolorꝫ vel viridi ꝛ facta mundificatione debes carneꝫ generare deinde debes locum sigillare vt dicetur in sequentibus ꝛ est dictum.

¶ Capitulum tertium de topinaria.

TOpinaria non fit nisi in capite ꝛ specialiter ĩ pueris ꝓ maiori parte ꝛ fit sepe ꝛ vt plurimuꝫ in flegmate dulci ꝙ declarat viscositas saniei ꝛ albedo eius. Et aliquando fit ex flegmate mixto cum sangine ꝙ declarat eius color: qui ē rubeus ꝛ cito ad maturationem deuenit: ꝛ aliquã do fit ex melanconia ꝛ colera: raro tamen minꝰ raro videtur citrinitas ꝛ nigredo in eius sanie: vt patet. ¶ In cura ista habes duas intentiones. ¶ Prima est locum maturare. ¶ Secunda est ipso maturato aperire et ipsum consolidare. Et in hoc capitulo non loquar de purgatione: quia hic semper quasi accidit pueris quibus non cōuenit purgatio cum solutiuis: Si tamen posset fieri fiat cum euacuantibus ipsum flegma uel alium humorem secunduꝫ necessitatem. ¶ Prima intentio completur per hunc moduꝫ pro tui posse vaces maturationi ꝛ non permittas ipsaꝫ vltimare. Nam sanies ex maturatione vltima acquirit acuitatem ꝛ venenum ꝛ destruit lacertū capitis ꝛ cutem ꝛ disponit sic locum ꝙ locus cum difficultate curatur. ¶ Maturatiuum Gui. de saliceto. ℞. cepas coctas sub prunis numero iii. vitellos ouorum. iii. duros coctos sub prunis mundentur ꝛ pistentur simul ꝛ optime incorporent ꝛ addatꝰ cū eis de assungia porci vl' de butyro tm̄ sic ē medictas totiꝰ ꝛ ponatꝰ hꝰ sup locū ¶ Item. ℞. de radicibus maluauisci cocti in aqua mundati ꝛ contusi ꝛ pistati optime tantum quantum est totum illud quod est factum cum cepis ꝛ misceantur: simul ꝛ hoc est optimum.

¶ Et si vis alias receptas maturatiuas recurre ad unum capitulum primi libri intitulatum capitulum de maturatiuis medicinis. ¶ Et inferius alias receptas habebitis. ¶ Secunda intentio completur per hunc modum apostemate existente maturato incidas ꝛ aperias locum ꝛ multi incidunt diuersimode. ¶ Quoniaꝫ aliqui incidūt secundum crucem ꝛ hoc non est bonum q̄r hec incisio multum impedit lacertos capitis. ¶ Aliqui etiam incidunt secundum figuram triangularem. Ut Guil. de saliceto. ¶ Ego autem consueui incidere soluꝫ secundū ꝙ capilli incedunt ꝛ secundum longum ꝛ semper mihi comperio bene tamen late quantuꝫ possum ꝛ hoc etiam sensit Gui. de salic. facta incisione ꝛ sanie euacuata dicit Guil. ꝙ locus impleatur totus de alumine zuccarino trito ꝛ mixto cum uino tentis ꝛ cum petiis balneatis existentibus in hoc uino ꝛ hoc dicit ipse sit generale in oī incisione apostematis. ¶ Ego autem non operor isto modo sed facta incisiōe pono stuppas cum albumine oui ꝛ ubi constat mihi ꝙ non sit male qualitatis illō

ut dicit potest fieri facta incisione ⁊ fluxu sanguinis stricto fiat mundificatio illo modo. ℞. mirrhe.ʒ.i.sarcocolle.ʒ.ii.farie ordei:ʒ.iiii. mellis q sufficit ad inspissandum. Si autem esset illic putrida caro uel illud non sufficeret.mundificetur cum vnguento apostolorum ul' viridi facta mundificatõe ⁊ incarnetur cum isto puluere. ℞.thuris minuti.ʒ.ß.ireos.ʒ.ii. draganti.ʒ.i.pulverizentur ⁊ cribellentur uel incarnetur cum vnguento rasino q ualet in puerorum ⁊ locis carnosis eo quia parum exiccat ⁊ talia pauca indigent exiccatione: facta incarnatione consolidetur cum isto puluere. Recipe nucis cipressi. vnciam vnam.mumie vnciam mediã pulueris gallarum.ʒ.iii.boli armeni.ʒ.ii.aloes.ʒ.i. pulverizentur ⁊ cribellentur vel possumus consolidari cuȝ greco maiori vel minori vt tibi libet.

¶ Capitulum quartum de apostematibus duris capitis.vt sunt nodi ficus et durities.

A Posteata non saniosa accidunt in capite et ista sũt diuersa quia aliqua sunt que sunt ficus: ⁊ aliqua que sunt nodi ⁊ aliqua que sunt duricies. ¶ Et cure istorum diuersificantur. Si erit ficus cognosces.quia pes eius erit subtilis ⁊ superficies erit lata ⁊ nominatur ficus ad similitudinem ficus quia ei similatur. ¶ Facta purgatiõe rei flegmatice ⁊ melancolice si etas consenserit. ⁊ alia fiat incisio circa radicem ⁊ post incisionẽ cauterizetur radix eius usq ad os facto hoc super escaram ponatur butirum donec ipsa cadat. ⁊ remota escara mundificetur locus ⁊ ipso mundificato incarnetur ⁊ consolidetur modo dicto in alio capitulo. ¶ Si fuerit duricies cognosces quia habet pedem ⁊ superficiem in qualitate. ¶ Et in hoc differt a ficu ⁊ ista talia fiunt a materia melãcolica vl' ex flegmate grosso idurato vel ex vtroq.facta purgatione si etas consenserit ⁊ alia incidatur locus secundum triangulum ⁊ totum q est intus õ malo eleuatur ⁊ de corrupto proposse hoc facto locus impleatur cuȝ alumine zuccarino ⁊ tentis ⁊ cõiter locus mundificetur cum vnguento apostolorum vel viridi ⁊ si fuerit necesse uigorare eum potes cum modico egiptiaci. Facto hoc incarnetur ⁊ consolidetur modo pluries dicto in aliis capitulis. ¶ Nodi vero et glandule capitis curentur vt dictum est in primo libro capitulo proprio et ibi vide. ¶ Et nota aliqua generalia in apostematib⁹ capitis. ¶ Primum est omnia fumosa ⁊ vaporosa prohibeantur et etiam in aliis capitis passiõibus. ¶ Secundo notes q in euacuatione materie antecedentis calide appropriatur ellectuariũ succi ro.cum aqua nenufarum ⁊ pillule mirabolanorum ⁊ de fumo terre. ¶ Et ad euacuationeȝ frigide pillule de hiera pillule cochie ⁊ auree conueniunt. ¶ Tertio notes q in apostematib⁹ existentibus circa ollera capitis tria principaliter appropriantur. ¶ Primũ est q in principio talium apostematum non approximentur repercussiua fortia propter propinquitatem membri principalis. ¶ Sed repercussiua debilia debent apponi ut oleũ ro.⁊ alia similia. ¶ Secundũ est q si talia saniantur non expectetur mora in apiẽdo ne sanies contaminet cerebrꝫ ⁊ ledat eũ. ¶ Et idẽ dico de osse eius q̃ possꝫ ledi vt ẽt in talpa dictum est. ¶ Tertiũ ẽ q qñ apa ẽ magnũ dꝫ fieri apertio scđm triangulũ ⁊ melius mundificetur ⁊ dꝫ fieri ad modũ cifre ĩportantis.7. vt locus melius mundificetur. ¶ Cuius angulus sit versus partem superiorem vt sanies melius exeat. ¶ Et ista documenta habes in apatib⁹ capitis ⁊ p hec habes differentiã inter apostemata capitis ⁊ aliorum apostematum alterius loci.

¶ Tractatus tertius de apostematib⁹ oculorum. ¶ Capitulum primum est de opthalmia.

S Equitur de apostematib⁹ superioris oculi q̃ õ apatibus coniunctiue ⁊ cornee. ¶ Et primo de optalmia. ¶ Et primo dico q opthalmia est propria passio oculorũ vel propriuȝ aposteme. Unde Ga.in primo de accidenti ⁊ morbo dicit q ẽst flegmon coniunctiue ⁊ ipsius coniunctiue est passio per se oculi. ¶ Secundum autem accidẽs est egritudo vt dicit textus Galieni ⁊ ita volunt omnes. q sit apostema coniunctiue. ¶ Aliqui tamen diffiniunt optalmiam ⁊ dicunt q est apostema calidũ coniunctiue nã q̃ꝫ vis opthalmia causet ex humore frigido vel ex flegmate ⁊ melĩa tñ vt patebit pp motũ sanguinis ⁊ spirituũ ad oculũ calefiunt hũores vl' ẽt q̃ putrefiunt iõ sup calefiũt. ¶ Et nõ sunt calide p se sꝫ p accñs:hoc ẽt dictũ est in.i.li°ca°de exituris. ¶ Cãe opthalmie nõ variantur a causis aliorum apostematũ vniuersalibus ⁊ pticularibus nisi in tãto q reuma magis deriuatur a capite q̃ꝫ in aliis apatib⁹ aliorꝫ membrorum. ¶ Cause primitiue opthalmie sunt sicut puluis fumus uentus sol acuitas rei q̃ imittitur in oculo oĩa ista possunt cãre opthalmiam vbi ista obuient corpori plectorico. ¶ Si hũores currãt ad locũ obuiatõe istorꝫ cãrꝫ tunc vocatur ophthalmia vera. ¶ Si ãt occurrãt oculo ⁊ humiditates oculi rarefiant non currentib⁹ aliis humiditatibus tunc non uocatur vera opthalmia. ⁊ cura istius ẽ facilior. ¶ Nõ tñ q sunt duo mõi ophthalmiarum.quedã uero est pertransiens terminum maliciei sꝫ in illa ẽ sola rubedo cũ q̃dã hũectatõe. ¶ Quedã ẽ magna ptransiens terminũ in magnitudinẽ in q̃ rubedo cohopit pupillas ⁊ cõiunctiua simul ⁊ corneã: opthalmiarũ iterꝫ q̃dã ẽ ex sanguine ⁊ q̃dã ẽ ex cola ⁊ q̃dã ẽ ex fl'ate ⁊ q̃dã ẽ ex melĩa. ¶ Signa opthalmie ex san sanguine sũt rubedo ⁊ caliditas oculi ⁊ inflitio eius:⁊ grossities uenarꝫ cõiunctiue palpebrarũ lipitudo ⁊ lacbriarꝫ multitudo ⁊ grauitas i toto

corpore uel in oculo uel in capite ꝛ reliq̄ signa cōsidera. Signa opthalmie ex colera sunt dolō ꝛ calor fortis ꝛ acuitas ꝛ rubor floridus in oculo et multitudo lachrimarum cū acuitate ꝛ paucitate lipitudinis in oculo ꝛ infra oculum sentit pūcturā et mordicationem ac si arena in ipso esset ꝛ reliqua signa cole cōsidera. Signa opthalmie ex flate sunt multa inflatio cū. pauca rubedine calore ꝛ dolore lachrimarum exuberantia absq̄ acuitate grauitas in corpore ꝛ reliqua signa fla tis considera. ¶ Signa opthalmie ex melia sūt paucitas. rubedinis ꝛ tumoris ꝛ hūiditatis ꝛ color eius ē. fuscus ꝛ alia signa melancolie cōsidera. Et scias amice ut alias dixi in hoc li° q nō soluz debes ꝯsiderare morbū sz ēt tēpora morbi. ꝛ tunc scies approximare ea q̄ necessaria sūt ¶ Pro quo nō q opthalmia hꝫ q̄ttuor tpa principiū augmentum statū ꝛ declinationē. ¶ Et tēpora opthalmie distingunt̄ penes accn̄a ꝛ nō penes digestionē mē uc sic dicā. Qn̄ accidentia sē praua ꝛ sunt incipientia tunc est principiū. Quādo āt augmentantur ista accidentia ꝛ currunt ō oculis lachrime ꝛ a naribus tunc est augmētuz. ¶ Et tunc iste materie in digeste sunt: Quādo autez est magna furia illorum accidentiū tunc ē status. Qn̄ āt abscinditur flux° totaliter ꝛ humiditates sunt pauce ꝛ spisse ꝛ palpebre coniunguntur tunc ē declinatio. ¶ Et scias amice q optalmia quandoq̄ ē capitalis q2 a capite ꝓcedit Et aliquando stomacalis q2 a stō ꝓcedit. Si ipsa fuerit capitalis declaratur q2 caput ē graue ꝛ dolor ē in eo. Et si adest rubedo ꝛ calefactio ꝛ dolor et pulsatio circa frontē ꝛ tīpora cū extēsione ꝛ uenarum repletione ꝛ iflāmatione significatur q uenit propter gingiā matrem. Et quādo predicta non adsunt. s. rubedo et calefactio ꝛ dolor ꝛ pulsatio. sz adest continuus flux° et sternutatio et pruritus in naso et palato uenit ꝓpter rē intrinsecam. ¶ Si est stomacalis uenit cum nausea et uomitu cū cōturbatione stomaci. ¶ Notes bene q dolores oculorū sūt acuti et molesti. Inquit. Ga. quarto meam et nullū sinthoma ita molestuz laboranti sicut ista. Et ideo cū magna diligentia sedandus est dolor et soda qui secuz cōiungitur. s. cū passionibus oculorum. ¶ Scias āt in actu pronostico q si remedia in opthalmia nō conferunt et est operatus vt debes aut retardauit in iuuamentū scias q reūa descendit ad oculos aut q materia retineatur intra tūicas aut scabies est in palpebris que continuat opthalmiaz ¶ Ampli° scias q sepi° opthalmie habent paroxismos et periodos sequentes anologiaz et materiā ex quibus fiunt secundo de differentiis febriū. Item scias q opthalmia est morbus contagiosus ꝛ transit libenter de uno oculo ad aliū ꝛ oēs hoc volunt: preterea hoc scias secūdū Bernarduz de gordonio q opthalmia nō ē negligēda q2 si male curatur ꝛ malas dimittit reliquias sicut ruptura cornee maculas ꝛ pānos tediosos ¶ Cura opthalmie maioris ꝛ minoris non uariatur nisi secundū magis ꝛ minus. ¶ Quattuor habet intentiones. Prima est uitā ordinare. Secunda ē in euacuanda materia antecedente. Tertia est in coniuncta. ¶ Quarta in correctōe accidentium. ¶ Prima intentio completur per hunc modum diminuatur primo cibus ꝛ potus serotinus maxime uitet etiaz uaporosa ꝛ eligat cibos pauci et ellecti nutrimēti ꝛ dimitat vinū ꝛ carnes in principio ꝛ hoc ī materia calida ꝛ in forti dolore ꝛ super cibuz accipiat aliquid coriādri aut de citoniis vt fumi reprimantur ꝛ non ascēdāt ad caput ꝛ stet ī loco obscuro ꝛ coraz se teneat pannos uirides nigros atq̄ blauos: fugiat claritatez atq̄ splēdorē fumū puluēs atq̄ uētū cobitū atq̄ irā vitet. Nō iaceat sup faciē suā: imo sēper teneat caput altū. uētrē laxū sōnū diligat ꝛ quietē nullo modo grauet oculos tactu ꝛ aspectu. ¶ Secūda intentio completur secūdū mē diuersitatem quoniaz si materia esset sāguīea fiat flebotomia de cefalica ꝑt aduerse u1 opposite. Et hoc dū materia ē in fluxu. postea dū est fluxa fiat de uena frontis uel tiporis. Si materia est colerica fiat purgatio cum ellectuario succi ro. distēpato cū aq̄ nenufarum. Si materia fuerit flatica cū pillulis cochiis fiat purgatio u1 cū alus dict in ꝑcedenti ca°. Sirupus eius si fuerit materia cala sit de nenufarum cū aq̄ ei° uel uiolat° sirupus: si materia fuerit frigida de sticados cōuenit cuz decoctione capitali u1 cū aqua maiorane. diuersiones fiant eūando ꝛ dolorē capitis sistēdo ut cū flebotomia ꝛ aliis medicinis cuiq̄ humori appropriato. Et fiant ēt cū clisterib° acutis ꝛ fricationib° ꝛ ligationib° dolorosis factis in extremitatib° ꝛ cū uentosis et cātarellis super spatul positis uel in fōtanella capitis ꝛ cū emplīs sup positis de milio ꝛ sale ꝛ stercore columbino ꝛ camomilla ꝛ aniso ꝛ similibus. ¶ Et Gal. i3° terapentice docet incidere uenā tiporū ꝛ frontales ꝛ stringere eas cū aliquo corrosiuo aut eas ligare in duobus locis ꝛ postea incidere in medio ꝛ incarnare q non facerem ego. ¶ Emplm restrictiuū ipsarum hūiditatū Guidonis currentiū ad locū sic fit. ℞. boli armeni farine lentiū gallarum ꝑsidie acatie aloes thuris an̄. ꝛ icorporēt cū albūine ouorum ꝛ ista ponantur ī tiporibus uel in fronte et reitēnt̄ donec habeas intentū. ¶ Aliud Geradi. de solo. ℞. acacie sanguinis dra. an̄. ʒ. i. boli armeni ʒ. ii. ꝛ fiat pul ꝛ incorporet̄ cuz albumine oui agitato q sufficit ¶ Et nō q iste due ℞te valēt qn̄ materia descēdit a capite ad oculos et in optalmia calida: et nō bene q alia cōpetunt ī principio: alia ī statu: alia in augmēto: et alia in declinatione. ¶ Cura ꝑncipii in principio cōpetunt repercussiua domestica et debent esse sedatiua dolorum in augmento cōpetunt repercussiua mixta equaliter cum resolutiuis. Et nō q hic non ē ꝼmo de statu capiēdo statū q° ad ipsa accidētia. ¶ Et per hoc care frater tollit̄ cōtradictio q̄ apparet hic ꝛ in primo ut dicit̄ q in statu mollitiā ꝯpetūt q̄ leuit resoluūt materiā et mollificant eam quare in declinatione melius resoluitur. ¶ Et Aui. illud idē videt̄ velle in ca

pitulo de floe. ¶ Dicas ergo amice quod illic supra fui locutus de statu quo ad digestionē materie ¶ Et similiter Avicē. hic loquitur de statu quo ad accidētia in quo adhuc materia fluit. ¶ Quare ista que adhuc repercussiua sunt conueniunt pro pter et cōsidera bene in hoc. In declinatione com petunt sola resolutiua quōcunque capiatur declinatio ¶ In principio ergo quando materia est calida cōue niunt ista que mē acuitatem et inflamationē re mouēt et reprimūt ut sunt aqua rosarum albumē oui portulaca trita et supposita endiuia solatrum: psi liū mucillago et collirium albū in quo ē opiū vt vult Haliabas valent quando dolor est in ocu lo ¶ Et nō bene quod opium visum obetat et non ni si quando dolor superat debet apponi et de simpli cibus primo loquar demum ad cōposita ueniam Constantinus dixit succus plātaginis mixtus cū pollina ordei .i. faria ordei et oleo ro. sanat apata maxime si in oculis fuerint. Sera. dixit viola confert in principio opthalmie: et dixit iterum flos citoniorum conuenit in emplastris que fiunt in apa tibus oculorum. voluit iterum quod quando fit emplastrum cum ea sedat apata oculorum calida. voluit iterum quod quando fit emplastrum cum cucurbita. s. cū rasura corticis con fert apostematibus calidis oculorum ¶ Dia. dixit flos et fructus citoniorum ualent et sanguinem tol lunt in opthalmia ¶ Dixit ēt folia tassi barbassi aurosi conferūt apatibus calidis oculorum in prin cipio cocta in aqua: dixit iterum sēpiuiua cum polen ta ordei valent in principio ardorē et tumorē tol lit. Et dixit folia endiuie emplastrata ualet ar dori et apostematibus oculorum ¶ In principio dixit ēt foliorum succus oleastri prohibet tumo res cornee. Aui. dixit spodiū confert apatibus calidis oculorū in principio ¶ Et dixit memite cū aqua ro. opthalmie confert in principio. Et di xit ēt ex lactuca fiat emplastrum opthalmie et idem dixit de portulaca et dixit quod ingreditur in alco/ hol. Et dicit quod nimius usus eius facit accidē pa nū in oculo. Et dixit quod pomum citoniū assatū ponitur in opthalmia et valet. Barth. de va. po mum coctonum crudum in principio valet coctum in augmento valet vel assatū. Confert ēt vehe/ mēter opthalmie calide mucillago psilii preparata cū aqua ro. et fomentata. Joannes mesue dixit hoc colliriū valet in principio. Rx. ceruse ablute ℥. viii. amidi. ℥. iiii. gūmi arabici: dragāti an. ℥. ii. et fiat colliriū cū aqua ro. vel cū albumine oui et cū cotto emplastretur locus: valet ēt in principio vt dicit Guido albumē oui fortiter agitatū et de spumatū et proiectū in oculo cū pēna bene mūda va let ēt lac mulierum proiectū ab ubere in oculo vt si morā faceret in ciato vel in alio loco acetositatē acquiret et non ita ualeret. Gerardus de solo di/ xit. Rx. aque ro. electe. ℥. s. albumīs oui fortiter agi tati et dispumati quātū sufficit et misceatur et vna gutta ponatur in oculo cū pēna mūda. Aliud semi nis citoniorum mucillagīs psilii draganti ana. ℥. i. lactis mulieris puellam lactātis. ℥. i. albuminis uni us oui fortiter agitati et misceatur. Lapis ematites super loco uel super ligno ebani cū albumine oui

uel lacte fricetur et īponatur cū mucillagine fenu/ greci fricato ualet ēt. Cura augmenti et status in augmento cōpetit lac muliebre et mucillago cito niorum et fenugreci extracti cū aqua ro. Serapio dixit quod folia scotani coquūtur cū uino et fiet em plastrum cū eis prohibet cursū humorum ad oculū et probi bet apata siue resoluit apata calida siue flatica et ergo bene ualet ¶ Et dixit ēt quod in apatibus magis que accidunt in oculis et ulceribus eorum magnus ualent lentes cū cortice mali granati: et dixit etiā quādo ex floribus uel sūmitatibus abrotani quia alie partes inutiles sunt et misceantur cū citonus aut cū pane et fit inde emplastrum curat apata calida oculorum et hoc ualet plus in statu: Aui. dixit sanāt opthalmiam calidā lētes quando trite cū corona regia citonio et oleo ro. si oculus emplectur cū melliloto citonio et oleo ro. et plus ualet in statu. Et dixit ēt quod cū absinthio fit emplastrum cōfert opthalmie. Di xit ēt quādo aduritur seratura ebani super sarta ginem: deinde abluitur cōfert opthalie sicce ocu li et scabiei eius. Dia. dixit lenticula solū cū mel liloto et citonio cocta et īposita tumorē oculorum. Dixit etiā abrotanum elixū cū malis citoniis cū pane et īpositū ualet. Dico ego quod ualet in statu cū citonio et in declinatione cū pane. Et causa est nota: Bartho. dixit quod hoc remediū confert quādo apa non ē magnū et si est magnū cū predictis ad datur cortex mali granati aut rosarum ¶ Isaac dixit auctoritate Ga. quod siler misceatur cū melliloto et ce lidonia et oleo ro. cataplasmate facto calidū apa oculi dissoluit. Gui. de ua. dixit poliū tritū cum aqua ro. et superpositum ualet. Confert ēt secundum ipsum apatibus calidis oculorum grana aut folia mirti cocta aut cū subtili farina ordei emplastrata. re primit. n. et cōfortat et dolorē sedat et propter quando cū farina ordei miscetur mirtus et cū farina frumēti misceatur ualet. Dixit ēt euaporatio facta cū sti cados ipso decocto opthalmiā resoluit quod uerū et expertū est. Dixit ēt quod centonici euaporatio opthalmiā resoluit et hoc dixit auctoritate Aui. Et dixit quod per centonicū Aui. intellexit tertiam speciem eius que est absinthiū romanum et ēt ci trinum. Et dico ego quod ista dicta a Guil. ualent in declinatione status uel in principio declinatōis et causa patet intelligēti. ¶ Cōstantinus dixit quod mirtus cū farina frumenti uel farina ordei et lac te uale: ¶ Rasis dixit hoc colliriū albū in quo est sarcocolla ualere: Rx. sarcocolle nutrite cū la cte asine gūmi arabici draganganti. ana. ℥. ii. croci ℈. i. et fiat puluis et in corporetur cū aqua pluuia li. ¶ Inuenio discordiam inter doctores vtrum sarcocolla competat in augmento. ¶ Rasis et gui do dicunt quod competit et ideo dicunt illuc colli rium valere in augmento ¶ Mesue et Bernar dus de gordonio dicunt cōpetit in declinatōne Ego autē dico quod sarcocolla competit in declinatio ne solum ipsa de perse posita et ratio quia ipsa est calida et sicca in primo gradu: et talia nō cōpetūt in augmento uel statu sed in declinatione. Et hoc voluit Bernardus et Mesue. Si tamen ipsa eēt nutrita in lacta aut esset admixta cū aqua plu

uiali tunc dicerem ꝙ conueniret in augmento. ¶ Ut dixit Rasis non mirum q; ratione lactis uel aqua efficitur stiptica ⁊ parū resolutiua ⁊ ista competunt in augmento. ¶ Ad hunc ego dicerez ꝙ conueniret in statu ipsa sic nutrita q; tanta ei⁹ est exiccatio uel plus quanta est eius stipticitas ⁊ talia competunt in statu. ¶ Et uide dicta i principio capituli. ⁊ uidebis ꝙ uerum est. ¶ Gerard⁹ de solo dixit hoc ualere. ℞. tucie bene preparate canfore subtiliter puluerizate añ. ʒ. i. aque rosis ellecte. ʒ. i. mirabolani albi. ʒ. ß. ⁊ fiat collириū ¶ Et anteq̄ ponatur in oculo debet agitari ⁊ extrahi frigus ⁊ ponatur in oculo una gutta. ¶ Ista medicina repercutit resoluit ⁊ dolorem mitigat: ⁊ isto remedio sum usus ⁊ bene successit mihi. ¶ Collirium album Daliabatis. ℞. ceruse ablute. ʒ. viii. amidi. ʒ. iiii. climie. ʒ. ii. gummi arabici olibani añ. ʒ. i. opii. ʒ. i. ⁊ fiat collirium cū aqua feniculi. Sief ihesus. ℞. ro. ru. recentium mūdatarum a capitib⁹ ⁊ fustis. dragmas. iii. viride eris batiture eris añ. ʒ. ii. spice nardi. ʒ. ii. mirre. ʒ. iiii. gūmi arabici cachimie usṫe ⁊ lote. añ. ʒ. xxiii. croci. ʒ. vi. opii. ʒ. iii. pistentur ⁊ cum aqua pluuiali fiat sief. Sief citrinum Alexādri. ℞. amidi. ʒ. xx. sief memite. ʒ. viii. sarcocolle dragaganti gūmi arabici añ. ʒ. iii. croci. ʒ. i. ß. mirrhe. ʒ. i. opii. ʒ. ii. ⁊ confice cum aqua pluuiali. Cura declinationis in declinatione huius opthalmie. dico ꝙ ualet. spongia infusa in aqua decoctionis camomille melliloti: ⁊ expressa ⁊ super oculum posita resoluit enim materiam que est ĩ oculo et isto modo utor ego. balneum ēt ⁊ fomētatio pura cū aqua decoctionis rosis camomille melliloti ⁊ fēugreci. ¶ Ualet ēt spongia posita in istis ⁊ expressa. Et hoc tangit Gal. in cōmento illius aphorismi dolores oculorum meri ⁊c. ¶ Serapio dixit q̄n radix bethonice coquitur in aqua donec consumuntur due partes aque ⁊ liniantur oculi sedat apostemata calida ⁊ folia eius emplastrata hoc faciunt ⁊ hoc valet quando materia iam declinat. ¶ Et dixit ēt quando fit emplastrum ō apio domestico admixto pane aut zuccaro sedat apostemata calida oculorum. Et abrotanū illud idē facit q; calidū ⁊ siccum in tertio. Et dixit etiaȝ quando fit emplastrum cū maiorana sedat apa ta oculorum maxime cum polenta imposita. Et alii antiqui dicunt ꝙ nihil sit melius in opthalmia remedium q̄ pullegium desiccatum ⁊ puluerizatū ⁊ ĩ oculis collirizatū cū uino uel aqua feniculi. Guil. de va. dixit auctoritate antiquorū ꝙ opthalmia resoluit se supra decoctionem siccados oculi euaporentur ꝙ certo experimento ĩuenit utilissimum: collirīū Guidonis: ℞. tucie p̄parate. ʒ. i. aloes succotrini. ʒ. ß. cāfore. ʒ. i. aq̄ ros. lib. i. succi granatorum. 4ᵐ. i. Alcohol Rainaldi ℞. tucie preparate. ʒ. i. antimonii preparati. ʒ. ß. margaritaꝝ. ʒ. ii. coralli rubei. ʒ. i. ß. serici crudi ō folesello. ʒ. ß. fiat puluis subtilissimus ⁊ seruetur in pixide erea ⁊ ponatur in oculo: puluis rubeus Rasis. ℞. sarcocolle nutrite. ʒ. iiii. sief memite ʒ. ii. aloes. ʒ. ii. croci. ʒ. i. mirrhe. ʒ. ß. ⁊ fiat puluis.

¶ Iterū dixit ꝙ si urina pueri anteq̄ sperma effundat super calefiat ⁊ cū bombice more empl̄i oculo superpōatur cū patitur mitigat apostema.

¶ Cura de apostematibus ⁊ pustulis frigidis.

¶ Sit autem tepidum in collutione ¶ Auicen: dixit fiat collutio cum aqua rosacea vel cum lacte acetoso uel cum aqua mixti ꝛ decoctio balaustiarum ꝛ aqua arnoglosse et infusio glandiuꝫ ꝛ succus portulace: ualet etiam hoc ad apostemata frigida quando in hoc sunt bullite blance bisantie: sed tunc oleum illud calidum approximetur ¶ Et ego dico ꝙ folia rubi masticata cōferunt ꝛ spetialiter in calido in augmento ¶ Dixit Auicen. fiat collutio cum oleo arboris masticis ꝛ oleo mirtino ꝛ in uno quoqꝫ ponatur mastix aut oleum in quo bullierit mastix et rose aut oleum rosaceum in quo bullita sit spica ꝛ rosa sicca ꝛ mastix in statu. ¶ Dixit Auicenna valet cicer ꝛ spetialiter in apostematibus gingiue calidis ꝛ duris et succus hireos ꝛ succus foliorum oliue ꝛ fex uini ꝛ succus rute ¶ Dixit Auicenna etiam. Multi curant gingiuas siue tumores earum cum butiro ꝛ nos approximamus eum proprie in gingiuis infantium ꝛ linimus eas cum eo quando volumus ꝙ dentes eorum nascāt cito ꝛ sine dolore ꝛ confert aliis apostematibꝰ oris. in declinatione ista ualent ¶ Chiranus dixit ꝙ teste murium marinorum combuste solute cum melle tumores gingiuarum ꝛ nascentias curant Serapio dixit multum curat gingiuas siue tumores alumen iamenuꝫ ꝛ apostematibus vuule multum ualent ¶ Auicen. dixit colcotar multum confert apostematibus gingiuarum ꝛ constringit eas et ualent etiam hic illa que dicentur inferius in capitulo de dolore ꝛ ꝺ apostematibus oris ¶ Quare ergo ista capitula alternatiꝫ videantur quando est necesse ¶ Et hoc ꝙ dicit Auicen. de ziniar ueruꝫ habet si apostema sit calidum ꝛ ualde profundum ¶ Si autem apā non sanetur illo modo indiget cauterio ꝛ melius est vt sumatur oleum feruens cum lana in-

uoluta in extremitate tente et totiens fiat donec detumescat gingiua. verba sunt Auic. ¶ Si autem apostema fit ex humiditate superflua facta purgatione oportet ut dicit Auicen: vt in principio colluatur os cum oleis calidis ꝛ cum melle ꝛ oleo ꝛ rob: deinde administrentur resolutiua fortia dicta multotiens et patet.

¶ Capitulum secūdū de dolore gingiuarum.

Aliquando accidit dolor in gingiuis ꝛ non mirum quia aliquando ad locum istum fluunt materie. s. a capite ꝛ aliquando a stō per uiam euaporationis. Et aliquando uapores corrupti trāsmittuntur ꝛ fiunt apostemata mala que apostemata illic existentia: aliquando sunt difficilis curationis quare et illic dolor aliquādo accidit. ¶ Et Serapio primo dixit tribulus cum melle masticatus dolorem tollit superlinitus. Constātinus dixit dolorem tollit zuccarum ro. cum uino uel aceto si inde os lauetur uel gargarizetur ¶ Alch. dixit alumen scissum. i. iamenum valet dolori vuule ꝛ gingiue et auri ꝛ pruritui testiculorum. ¶ Auicen. dixit corīū cerui uel capre adustum donec albescat abstergit dentes fortiter ꝛ stringit gingiuas ꝛ sedat dolorem gingiue inflate. ¶ Et dixit succus fructus ꝛ foliorum rubi sanat dolorem gingiue ꝛ alibi dixit. ꝛ oleum quidem arborum masticis habet uirtutem uehemētē in sedando dolorem gingiue ꝛ ꝓprie recens ꝛ subdit. ¶ Et proprium eius iuuamentum est in dispositione dolorum.

¶ Tractatus nonus de apostematibus lingue.
¶ Capitulum primum de apāte calīdo ꝛ frigido.

Quandoqꝫ acciduīt apostemata lingue calida. ꝛ aliquādo mollia flegmatica: ꝛ aliquando dura: ¶ Signa omnium horum in cura apostematis calidi sunt nota. ¶ In cura apostematis calidi habes tres intentiones. ¶ Prima est in vita ¶ Secunda est in euacuatione cause antecedentis. ¶ Tertia est in euacuatione cause coniuncte. ¶ Prima intentio completur per hunc modum respiciat se a rebus calidis ꝛ a uino magno ꝛ a speciebus ꝛ a carnibus non alteratis: utatur lactuca farre milio panico ꝛ sic de aliis. ¶ Secunda intentio fiat per hunc modum fiat flebotomia in principio de cephalica: deinde in augmento si fuerit expediens fac de lingua: deīde fiat purgatio si fuerit opus cum electuario succi ro. vel aliter vt videbitur tibi. ¶ Tertia intentio completur sic in principio: vt dicit Auicenna ꝛ specialiter in calido ꝙ si ex aqua solatri fiat gargarisma confert apostematibus lingue: ꝛ dixit ꝙ si teneat sub lingua suaꝫ succū endiuie lactuce proprie ꝛ succum solatri proprie ꝛ lac acetosum ꝛ aqua ro. ꝛ aqua in qua decocte sunt rose ꝛ succus virge pastoris. ¶ Et Galienus in octauo terapentice consuluit gargarizare succum endiuie ꝛ cum ipso solo curauit vnum vt ipse dicit. Mesue dicit aqua rō. ꝛ aqua plantaginis gargarizate in principio cum aceto valent. ¶ Et succus coriadri cū aceto valet in ꝑncipio ꝛ sumach. lētes cū moīco cāfore ꝛ aceto cū ōcoctōe ro. valꝫ ¶ In augmento Serapio dixit epatica cuꝫ melle valet ꝛ prohibet fluxum humorum ad ipsum et ualet in apostemate calido. ¶ Et ego dico ꝙ epatica gargarizata cum aqua ro. valet in principio, musa. i. inpetigo que nascitur super lapides gargarizata valet ꝛ mitigat inflationem lingue. ¶ Mesue dixit diamoron cum aceto decoctionis foliorum oliuarum aut alchāne valet ꝛ rob mirti est impressio bona ꝛ proprie cum sirupo rosaceo puro. In statu ꝓcedas cū secaniabin ꝛ melle ro. ꝛ aliquantulo sinapis ut dixit Mesue. ¶ Serapio dixit quando sinapis teritur ꝛ miscetur cum aqua ꝛ temperatur cum hidromelle ꝛ fit inde gargarisma confert apostematibus lingue ꝛ radicum eius. ¶ Fidelis dixit si lingua vł gula infletur supra ducatur saphirus et in fine ꝓcedatur cum decoctione ficuum ꝛ sale armoniaco aut baurach. ¶ Et dixit mesue. ¶ Si autem ad maturationem deueniat ꝛ fiat gargarisma. ¶ Ut dicit Auicen. sicut est decoctio lini: ꝛ sicut est decoctio ficuum ꝛ fenugreci ꝛ decoctio passularum ꝛ fenugreci. ¶ Et subdit ꝙ si aperiatur administrentur stiptica ī ore sicut decoctio sumach mirti ꝛ lantium et folioꝝ oliue ꝛ uinū ponticuꝫ:

¶ Capitulum secundū de apāte frigido lingue.

Si apostema huius loci fit frigidum qđ ut in pluribus sic est ꝛ causa patet manifeste: purgentur cum pillulis de hiera uel cochiis. ¶ In principio dico ꝙ ualet decoctio spice ꝛ decoctio masticꝭ ꝛ absinthii et croci cum aceto uel aqua rosacea in augmento. ¶ Ego dico ꝙ decoctio istarum rerum facta cum uino valet. In statu dixit Aui. ꝙ ualet radix fenugreci combusta ꝛ annectatur ei. ¶ Et Ras consuluit ut lauetur os cum aceto decoctōis zziberꝭ ꝛ pipis ut materia resoluatur Et desiccare caput cum desiccantibus reuma esset bonum ꝛ considera modo exte alia que conueniunt istis temporibus.

¶ Capitulum tertium de apāte duro lingue.

Si apostema huiꝰ loci fuerit durum ꝙ sepe contingit tunc opportebit vt subtilietur regimen ꝛ cibus fiat bonus. ¶ Et subdit Auicen. ꝛ fiat euacuatio uel euacuetur humōꝝ cū hieris magnis predictis ꝛ admīstrēt gargarismata subtiliatīa: ꝛ teneaī ī ore ifusio fenugreci ꝛ decoctō eiꝰ cū ficubꝰ ꝛ granoꝝ lauri cuꝫ passulis

mundatis. ¶ Et teneatur in ore lac muliebre & asininum et caprinum et etiam decoctio dactillorum & ficuum cum uino dulci & vino d vuis.

¶ Capitulum quartum de dolore lingue.

Nunc de dolore lingue dicamus putantes quod ista que ualent in dolore gingiuarum & oris & vuule hic valent quare pauca dicemus & primo dolorem lingue tollit decoctio pentafilon quod radicis eius quando fit cum ea collutio. ¶ Et Mesue dixit auctoritate Auice. ℞. sumat foliorum mirti foliorum rosarum an. aur. i. bulliant in aqua usque ad consumptionem medietatis & ex hoc fiat gargarisma tribus vicibus in die. deinde hoc facto vtatur hoc. ℞. spodii gallarum ro. an. terrantur et vtere. hoc namque ualet dolori oris & radicis lingue & tumori faucium & gingiuarum. Ad idem. ℞. amili aluminis iameni seminis rosarum croci mirrhe an. terrantur ex hoc puluere paruum misceatur cum aqua & melle & fiat gargarisma & illud teneatur in ore una hora.

¶ Ca. 5. d apate duro sub lingua cuius nomen est ranula.

Ranula est apostema quod oritur sub lingua et est similis glandule dure cuius color est similis colori composito ex colore superficiei lingue et uenarum que sunt in ea. Et dicunt aliqui quod quando lingua eleuatur apparet alia lingua. Et propter dolorem in loco accidit febris & inflatio & sequitur aliquando mors. ¶ Et apostema est simile rane ut dicit Auicen. ideo ranula uocatur cuius cause sunt humiditates fluentes ad locum illum. In cura ista habes tres intentiones. Prima est in purgatione & uita Secunda est in medicinis localibus aptis illam materiam consumere. Tertia intentio est in operatione manuali ¶ Prima intentio completur hoc modo. Primo fiat purgatio modo dicto in aliis capitulis cum pilulis cochiis uel de iera & fiat flebotomia si est opus. ¶ Dieta sit sicca conclusiue ne ille materie multiplicentur & currant ad locum & in omnibus aliis honeste se habeat & considera ¶ Secunda intentio completur hoc modo in principio ranule ualet & est utile si cum sale armoniaco et gallis fricetur vt dixit Guil. de va. sanat etiam ranulam attramentum ustum si mixtum cum hermodactilo & applicetur quod expertum est. Et Aui. dixit experiantur in ipse medicine corrosiue incisiue resolutiue in quibus est superflua exiccatio sicut sal armoniacum & acetum & sal et fricatio de flore eris & dragagato & sic de similibus ¶ Et dixit quod si sumatur origanum & cortices granatorum et sal et fricetur cum eis lingua infantis patientis ranulam sanatur. Et dixit quod ex eis que experta sunt in ea sunt dragagantum adustum & hermodactili commixta cum albumine oui & posita sub lingua. Et medicine etiam que dicentur in alcola ualent que fortes sunt.

¶ Tertia intentio sic completur si per hunc modum dictum curari non poterit non erit excusatio ab operatione manuali ¶ Guil. de saliceto dixit capias vncinum et capias ranulam firmiter & cum rasorio incide eam qua remota permittatur aliquid sanguinis exire. Quo facto ponatur vitriolum cum quo fit attramentum uel album zuccarinum cum sale et dimittatur per aliquod tempus & postea abluatur locus cum uino & aceto mixtis et actu calidis: hoc enim exiccat ranulam & remouet: hoc facto abluatur locus cum uino decoctionis mirrhe usque ad finem & ista est operatio manualis ¶ Et Albucasis dixit & oportet ut aperiatur os infirmi coram sole & consideret ranulam si est nigra aut fusca & dura & sine sensu et non tangatur quia tunc est cancerosa ¶ Si uero non fuerit talis sed alba et bene tractabilis tunc capiatur cum vncino & scindatur cum spatumie subtili et liberetur ab omni parte & extrahatur quod si superuenerit sanguis abstergatur cum spongia & si est necesse ponatur vitriolum & dimittatur donec sit restrictus ¶ Et si operatio non sit completa reddeatur ad ipsam usque ad eius complementum: deinde colluatur per vnum uel duos dies cum aceto et postea cum uino decoctionis mirrhe colluatur donec fuerit sanata.

¶ Tractatus. x. de apostematibus duarum amigdalarum & faucium:

Capitulum primum de apate duarum amigdalarum.

Amigdale sunt carnes nate in radice lingue tendentes ad superiora ac si sunt due auricule due parue & carnose neruose sicut due angule ¶ Istis namque accidit catarrus apans eas ita & taliter quod prohibetur anhelitus & quandoque mollificatur una & apostematur & indiget eo quod constringat eam et exiccat eam. verba sunt principiis ¶ Oppinor ego quod illa que ualent in apostematibus vuule hic ualent quare capitula ista alternatim uideantur ¶ In cura ista habes solum duas intentiones. Prima est in purgatione. Secunda in localibus ¶ Quantum ad primum de flebotomia dico ut dixi in capitulo de apostemate lingue & similiter dico de solutione uentris & aliis. Secunda intentio sic completur in principio quando fuerit facta collutio cum lacte aut gargarisma confert apostematibus duarum amigdalarum ¶ Et quando ouum crudum deglutitur confert apostematibus amigdalarum ¶ Et Bartholomeus dixit quod confert ad apostemata calida: nam ipsum infrigidat & repellit et membra sine stipticitate confortat. Et aqua solatri gargarizata confert ¶ Et semen rosis et folia eius

utriusq3 inest operatio fortis. ¶ Dixerunt aliqui antiqui q tumori amigdalarum et tussi et prefocationi puerorum: confert etiam linitio palati cu melle aut gargarisma factum cum decoctione eius: et valet in ca frigida. ¶ Et ego dico etia q valet in calida in statu: post statum in augmento ex paritaria fiat gargarisma ad ambas amigdalas: vt dixit Auice. ¶ Et dixit etiam cedria linit super gutture ad ambas amigdalas et dolore eius. ¶ Et dixit etiam si fabe misceantur cu melle et farina fenugreci conferunt apostematibus gutturis et duarum amigdalarum: et intellige in emplastro. ¶ Cura declinationis dixit Serapi. quando fit emplastrum cum bulbis assatis sub cinere calido mistis cum capitibus pisciculoru paruorum: qui dicuntur stragi resoluuntur apostemata. ¶ Ista etiam valent de mente Auicene que sunt fortis resolutionis: sicut est succus cucumeris asinini et centaurea et nitrum rubeum cum melle: aut solum: valet etiaz colcotar et mel cum sale valet si misceatur. ¶ Si autem ad saniem deueniret valet decoctio ficuum et fenugreci et altee et sic de similibus: et in ore teneatur.

¶ Capitulum secudu de apatibus fauciu.

AD fauces descendunt humiditates ab isto capite quare cotingit illa loca apostemari et notum est: Signa apostematis patebut tibi ex dictis in aliis capitulis dicendis. i ista cura habes duas intentiones. ¶ Prima est in uita et purgatioe. ¶ Secunda est in localibus: quantuz ad prima intentionem fiat flebotomia de manu contraria de lingua. si opus erit coiter fiat purgatio secundum necessitatem materie. ¶ Et in sex reb' non naturalibus honeste se habeat secundum necessitatem apostematis. ¶ Secunda intentio completur hoc modo. In principio dicunt aliqui ex succo papa. nigri siluestris coriandri et aqua fit gargarisma. Et Dias. dixit de succo papa. nigri siluestris q miro mo ualet in tumoribus fauciu. ¶ Serapio dixit quando fit emplastru cum psilio et aqua ro. et aceto et aqua confert apostematibus faucium in augmento. Dixit Serapio succus mororum quando miscetur parum mellis e bonus ad prohibendum fluxus humorum ad membra et ulceribus fraudulentis et apostematibus calidis que fiunt i faucibus. Et Bartho: dixit grana staphisagrie cocta cum aceto reuma stringunt et tumorem spargunt. In statu et declinatione ista ualent. ¶ Dias. dixit succus sinapis cu melle mixtus tumorez faucium mitigat. ¶ Et secundum ipsum etiam confert linitio facta cuz licio dissoluto in aqua mellis. ¶ Et dixit etiaz si fauces in unxeris cum cedria tumorem tollit. ¶ Et Serapio idem dicit et dixit etiam pix humida tumorem faucium sedat. Dixit etiaz mel cum sale mixtum et linitum fauciu sordes sanat adducantur et hic que dicentur i capitulo d apatibus oris et que dicta sunt in capitulo de apatibus amigdalaruz. Si ad saniem deueniret uid gd dictum est in aliis ca. prelectis et idem fac.

¶ Tractatus. xi. de apatibus vuule et dolori ei'. Capitulu primum de apostematib' vuule.

ACcidit apostema i vuula vl' uua q idez est pp̄ter materiam descendente p colatoriuz ad locuz illuz qz illic causat apa qz aliquotiens est calidum vel frigidu secudu descensum materie. ¶ In hac cura habes duas intentones. Prima est in purgatione et dieta. ¶ Secuda e in localibus. Prima intento copletur p hunc modu. Primo fiat flebotomia d manu. ¶ Secundo de lingua si opus erit. Tertio purgetur caput secundum necessitatem materie peccantis. ¶ Dieta fit secundum necessitatem humoz et peccantiu. ¶ Secuda intentio completur p hunc moduz In principio conuenit gargarismus factus de decoctione prunoru et ramoruz eius et cofert tumori vuule et coquitur folium eius in uino et fiat gargarismus et abscindit fluxum humoz curretium ad vuula et succ' prunorum agrestiu quado maturantur et exiccantur facit hoc. Auice. dixit acetu minorat vuaz: et abscidit gargarisma ex eo factu fluxu humoz ad guttur: et sanat vuula que cecidit et ad idem ualet lac. Et dixit q d istis medicinis sunt alumen et galle et balaustie et ambo granata decocta usq3 ad dissolutionez. ¶ Et dixit q sinciput radatur et balneetur vel liniat locus iste cum succo acatie et hoc in principio. ¶ Galie: dixit in septimo oia in quorum foliis uel germinibus inuenitur aliqua stipticitas manifesta cum coquntur gargarizando fiunt iuuatiua flegmonum que sunt secundum vuulam et p ascimaz et est locus i gutture qui e inter duas uias. ¶ In augmento conueniunt ista si ex succo foliorum ebuli fit gargarisma cum eo confert squinantie et vuule in augmento. ¶ Gargarisma etiam factum cum aceto decoctionis lapacii qz radicis eius vuule minorem compescit. Dia. dixit pix humida vuule intincta cum penna vuule sibi medetur. ¶ In statu et declinatione. Dixit Diascorides succus origani uiridis gargarizatus tumorem fauciuz tollit et vuule et vulnera oris curat. Serapio dixit quando fit gargarisma ex succo foliorum urtice curatur apostemata vuule. ¶ Et Diascorides dixit tumores: et dixit' etiam assa in apostematibus uuule facit q facit peonia in epilepsia et confert asperitati gutturum antique et quando dissoluitur cum aqua et bibitur postq fuerit colata curat raucedinem uocis que fit subito et qn dissoluit cu aqua et miscet melli et linitur in apa uuule intrinsec' resoluit ipsum:

Auicē. dixit aloes ē conueniens adustioni ꝛ in/flationi facte in vuula: dixit etiam assa efficit operationem fenugreci in apostematibus vuule. ¶ Et dixit etiam capita piscium salitorum conferūt vuule apostemose: ꝛ dixit etiam cū flore eris tangitur palatum cum melle propter apostemata gule ꝛ vuule. ¶ Dixit etiam quādo sal miscet̄ cū melle cōfert apostematib⁹ vuule ꝛ duarum amigdalarum ꝛ ad cursuȝ humiditatis ad gingiuas ¶ Et Berthol. dixit ꝙ gargarizatur et dissoluatur int aqua: ꝛ dixit etiam ex rebus: que faciunt suam proprietatem in apostematibus ꝑ/focationum ꝛ vuule ꝛ ambarum amigdalarum ꝛ omnio omni membrorū gutturis. ¶ Iuuamentum maximum est vt sumātur fila ꝛ proprie tincta cum sanguine vipere ꝛ prefocetur cum eis vipera: deinde circundetur eis collum eius qui habet aliquod horum apostematum: illud enim confert iuuamentum mirabile bonum. ¶ Fidelis dixit cinis radicum aneti vuulam inflatam eleuat ꝛ exiccat. ¶ Cum autem propter humiditatem superfluā vuula est augmentata cū alumine dissoluto in aqua fiat gargarismus aut cū ipso ꝛ melle fiat linitio. ¶ Sed si contingat ipsa apostemata non posse resolui: sed amplius tumescit ꝛ dolor multiplicatur. perueniēdum est ergo ad gradum maturationis sicut apozima datilorum ficuum ꝛ vuarum passarum ꝛ radicuȝ lilii ꝛ ro. ꝛ quando permiscetur eis aliquid de confortantibus ipsum membrum ne cadat putrefactio ī integrum ipsius ꝛ destruatur ipsum membrum. Vbi grā sicut ē balaustia: mirra ciperus: ro. ꝛ silia ꝛ quodcunqȝ horum videbitur magis oportere ponatur ꝛ postq̄ fuit maturatuȝ aperiatur ꝛ mūdificetur ꝛ consolidetur.

¶ Capitulum secundum de dolore vuule.

Accidit dolor ī vuula sicut ꝛ in aliis locis: ꝛ aliqñ accidit sine apostemate ꝛ aliquando cum apostemate. Chiran. dixit de hoc ꝙ rostrū pichi gestatum ad collum omnem dolorem dentium aufert signantie ꝛ vuule: ꝛ dixit etiam ꝙ tota terrestris testudo combusta ꝛ cum melle illinita dolorem vuule sanat. ¶ Fidelis dixit radix caulis euulsa: que postea non tetigit terram suspensam collo patientis ceteros morbos vuule tollit. A. dixit spina arabis secundum omnē moduȝ administrationis confert dolori vuule. ¶ Ba. dixit spina alba eādē ꝟtutē habet ut aromatica. Isaac dixit succus mororum acerboꝝ ꝛ maxime coctorum cū faba ꝛ modico zuccaro ad gutturꝫ vel faucium dolorem multum confert. ¶ Idē dixit de succo spinachie cū dolor ē a colera vel a sanguine nō dubito ego ꝙ quecunqȝ valent dolori oris ꝛ gingiuaꝝ lingue valent etiam his.

¶ Tractatus duodecimus de aposteatib⁹ oris.

¶ Caᵐ primum de apostemate calido oris.

Apostemata accidūt ori sic̄ ꝛ aliis ꝑtibus eius ꝛ hoc pōt esse ꝑpt̄ materiā descendentē a capite ad locum illuȝ vel a meri descendentem ꝑpter fumos eleuatos a corpe qui ad os terminātur ꝛ illic cōgregant̄ ꝛ faciūt apostema: aut ꝑ viam paulatine congregationis: ista apāta ꝛ alia fieri possunt. ¶ In cura ista duas habes intentiones. ¶ Prima est ī causa aīcedēte: q2 in purgatione. ¶ Secunda consistit in localibus. ¶ Prima intētio completur nec plus nec minus sicut dictum est in capitulis immediate supradictis. ¶ Secunda intentio completur cum localibus in principio competit mora acetosa ꝛ prohibet apostemata oris ꝛ gutturis: vt dixit Alchi. Dia. dixit rubus tumores oris compescit maxime si cum aceto folia eius masticata fuerint. ¶ Confert etiam in principio istis tumoribus folia alchāne masticata. ¶ In augmento confert foliuȝ cipressi masticatum tumorem cuis oris compescit. ¶ Et etiam absinthium et rosa masticata prohibent materiam ad locum deuenire ꝛ exiccant aliqualiter: lac etiam conuenit flegmoni oris sicut alibi scriptum est: ꝛ supra etiam. ¶ Dia. dixit arefactiua folia prune cōstrictiue virtutis sunt adhibita flegmonibus oris: uidelicet ꝛ si esset cum uino decoquantur ꝛ fiat gargarisma ualet: confert ꝛ butyrum linitum sicut dictum est in capitulo de apostemate gingiuarum. ¶ In statu ꝛ declinatione: dico ego ista ualere. ¶ Et dixit Serapio aloes confert apostematibus faucium ꝛ radici lingue ꝛ gingiuarum ꝛ aliarum ꝑtium oris. ¶ Constantinus dixit ꝙ omnibus apostematibus oris ꝛ in qualibet parte iuuat. ¶ Serapio dixit ꝙ absinthiū miscetur cuȝ melle sale nitro: ꝛ linit̄ cū eo palatū ꝛ ꝯfert apātibus oris.

¶ Capitulum secundum de pustulis oris.

Pustule fiunt in partibus oris ꝛ fiunt propter stationem caliditatis in partibus stomachi et capitis: ꝛ quandoqȝ fiunt in febribus: ꝛ quandoqȝ apparent iste pustule nigre in morbis acutis: isti moriuntur in sequenti die. ¶ In cura ista habes duas intentiones ¶ Prima est materiaȝ aīcedētem purgare. ¶ Secunda est coniunctam remouere. ¶ Prima intentio completur nec plus nec minus sicut dictum est in aliis apostematibus particularibus oris. In vita se bene habeat secundum necessitatem materie: et honeste viuat. ¶ Secunda intentio cōpletur cū medicinis frigidis in pricipio acetosis ꝛ stipticis. ¶ Mesue dixit Rob de ribes ꝛ rob ꝺ moris siluestribus valet. ¶ Dixit etiam: aqua decoctionis mirti et sumach valet: ꝛ lentes excorticate cum aceto et extremitates vitis ꝛ rubi valet. ¶ Iteȝ aqua granatorum acetosorum spodiuȝ ꝛ galla ꝛ ro. ꝛ acacia ꝛ coriandrum humidū ꝛ nemite et alchāna

valent. ¶ Auic.dixit:succus lactuce solatri vir/
ge pastoris portulace extremitates uitis ualent.
¶ Et subdit: ⁊ plurimorum quidem infantium
sanātur cum zucaro taberzet ⁊ camphora. Se
rapio dixit:lignum granati decoctum cum uino
facta collutione oris ualet. ¶ Haliabas dixit:qñ
masticantur folia rubi: stringit gingiuas ⁊ sanat
alcolam. et similiter fructus eius maturus:et est
mora. ¶ Et ego dico ꝙ succus vue acerbe con/
fortat omnia membra oris:⁊ ipse non coagula
tus valet alcole. ¶ Et ipse coagulatus ⁊ dissolu
tus cum aliquo rob stiptico ualet etiam alcole.
Constātinus dixit: acatia ualet herisipile ⁊ igni
sacro:⁊ ad pustulas oris. ¶ Et dixit etiam:succ⁹
quinquineruie ualet contra pustulas oris. ¶ In
augmēto ualent illa que exiccant ꝺ mentē. Aui.
sicut galle antere tamarindi ⁊ duo sandali dra/
gantum lentes lutum armenum et cortices glan
dium ⁊ climia in statu ⁊ declinatione. ¶ Alchi.
dixit:alumen de pluma ⁊ ē idem quod lamenū
vel scissum quando miscetur cum aceto ⁊ mel/
le:⁊ tenetur in ore tenet dentes motos ne cadāt:
⁊ valet vessicis ⁊ pustulis oris ⁊ palati. ¶ Et di
xit ꝙ tegula furni vsta mixta cuꝫ aceto ualet pu
stulis oris. ¶ Haliabas dixit.folia nucis masti/
cata prosunt pustulis que sunt in ore:etiā si sint
vlcerate valēt. ¶ Quando folium buglosse com
buritur confert fluxibilitati dentiuꝫ ⁊ gingiuaꝝ
⁊ alcole:⁊ proprie quādo accidit in ore pueroꝝ
⁊ omnibus caliditatibus que fiunt in ore. ¶ Et
Auicē.dixit:idem potest ipsa buglossa non com
busta:licet deterius sit ⁊ opatur debilius. ¶ Aui.
dixit:celidonia ⁊ cortices nucum muscate et ci/
perum ⁊ crocus ⁊ nux cipressi ⁊ buglossa ⁊ pire
trum ⁊ gariofilus ⁊ mentastrum ⁊ galla conue/
nire. Et Serapio dixit:oēs spēs galle cōuenīt.
¶ Si humiditas essꝫ nimis magna ⁊ nimis ha
būdaret et caliditas esset superflua linitio facta
cum sauich ordei mixto cū costo ⁊ sale ⁊ melle
valet. ¶ Et Auicē.dixit ꝙ litio tangatur palatū
⁊ valet. Et si hec passio accidat pueris ⁊ cre
dis ꝙ sit lac: tunc altera nutricem ad contrariuꝫ
ut lac infrigidetur.

¶ Capitulum tertium de dolore oris.

Consequens sermo
est de dolore eius ⁊ ptibus eius. Dia.
dixit:folia oliuastri dolorem oris ma
sticata compescunt. ¶ Serapio dixit:succus ru/
bi maturi perfecta maturatione curat dolorem
oris. ¶ Dixit iterum quādo amigdale dulces co
meduntur:conferunt dolori oris. ¶ Et dixit eti
am:collutio oris cum aceto calido curat dolorē
oris. ¶ Appulius dixit:collutio facta cum aceto
decoctionis staphisagrie:omnem dolorem oris
putredinēq; curat. ¶ Ysaac dixit: apozima radi
cum ⁊ seminis sparagi ore loto dolorem ampu
tat. ¶ Alchi.dixit ꝙ betonica valet dolori oris
⁊ squinantie. ¶ Illud etiam quod dictum est de
dolore lingue superius auctoritate Mesue: va/
let etiam hic in dolore oris.

¶ Tractatus.xiij⁹. ꝺ apātibus colli siue gule.
Capl'm primum de apāte colli siue gule.

Apostemata colli
siue gule sunt duplicia:quedaꝫ sunt
in membris extrinsecis continenti/
bus: et quedam intrinsecis conten/
tis. Prima assumunt nomen generis: ⁊ prima
vocantur simpliciter apostemata:vt botiuꝫ:glan
dule aut pustule:que curantur vt alia. ¶ Secūda
vero nomen habent proprium: quia squinantia
vocatur:⁊ proprium modum habent curandi.
¶ De squinantia dico primo ꝙ est apostema gut/
turum ⁊ partium oris: ⁊ viam aeris ⁊ cibi impe
diens. cuius speties secundum Galiē.signantur
quattuor: ⁊ secundum alios tres: et hoc in libro
interiorum. ¶ Prima speties est quando est in la
certis intrinsecis ipsius membri apostema:⁊ tūc
non apparet sensui:sed manifestatur per maiorē
offensionem trāsglutionis ⁊ anhelitus. ¶ Secū/
da speties est quando apostema est in lacertis in
trinsecis versus spondiles:ita ꝙ apostema appa
ret solum intus versus fauces ⁊ amigdalas qñ
comprimitur lingua. ¶ Tertia speties est quādo
apparet tumor in musculis extrinsecis. Quartā
spetiem ponit Ga.in libro interiorum: quam vo
cat strumosam:que fit propter dislocationē pri/
mi ⁊ secundi spondilis colli. ¶ Alii dicunt ꝙ
quattuor sunt speties squinantie. ¶ Prima ē que
non apparet intus neq; extra in gutture:⁊ est cuꝫ
dolore maximo. Hec autem speties in secundo
in tertio vel in quarto die interimit. ¶ Secunda
speties est quando apparet intus ⁊ non extra: et
ista est minus mortifera q̃ prima. Tertia spēs
ē que apparet intus ⁊ extra:⁊ ē diuturnior aliis.
¶ Quarta speties est que apparet solum extra:⁊
ista est tutior aliis. ¶ Secundo nota principalr̄
ꝙ illud apostema ut plurimū est de materia san
guinea: cuius signum est plenitudo uenarum et
rubor faciei ⁊ pulsus magnus. ¶ Aliquando po
test causari a colera:cuius signuꝫ est citrinus co
lor faciei. ¶ Aliquādo potest causari a flegmate.
cuius signum est albedo faciei ⁊ multitudo sa/
liue. ¶ Et aliquando fit ex melancolia ⁊ raro: si
gnū cuius est fuscedo faciei ⁊ oris: ⁊ alia signa
sanguinis colere flegmatis ⁊ melācolie sunt su/
perius posita:quare considera. ¶ Et causa quare
fit raro ex flegmate ⁊ melācolia: est quia isti hu
mores non habent istam uirtutem penetratiuaꝫ:
quam habet sanguis ⁊ colera. ¶ Conueniunt aūt
omnes speties que quandam difficultatem ope
rantur secundum trāsglutionem ⁊ respirationē.
¶ Signa squinantie sunt ista:isti coguntur stare
recte:⁊ linguā extrahere:⁊ potus sepissime ascē/
dit ad nares. ¶ Et Auicē.dicit ꝙ habent oculorū
egressionem:⁊ lingue difficultatem:⁊ habent lo
cutionē cuꝫ naribus. Signa mala ⁊ timorosa

ipsius sunt disnia fortis et transglutiedi magna difficultas: et extrahunt linguam et spumam emittunt sicut equi fatigati: color est malus in lingua oculis et in labiis: ac etiam extremitates frigidas et sudorem frigidum habent: et cordis defectum habent. ¶ Signa bona sunt quies: somnus tranquilitas: alienatio dolorum: anhelitus et transglutionis non difficultas: et malorum signorum privatio. ¶ Et nota quod ut dicit: squinantia potest terminari altero trium modorum. ¶ Primo per resolutionem insensibilem: quia materia est pauca et subtilis. ¶ Aliquando facta flebotomia universali et particulari et gargarismate curatur patiens a tali materia: quia evacuata tali materia virtus resolvit illud quod remansit. ¶ Secundo modo terminatur per conversionem eius in saniem. sicut quando apostema maturatur. et sic nunquam potest terminari in quattuor dies vel infra. et hoc quando materia est grossa et multa. ¶ Tertio modo terminatur per transmutationem materie ad aliquem locum ut ad stomachum et pulmonem.

¶ Et signum est nausea. vomitus. et dolor stomachi. Si ad pectus signum est tussis. tremor cordis. quia materia ad cor fuit delegata. ¶ Unde Ypo. in quinto affor. dicit: quibuscunque squinantia ad pulmonem convertitur: in septem diebus moriuntur. ¶ Si vero hos effugerint: empici fiunt. ¶ Curatio huius apostematis consistit in quattuor. Primo in vita. Secundo in materia antecedente. Tertio in coniuncta. Quarto in accidentibus. ¶ Prima intentio completur per hunc modum secundum quod ultra dietam communem dictam superius in aliis apostematibus: secundum quod Mesue vult: sint contenti in principio cum idromelle et aqua zucari: deinde procedat ad aquam lentium excorticatorum et ordei: extingunt enim sitim et acuitatem et inflammationem. ¶ Deinde deveniendum est ad ius cicerum cum aqua ordei: deinde ad sorbitiones farine fabarum oximelle et colatura furfurum cum melle. post hoc veniat ad vitellos ovorum et similia. et nullo modo repleat se: et venter eorum semper sit laxus: somnus eorum semper sit mensuratus. nam in multitudine somni timetur subita suffocatio: quare oportet ut parum dormiat et sepe excitetur.

¶ Secunda intentio completur per evacuationem et diversionem cum flebotomia et medicis solutivis secundum materiam peccantem et cum clisteribus acutis et fortibus fricationibus factis festinanter: hoc est quia egritudo propter membri operationem non dat inducias. Fiat ergo primo ligatio et fricatio extremitatum et statim clistere: et postea in continenti fiat flebotomia de saphena. deinde eadem die vel secunda sub lingua si virtus toleraverit. ¶ Et secundum Mesue possumus facere de brachio: et considera casum et videbis quod verum est. ¶ Communiter detur diaprunis: diacatholicon acutum. cum electuario succi rosarum. ¶ Si autem colera esset cum sanguine: primo fiat purgatio colere: deinde fiat flebotomia. ¶ Tertia intentio completur cum localibus: in principio competit aqua rosata cum aceto: et aqua infusionis sumach: et aqua coriandri humidi et sumach. ¶ Et ex eis etiam est aqua granatorum acetosorum et dulcium tritorum cum tota substantia: et succus solatri cum sirupo rosarum. est mirabile: et similiter succus citoniorum et sorbarum valent. succus mori secundum Avi. gargarizatus valet squinantie. ¶ Et Serapio dixit: quando fit gargarisma cum aceto calido: abscondit cursum superfluitatum venientium ad guttur: et confert squinantie et casui uvule.

¶ Item valet hoc. ℞. sirupi de papa. diamoron ana ℥. i. aque rosate ℥. ii. misceantur et fiat gargarismus: et actu frigidum applicetur. ¶ In augmento convenit diamoron: in quo virtus croci et mirre ponatur: et cum predictis administrentur balaustie et galle et semen rosarum et albumen et tunc conveniunt in augmento. ¶ Mesue dixit: agreste succus cum predictis liquoribus: est iuvamentum sublime. ¶ Ad idem valet succus sumach circa locum: quia ad extra precipit Avi. in principio apponere lanam succidam: et apponere in oleo olive: et in augmento apponatur cum oleo camomellino et oleo olive et aliis similibus. ¶ Cassia fistula dissoluta et gargarizata cum aqua solatri vel coriandri et mucillagine psilli: squinantie valet. ¶ Alchi. dixit: absinthium gargarizatum cum aceto valet squinantie. Decoctio ficuum cum cortice granati valet.

¶ Et lac quod sumitur ex semine papaveris cum aqua rosata valet: et ex eis est succus solatri depuratus bibitus mane et sero secundum mensuram duarum testarum ovi. Similiter valet mucillago psilii cum coriandro et grano uno et dimidio camphore. ¶ Et ista nunc dicta plus valent in principio. ¶ Ad idem. ℞. liquiricie uvarum passarum mundatarum ab arillis. ana. 4. 5. caricarum pinguium. ℥. i. seminis psilii citoniorum seminis papaveris albi. ana. ʒ. 5. ordei mundi. 4. 5. mellis: ℥. ii. et fiat decoctio et clarificata fiat gargarisma. ¶ In statu autem competunt que resolutiva sunt cum aliqua stipticitate: et ideo valet mel rosatum cum aqua solatri: aut mel vel endivie vel lactuce. Pulpa etiam cassie fistule cum melle gargarizata cum aqua solatri: aut cum rob mori valet. ¶ Et lac est ex eis que conferunt in hac hora: lenit enim et dolorem sedat: et proprie capre et asine et proprie calidum. Et quando administratur cum cassia fistula: quia cum medulla eius confert gargarizata et bibita: et proprie cum zucaro et croco. ¶ Et coagulatio uve cum croco et mirra proprie valet. ¶ Et rob mororum cum eis scilicet croco et mirra valet.

¶ Decoctio ficuum fenugreci et dactillorum et croco. cum eo quod est sicut mirra valet. ¶ Et similiter lac caprinum cum stercore canis albi et melle: aut cum aqua mellis et modico sinapis valet. ¶ Valet sirupus acetosus cum radice rafani vel succo eius. ¶ Cura declinationis est

iſta:conuenium iſta ſecundum Meſue ſcilicet
lac mori baurach mirrha ⁊ crocus piretrum ſi/
napis aſſa fetida rafanus ſtercus canis albi ⁊ ꝓ
prie qui comedit oſſa et ſtercus infantis qui co
medit lupinos ⁊ ſtercus hirundinum combu/
ſtis ⁊ ſimilia: ⁊ ex iſtis diuerſi doctores diuer/
ſa dixerunt. ¶ Alchinus dixit ſic radix rafani ſil
ueſtris in aceto decocta et gargarizata aperit ſq
nantiam ¶ Dixit etiam ſinapis valet apoſtema/
tibus et inflationibus que fiunt in gula: ¶ Et in
telligitur ꝙ ex ea trita ⁊ mixta cũ uino fiat gar/
gariſmus. ¶ Et dixit ſal armoniacuꝫ valet ſqui
nantie quando ſufflatur deintus ¶ Item dixit
ꝙ ſi porciliones cum melle ⁊ pane ponantur in
ore valẽt. ¶ Et Bartholomeus dixit ꝙ illi ver
mes: poſſunt puluerizari ⁊ gargarizari ⁊ confe/
runt. ¶ Dixit Diaſcorides radix rafani in aceto
⁊ melle cocta ſi gargarizetur ſquinanticos curat
⁊ elixa cum melle idem facit. ¶ Et multi vete/
rum etiam dicunt ꝙ ſquinantiam reſoluit ſemẽ
rafani ⁊ cortex ⁊ folia quando coquntur cum
ſquigabin ⁊ ex eo calido fiat gargariſma. ¶ Et
dixit etiam Diaſcorides pip ſquinanticis ꝓdeſt
maxime melli immiſſum ¶ Et Bartholome/
us dixit ꝙ mel ſit diſpumatum ⁊ gargarizatum
quia multum reſoluit materiam: ⁊ ego dico ꝙ
gargariſmus factus cum melle valet ſquinantie
¶ Serapio dixit quando iſopus ſicca fuerit cũ
decoctione ficuum eſt bonum ſquinantic. ¶ Et
Diaſcorides dixit de ſolo iſopo gargarizata.
¶ Dixit etiam Serapio quando ficus coquntur
in aqua et melle ⁊ fit cum decoctione illa garga
riſma confert apoſtematibus valde gutturum ⁊
amigdalarum ⁊ ſquinantie ⁊ eſt medicina vtil'
valde. ¶ Dixit ẽt quando fit linimentum cuꝫ pi
ce liquida ⁊ melle confert apoſtematibuſ que fi
unt in canna pulmonis ⁊ meri. ¶ Et Bartholo
meus dixit ꝙ confert omni apoſtemati conſimi
li intra linitum ⁊ exterius emplaſtratum dixit
bdellium diſſoluit apoſtemata, que ſunt facta ĩ
canna pulmonis diſſolutum cum ſaliua homi/
nis ieiuni mirifice diſſoluit. ¶ Et Auicenna di/
xit ꝙ liniatur palatum. ¶ Et dixit etiam Sera
pio fel teſtudinis confert ⁊cetera. ¶ Dixit etiam
porciliones cum melle triti ⁊ illiniti conferunt
ſquinantie. ¶ Chiranus dixit terra nidi hirũdi
num cum aqua ſoluta ⁊ colata ⁊ emplaſtrata col
lo ⁊ faucibus tumores ⁊ ſquinantiam perfecte
ſanat. ¶ Et Bartholomeus dixit ꝙ poteſt diſ/
ſolui cum oleo ro. ¶ Et Auicenna dixit ꝙ ci/
nis hirundinum ſi cum ipſo tangatur palatum
confert. ¶ Et Serapio hec dixit. Et Galie. in
xi.° dixit multi faciunt cinerem ex hirundinibus
combuſtis ⁊ miſcent cinerẽ iſtum cum melle ⁊
liniunt ſquinantiaꝫ. ¶ Et dixit Galienus et Se
rapio quando ſaliuntur ⁊ deſiccantur ⁊ fit pul/
uis inde ⁊ accipitur ex eo ℥.i. ¶ Et Auice. dixit
aureum vnum ⁊ in potu detur cum aqua confert
ſquinantie ⁊ apoſtemati gutturis ⁊ vuule et ſimi
liter facit cinis pullorum quando aduruntur ſci

licet hirũdines. ¶ Diaſcorides hirundinis qui
donis in hoc caſu ualet ꝙ eſt. Recipe cineris
hirundinum croci: nardi: myrrhe añ ℥.i. confice
cum melle ⁊ fiat conditum. ¶ Et Galie. hoc ſẽ
ſit ⁊ valet ſquinantie. ¶ Galienus ⁊ Auicen. ⁊
Serapio dicunt ſi quoqꝫ ſtercus infantis ſuma
tur qui per tres dies panem mediocriter ſalitum
comederit ⁊ fermentatum ⁊ lupinos dulcoratos
aut carnes gallinarum elixatarum ⁊ vinum ve/
tus biberit ex omnibus iſtis in moderata quan
titate ⁊ ſit vſus ita ꝙ bene digeratur ſecundum
Galienum in decimo exiccetur conſequenter il/
lud ſtercus ⁊ miſceatur cum melle ſilueſtri ſecũ/
dum Galienum: ⁊ liniatur cum eo guttur ⁊ pala
tum aut ſolum cum digito approximetur palato
¶ Et Dixit Auicen. aut detur in potu ſecundum
Serapionem confert ſquinantie magno ⁊ mira
bili modo ita ꝙ a flebotomia excuſat vt dicunt
¶ Et Diaſcorides dixit abſolute ꝺ ſtercore hu
mano cum melle mixto ⁊ hoc expertuꝫ eſt ⁊ ve
riſſimum de ſtercore infantis cuꝫ melle commu
ni permixto. ¶ Et Raſis dixit quod illud ſter
cus ſit tritum ⁊ cribellatuꝫ ⁊ amaſatum cuꝫ mel
le ⁊ impoſitum in gula: et ſimile valet vt dixit
Guil. de va: ſi in gula inſuffletur. ¶ Idem etiam
operatur ſtercus canis applicatum palato dico
canis oſſa comedentis. ¶ Galienus tamen in de
cimo dicit ꝙ debet miſceri cuꝫ aliis medicinis
vt dicit ꝙ de hoc habuit ꝗꝫ plurima experimen
ta. ¶ Et Raſis dixit quod illud ſtercus ſit ſic
cum et colectum de menſe iulii ⁊ miſcetur etiaꝫ
illud cum decoctione gallarum aut cum vino
granatorum: ¶ Et Serapio dixit quod illud
colligatur quando canicula aſcendit. Aui. dixit
ꝙ hoc ſtercus ponatur ad palatum cum digito
ad ſquinantiaꝫ. Haliabas dixit ꝙ ꝯfert ſqnãtie
que ẽ ex humiditate ſi teratur diligẽter ⁊ ĩſuf
flet̃ gutturi ſi ẽt cathaplaſmet̃ cũ melle deforis.
¶ Chirannus dixit ꝙ cum melle inunctum gut
turi et corpori ſquinanticos perfecte ſanat. ¶ Fi
delis dixit ꝙ ſi hoc ſtercus canis miſceatur cuꝫ
ſtercore hominis et felle tauri et emplaſtratur
multum ualet. ¶ Bartholomeus dixit ꝙ ſolum
mixtum cum felle ualet: non ſolum in ſquinan
tia: ſed etiam in aliis apoſtematibus propter ſu
am exiccationem. ¶ Et Auicenna ſcribit aucto
ritate Galieni mirabile ualde et eſt ꝙ accipian
tur fila plurima et proprie ticta ex ſanguine mu
rium et cum eis uipera ſtrangulетur et poſtea in
uoluatur unum eorum in circuitu colli pacien
tis fiet per ipſum iuuamentum magnum ⁊ mi
rabile. Et Guil. ꝺ va. dixit etiã hoc ualere. Reci
pe caſtiamfiſtulam diſſolutam in ſucco corian
dri humidi et totum hoc miſceatur cum mucil
lagine pſilii et fiat gargariſma ¶ Emplaſtrum
ꝙ debet applicari ad extra gule. Recipe mellis
ſtercoris canis comedentis oſſa cineris ordei
omnium añ. coclear unum ſalis modicum ⁊ fiet
emplaſtrum ¶ Aliud et eſt emplaſtrum Galie.
Recipe merdaſengi dragmam vnaꝫ proiciatur

super ipsum ex oleo sisamino et oleo violato quousque coaguletur: postea Recipe mucillaginis seminis altee et seminis alnozi . dragmas quinque oua tria gummi amigdalarum. unciam mediam et infundantur in aqua coriandri die ac nocte et proiciatur camomilla ⁊ mellilotum añ. dragmas duas. uiolarum siccarum farine ordei amborum. añ. dragmas tres agitentur omnia et percutiantur percussione bona donec fiat corpus unum et ex eo fiat emplastrum ⁊ est mirabile. ¶ Aliud ad idē folia porri contūdant̄ et cum oleo camomille fiat emplastrum. ¶ Si accidat modo ꝙ materia non resoluatur sed ad saniem deueniat: tunc ista que dicentur de mente auctorum ualent. ¶ Mesue dixit. Recipe farine ordei seminis lini. añ. unciam unam: carniū dactillorum ficuum siccarum pinguium. añ. unciam unam mediam mirre panis quartam mediam coquantur omnia in rob. et pistentur ⁊ fiat emplastrum. ¶ Et si impinguarentur cum modico butyri esset bonum. ¶ Rogerius dixit. Reci. cardi benedicti absinthii. añ Manipulum unum farine ordei seminis lini añ. quartam mediam. mellis. uncias duas. assungie porci. ℥.i. coquantur et pistentur et fiat emplastrum. ¶ Lafrancus dixit Recipe nidum yrundinis ⁊ bulire istum fac in aqua: postea cum cribro colla et in collatura coquat̄ radix lilii et maluauisci ⁊ brionie ⁊ folia maluarum ⁊ paritarie ⁊ pistentur fortiter ⁊ incorporentur cum eis fermentum bonum ac farina seminis lini. añ quantum sufficit: bulliantur ⁊ in fine addatur olei veteris assungie sine sale modicum ⁊ fiat emplastrum. ¶ Hoc enim emplastrum miraculose dissoluit ⁊ maturat omnem squinantiam. ¶ Et subdit ꝙ cum istis semper fiat gargarismus maturatiuus cum aqua ⁊ uino cocto ⁊ melle decoctionis radicis altee ficuum seminis lini fenugreci et similium. ¶ Guiel. de saliceto dixit Recipe maluauisci mundati cocti et incisi frustratim lib. i. farine seminis lini fenugreci. añ. uncias duas. vitel. ouorum coctorum sub prunis cum cortice numero quinque butyri uncias tres incorporentur simul ⁊ fiat emplastrum. ¶ Hoc emplastrum valet ad extra quādo ad exituram deuenit hoc toto completo et maturato rumpatur cum sagitella ⁊ mundificata cum mundificatiuo de apio dicto in primo libro. ¶ Si autem esset intus non apparens rumpatur cum vnguibus vel fricando aliquid si est possibile aut etiam cum gargarismis maturatiuis ⁊ aperitiuis ut est decoctio ficuum datillorū fenugreci adendo fermentum frumenti. ¶ Et fortius secundum Auicennam baurac: nitrum piper: stercus hirundinum et lupini et semen sinapis. ¶ Et Rogeri⁹ dixit: ꝙ sumatur frustrū carnium bouinarum semi coctarum ⁊ ligetur cum filo firmo et longo et facias ꝙ transglutiat et cum erit in transglutione trahatur filum et tunc rumpetur cum violentia. ¶ Illud idem dico ego ꝙ potest fieri cum spongia aperto apostemate mundificetur cum gargarismis: et fiat de vino et melle et aliis similibus.

¶ Capitulum secundum de dolore squinantie.

In hoc loco quandoque causatur dolor ex apostemate ⁊ aliquādo sine apostemate. Si causatur cum apostemate ista valent: ⁊ primo si dolor sit fortis fiat gargarismus cum lacte tepido et illud est laudatum apud omnes. ¶ Et idem valet sirup⁹ violis de papauere mucillago seminis lini psilii ⁊ seminis citoniorum dissoluta cū aqua aliqua stiptica ⁊ rob plantaginis ⁊ solatri. ¶ Et Haliabas laudat ad hoc solatrum cassia fistula cum aqua liquiricie dissolutum. ¶ Si autem esset tanta strictura ꝙ non posset loqui sine transglutire ut melius loquatur: ponantur ventose circumcirca collum vt canales amplientur. ¶ Et quandoque dicit Auicenna intromittatur canula facta de auro ⁊ argento ⁊ similibus adiuuando ad inspirationem. ¶ Et aliquando cōfert in dilatione deglutionis ⁊ hanelitus compressione spatularum cum fortitudine. ¶ Si autem non spergatur de euasione tunc dicit Auicenna ꝙ aperiatur canna pulmonis supra epiglotim inter duos anulos taliter ꝙ possit hanelare ⁊ dimittatur sic per tres dies: et non ultra ex causa que dicetur donec transiuerit egritudinis malicia et postea suatur et incarnetur. ¶ Et hoc etiam videtur velle Albucasis ⁊ Auenzoar dictam operationem in capra vna probat. ¶ Si autem in loco non sit apostema ista valēt in dolore gule. ¶ Isaac dixit de succo mororum acerborum ⁊ maxime cocto cum sapa ⁊ modico zucari quod ad guttur vel fauciū vel vuule dolorem multum valet. ¶ Ad idem dixit de succo spinachiorum cum dolor adest a colera vel a sanguine. ¶ Et Auicenna dixit succus cucurbite ē conferens dolori gutturis. ¶ Alchinus dixit cubebe sunt bone dolori gule ipsam clarificant. ¶ Serapio dixit piperella est conferens dolori gutturis ¶ Auicenna etiam dixit bdelium est conferens dolori canne pulmonis ⁊ apostematibus eius et tussi antique et dolori lateris. ¶ Et arabicum confert apostematibus epiglotis et gutturis: quando decoquitur in aqua decoctionis saturegie. ¶ Et Auicenna dixit ꝙ dissoluatur cum rob. de moris aut cum decoctione lenticule. ¶ Et Chirannus dixit ꝙ rostrum pici gestatum ad collum omnem dolorem dentium aufert squinantie ⁊ vuule.

¶ Capitulum tertium de cura squinantie frigide.

Cura squinātie frigide completur cum quattuor intentionibus: modo dicto in squinantia calida. ¶ Prima intentio completur sicut dictum est in capitulo de squinantia calida pro parte. ¶ Secunda intentio completur per hūc modū: fiat purgatio cum pillulis de iera uel cochiarum et tua semper intersit mensurare medicinam nature in omnibus. ¶ Tertia intentio completur per hunc modum: fiat gargarismus cum aceto et aqua rosata et decoctio etiam morsus diaboli: et ista herba multum ualet ¶ Deinde in augmento cum rob nucum et diamoron confortatum cum eo quod est sicut galla et alumen et acacia ⁊ similia et cum oximelle: deinde in statu ascendat sicut ad cinamomum spicam ⁊ piretrum ⁊ assam: et ista possunt misceri cum diamoron et gargarizari ¶ Puluis genestre cum melle rosato mixtus cū aqua decoctionis anisi ⁊ fenugreci ⁊ dauci ⁊ dosis sit ab ʒ.5. usque ad ʒ.ii ¶ Uerum Diascorides sic dixit: contusa virga genestre ⁊ exiccata ʒ.i bibita squināticos medetur ¶ Cōfert etiam radix rafani siluestris cocta cum melle et propinata: multa dicta sunt superius in alio capitulo que hic possunt applicari: ⁊ uide si uideris materiā indurari tūc mollificetur cum diaquilone dissoluto cum pinguedine galline: aut cum alio dicto in capitulo de sclirosi ¶ Si autem ad saniem deueniat ponantur ad extra olea ⁊ alia necessaria ¶ Unguentū maturatiuum. ℞. vnguenti dialtee.4m.mediū mucillaginis seminis fenugreci: semis lini ʒ.ii. medulle cassie fistule butiri recētis sine sale.aā. ʒ.5.fermenti caricarum.aā. olei amigdalarū dulcium ʒ.ii. et fiat emplastrum et ponatur super locum ¶ Alia maturatiua possunt apponi et tu per te vide in capitulo primi libri de medicinis maturatiuis et alibi etiam: deinde si fuerit opus aperiatur locus et mundificetur et consolidetur modo conuenienti.

¶ Capitulum quartum de Bocio.

Bocium est apostema siue excrescentia in gula ex materia humorali in materiam malam conuersam ¶ Albucasis dixit q bocium erat duplex: quoddam naturale: et quoddam non naturale. Naturale nō recipit curam ¶ Item bocium est duplex: quoddam est quod est intrinsecatum: et quoddam est quod non est intrinsecatum in venis in artariis ¶ Dico modo q bocium quod non est intrinsecatum neruis ⁊ artariis et non est naturale recipit curam ¶ Dico etiam q bocium magnum quod occupat magnas partes et amplas: est dimittendum ¶ Rainaldus de villanoua dixit: bocium quocunq modo extirpetur est uerendum: quoniam cum incisione et corrosione fit: hec tamen passio a multis reputatur regionalis ⁊ hereditaria. ¶ In cura ista hēs tres intētiones. ¶ Prima est in vita. ¶ Secunda est in materia antecedente. ¶ Tertia ē inconiuncta. ¶ Prima intentio completur hoc modo: istis subtilietur regimen ⁊ abstineāt ab aqua ⁊ ab istis rebus frigidis ⁊ indigestibilibus et sit panis eorum bene coctus ⁊ fermentatus. ¶ Caro eorum sit edina ⁊ agni vnius anni ⁊ vinum eorum sit clarum in substātia ⁊ aromaticum in odore. ¶ Secunda intētio completur cum solutiuis et aliis vtatur turbit preparato cum zinzinbere et zucaro modo dicto ī scrophulis eo quia educit flegma grossum a gula. ¶ Tertia intentio completur duobus modis vno modo per incisionem ¶ Alio modo per resolutionem: per incisionē curatur isto modo ut dicit Rogerius fiant due sectiones cum ferro calido. vna fiat secundum longum: alia fiat secundum transuersum ⁊ omni die extrahatur aliquid ad exteriora donec penitus caro et materia sit consumpta. ¶ Si tamen aliquid remanserit cum puluere affodillorum remoueatur vel cum aliquo simili: et postea incarnetur. ¶ Et nota q non est presumptio vt tu accedas ad eum quando intrinsecatum est cum ferro ⁊ nerui aut artarie vel vene incidantur quare in istis fiat vt dictum est quia dimittantur. ¶ Si autem nō sit intrinsecatum ⁊ licet sit a venis ⁊ artariis scindatur cutis ⁊ discarnetur et ipsum cum suo sacculo tollatur ⁊ extrahatur ⁊ curetur ⁊ si aliquid de folliculo remanserit cum puluere affodillorū vel alio modo remoueatur vel cum putrefactiuis modo dicto: in nodis remoueatur ⁊ postea curetur aut si tibi videatur remoueatur cum corrosiuis caute tamen vt dictum est in capitulo de scrophulis ⁊ illo modo extirpetur: ¶ Secundo modo completur tertia intentio cum resolutiuis ⁊ doctōes diuēsi diuersa dicūt in hoc: ⁊ ī hoc habent promissiones multas ⁊ effectus paucos. ¶ Rogerius dixit ⁊ ordinauit electuarium tale Recipe radicum viticelle radicum cucurbite agrestis ciclaminis polipodii brusci sparagi aristolo. rotunde radicum acori radicum yari radicis tassi barbassi spōgie marine. aā. partem vnā adusta spongia et palea reliqua puluerizentur ⁊ conficiantur ad modum ellectuarii cum melle de quo precipit aliquantulum ponere sub ligua cum vadit dormitum. De mane autem detur parum potionis facte cum vino decoctionis radicum melliloti ⁊ tassi barbassi polipodii ⁊ betonice brance vrsine et in talibus debent per decem vel duodecim dies vel plus vt sibi libet ⁊ vt etiam videbit operationem ¶ Et iubet etiā cum predictis lac porce primos fetus lactantis accipere et expertum est ⁊ hoc diureticum ē et in hoc multum valet purgatio per vrinam. ¶ Emplastrum ad hoc. Recipe radicis lappacii rafani cucurbite agrestis stafisagrie coquātur et super locum ponantur ¶ Alia emplastra

resolutiua maturatiua quere superius in proprijs capitulis. ¶ Diuus fecit puluerem de spongia combusta ossis sipie salis gemme et radicum celidonie ciperi ciclaminis zinziberi. bdegar nucl cipressi pallee marine. añ. et isti pulueres teneantur sub lingua cum uadit dormitum cum modico aceti: uel aqua uel succo sine liquore: et hoc sum expertus et uerum est: sed multum extenuat hominem.

¶ Tractatus quartusdecimus de apostematibus faciei. vnum solum capitulum quod est capitulum de gutta ruonia: uel gutta rubea: uel butiga secundum alios.

Causatur aliquando apostema siue inflatio in tota facie: cuius nomen est butiga: et secundum vulgares gutta ruonia: et aliqui vocant guttam rubeam ¶ Est tamen differentia inter guttam roseam et guttam rubeam vt patet: et patebit inferius cum loquar de decoratione ¶ Et differentia tamen est ista: quia gutta rubea est apostema: quia tumor magnus in facie uel in parte eius: gutta rosea non est apostema: sed est quidam rubor superficialis plenus sepe et ut in pluribus pustulis ¶ Hec egritudo fit a materia uenenosa et calida a qua eleuantur fumi et ueniunt ad faciem et inflant eam: et causatur in mulieribus sepe ex retentione menstrui. ¶ Et signũ q materia sit uenenosa est: quia sepe cadunt pili capitis et barbe: et excoriatur facies in declinatione: et aliquando ita non est uenenosa et tunc non cadunt capilli: et aliquando et q̃si semper excoriantur et cadunt de facie furfures. ¶ Signa huius sunt: quia cum hec passio incipit accidit pruritus in facie: et in loco in quo incipit causantur eminentie et postea multiplicantur: et fit vna inflatio vniuersalis in tota facie: et inflantur ita oculi q quasi uidere non posset et multiplicatur in tota facie rubedo et pruritus et febris accidit sepe. ¶ Et hoc si materia sit calida ¶ Si autem materia sit flegmatica: quia etiam a materia flegmatica potest fieri: ut sepe vidi non apparebunt signa dicta: quia nec rubedo nec pruritus apparebunt: sed sola inflatio: et si fiat impressio cum digito remanebit uestigiũ vt in vndimia fit ¶ Et aliquando materia est mixta et considera mixta signa et patet ¶ Cura ista consistit in tribus intentionibus ¶ Prima consistit in uita ¶ Secunda in causa antecedẽte ¶ Tertia in coniuncta ¶ Prima intentio sic completur: vtatur mica panis lota et succo ordei et farre: et comedat lactucas et portulacas cum forti aceto et cucurbita cum agresta: bibat vinum de granatis uel aquam cum mica panis: et hoc usque ad finem: postea paulatim redeat ad naturam sui: et bibat vinum limphatum et pullos comedat si fuerit necesse cum lactucis et portulacis ¶ Secunda intentio completur cum flebotomia si etas consenserit ut semper presupponitur: uel cum uentosis in spatulis scarificatis: fiat purgatio cum pillulis de fumo terre: et consequenter omni mane utatur aqua casei capre quoniam ad illam materiam acutam valet. ¶ Item sirupus de nenufare cum aqua eius valet etiam: fiat etiam clistere cum decoctione cõmuni in qua dissoluatur sene epithimi. añ. ℥. i: tamarindorum mellis. añ. ℥. ii. ¶ Tertia intentio completur cum localibus. Epithimetur ergo locus cum succo solatri et oleo rosato et aceto mixtis et procedatur usque ad finem: lauetur facies cũ aqua decoctionis rosarum et camomille ¶ Item ualet oleum uiolarum cum succo lactuce ut dico et uerum est ¶ Ualet etiam oleum de papauẽ cum succo endiuie ¶ Dico etiam q ualet oleũ de nenufare cum succo arnoglosse: et semper parum aceti ponatur. ¶ Dico etiam q succus arancie ualet cum oleo rosato vel cum oleis predictis et parum cere in forma vnguenti: et ex hoc experti sumus ¶ Item vnguentum rosarum et pulegon ualet: et tu ex te considera alias compositiones: et ex te facias ut tibi uidetur ¶ Contingit etiam aliquando q fumi qui eleuantur eleuentur a materia flegmatica: quare apostẽa erit flegmaticum et facies non erit rubea. Dico tũc q pillule de iera et cochie multum ualent. ¶ Quantum ad alia curetur ut curatur cacesia: et dieta in talibus sit tendens ad caliditatem: et similiter res locales: et curam cacesie domĩs phisicis dimitto: et ad capitulum proprium recurre. ¶ Etiam dico ego q potest curari ut vndimia: quare uide hoc in primo libro capitulo proprio ¶ Apostemata autem saniosa faciei curantur sicut apostemata dorsi et nihil habent proprium: quare de his nihil loquar.

¶ Tractatus. xvi. de apostematibus dorsi.
Capitulum primum de apostemate calido et frigido sanioso.

Apostemata dorsi in causis et signis et curis cum aliis apostematibus conueniunt ¶ Unum tamẽ nota q ista periculosa sunt propter propinquitatem spine seu nuche que est vicaria cerebri et ab eo ipsa oritur: vnde sibi similatur in virtute et uitio ¶ Unde propter hoc dicitur duodecio de utilitate particularium sinthomata nuche sũt similia sinthomatibus cerebri ¶ Et ex hoc patet intelligenti q in talibus non debemus multum repercutere: sed sola repercussiua domestica debent apponi ¶ Signa calidi sunt rubor. inflatio loci: et dolor uehemens. et acuitas figure: et eminentia satis magna et febribus aliquando in generatione saniei: et hoc totum declaratum est in de exituris ¶ Cura ista consistit in tribus ¶ Primo in regimine ¶ Secundo in

causa antecedente ¶ Tertio in coniuncta. Regimen eius pro complemento prime intentiōis sit sicut dictum est in capitulo de squinantia.

¶ Secunda intentio completur isto modo: fiat flebotomia si opus fuerit et humor calidus: quia colera curetur modo dicto supra ¶ Tertia intētio completur cum localibus: in principio competunt repercussiua lenia: sicut oleum rosatum aut succus arnaglossi et aliarum rerum domesticarum propter causam dictam ¶ In augmento ponatur oleum rosatum cum oleo de camomill' ¶ Item Recipe farine fabarum camomille et cum oleo rosato fiat emplastrum: resolutiua enī et repercussiua sunt ¶ In statu ponantur emplastra maturatiua: et vide ea in capitulo proprio primi libri. ¶ Maturatiuum Guilelmi de saliceto. Recipe cepas coctas sub prunis duas: vitellos ouorum quattuor: assungie liquefacte sine sale: uel butiri ℥.iii. maluauisci M.i. incorporētur omnia, simul cum oleo de aneto: uel camomilla et ponatur sup locum usque ad perfectam maturationem ¶ Item ualet emplastrum de maluauisco posito in capitulo de squinantia: et vocatur emplastrū de maluauisco ¶ Cum ergo hoc saniatum fuerit non expectetur perfecta saniatio ad incidendum et in miscendo caueatur origo neruorum: nam eorum punctura et incisio est periculosa ¶ Si autem apostema sit frigidum purgetur cum turbith preparato: vel cum pillulis de agarico uel fetidis ¶ Facta purgatione in principio inungatur locus cum oleo rosato et camomillino uel anetino ¶ In augmento inungatur locus cum oleo de spica vel de lilio. ¶ Item valet hoc. Recipe farine seminis lini, camomille melliloti: et cum istis fiat emplastrum: et incorporentur cum oleo rosato et de camomilla: quare ponitur oleum rosatum considera que dicta sūt et uidebis causam ¶ In statu ponatur maturatiuum si fuerit opus: et est hoc emplastrum Gui. Recipe cepe lilii vnum uel duo et coquātur sub prunis tria capita alleorum et coquantur similiter mundentur et pistentur in simul et incorporentur et cum eis ℥.ii. terbentine et ℥.iii. mellis et farine seminis lini et fenugreci: et incorporentur cum oleo de aneto: et fiat emplastrum. Maturato apostemate incidatur ut dictum est ī mediate scilicet respiciendo originem neruorū.

¶ Capitulum secundum de natta.

Quandoque accidit tumor aliquis in dorso: qui vulgari nomine dicitur natta: et est apostema ma[g]num carnosum et molle ¶ Et nota quod in tali apostemate non est dolor: et si est dolor in eo est paruus: neque est calor neque pulsatio: et aliquādo ita crescit quod superat omnes partes corporis: et hoc apostema accidit in humeris et in aliis locis ¶ Cura huius consistit in duobus: scilicet in purgatione et remotione natte ¶ Primo fiat purgatio vniuersalis cum pillulis aggregatiuis: uel cum electuario vt tibi uidetur.

¶ Remouetur autem sic: incidatur locus secundum crucem et excorietur ab omni parte: deinde exprime eam et extrahe. aliqui ligant eam cum corda scilicet partem inferiorem: et postea excoriant et extrahunt eam. hoc completo cauterizetur locus: quoniam solet causari fluxus sanguinis ¶ Et aliqui sunt qui non cauterizant vt vidi: nec causatur fluxus sanguinis. sed si causatē cauterizetur. hoc quod dictum est uerum est: et si natta non fuerit multum inuiscata. ¶ Et ideo semper considera situm et inuiscationem eius. hoc facto siue considerato poteris procedere ad curam eius ¶ Si autem fuerit grosse radicis quia inuiscatur: timor est de eius incisione.

¶ Uerū natta liquando pendet vt testiculi pendēt quoniam radix eius est ualde subtilis: tunc in isto casu non expedit excoriare: sed cum spatumine uel aliqua re ignita incidatur iuxta corpus cum integritate sui et consolidetur. ¶ Nota tamen quod si excorietur necesse est incidere illā pellem vt labia pellis cum carne se tangant: nec se super equitent ¶ Et aliquando fit sutio alicuius partis ut ille partes incarnentur et dimittatur foramen paruum: et incarnetur pars cum parte et consolidetur residuum modo conueniēnti ut qui dicetur in de vlceribus.

¶ Capitulum tertium de gibbositate.

Gibbositas causatē et inde passio dorsi est et illic solum causatur. Est enim gibbositas eleuatio spondilium ab extra ex qua curuatur homo et leditur in motu ¶ Et licet gibbositas nō sit apostema: quia tamen aliquādo facta est ab apostemate: de ea facio mentionem. ¶ Et quod non sit apostema patet: quia licet sit tumor preter naturam quia tamē non est factus merito humorum fluentium illic: non debet dici apostema. ¶ Triplex est gibbositas: quedam est que fit versus partem interiorem: alia que fit uersus partem exteriorē ¶ Alia et tertia est illa que fit versus vnum latus ¶ Gibbositas que fit uersus partem interiorem contrario uocatur ¶ Et eius cā extrinseca potest esse casus et percussio. Et intrinseca causa potest esse apostema in musculis spondilium existens: trahens ad se lacertos: quare fit contractio. ¶ Causa gibbositatis que fit ab extrinseco est casus et percussio dislocans vnā spondilium vel duas ¶ Intrinseca causa dicitur esse humiditas relaxans ligamenta et neruos cum quibus ligantur spondiles: ratione cuius spodiles exeunt ¶ Alia causa est uentositas percutiens spondiles et dilatans eas ¶ Alia causa est tussis et asma ¶ Et hoc dixit Ypocras. vi° afforismorum illo afforismo: quibuscūque gibbi

ex asmate aut tussi fiunt ante iuuentutē pereunt
¶ Alia causa est apostema in musculis exterioribus. Et de illa facio mentionem modo. ¶ Signa huius gibbositatis de qua loquor sunt: quia in hoc est dolor et super calefactio et dolor iste quietus: et in hoc differt a gibbositate que fit a uento: quia dolor eius est motiuus: scilicet de loco ad locum. ¶ Ille autem est quietus et mansiuus in vno loco. ¶ In cura ista habes tres intentiones. ¶ Prima est in vita. ¶ Secunda est in purgatione. ¶ Tertia in localibus. ¶ Prima intentio completur hoc modo respiciat se a cibis grossis et frigidis et vtatur cibis subtilium chimorum et bono vino et sic se a leguminibus respiciat. ¶ Secunda intentio completur cū purgationibus fiat purgatio cum pillulis de hermodatillo maioribus. Et si expedit fiat flebotomia de basilica deinde dāde sūt res diuretice que sūt aperitiue et incisiue sicut oximel compositum et aqua seminum communium et alia diuretica cū aqua mellis. ¶ Tertia intentio completur per hūc modum. Inungatur locus cum oleo sambucino in quo storax liquida et castoreum et euforbium sint dissoluta et frequenter locus inungatur. Rasis dixit aqua calida in qua decocta sunt menta strum sansuccus et sticados arabica et ista aqua de alto super locum proiciatur et est embrocatō ¶ Item fiat inunctio cum oleis calidis sicut cū oleo de spica de lilio de castoreo et sic de aliis ¶ Si autem fuerit puer balneatio et embrocatō sufficiet. ¶ Et dicit Rasis si modo apostema ē durum recurrat ad primum librum ad cam. de sephiros et illic vide: si tamen gibbositas esset confirmata fuge quia non curatur. ¶ Ego autē vidi gibbositatem ex tussi in vno scolari. ¶ Et dixit Ipo. fieri et nō fuit curatus de aliis modis gibbositatis non facio mentionem et dominis phisicis dimitto: hoc tamen capitulum debuit poni in tractatu de decoratione siue libro.

¶ Tractatus decimussextus de apostematibus adiutorii et spatularum.

Capitulum primū de apostemate sanioso.

In adiutorio fit apostema sicut et in aliis locis et eodem modo: pro quo nota quod adiutorium homo planta et spatule idem important. ¶ Signa horum apostematum nota sunt ex dictis in capitulo de apostematibus calidis dorsi quare illic vide.
¶ Et fiat flebotomia et solutio ventris vt ibi dictum est: et dicta eius sit etiam vt dictum est in dicto capitulo: et in emplastris et aliis fiat etiam vt dictum est illic. ¶ Nota tamen quod quando fit sanies causat dolor et facta cessat. Et aliquādo hec sanies nō eleuatur in cupum immo pellis est eleuata aliquo modo quare illic non apparet sanies. Et multi iam decepti sunt credentes quod illic non sit sanies vel quod illic non sit alia egritudo. ¶ Et vidi hoc in filio Johannis de fructibus. ¶ Et ratio quare non apparet sanies in loco carnoso specialiter est ista. Primo quia locus in quo generatur sanies est valde spissus et carnosus quare non eleuatur. ¶ Secunda causa est quia sanies que generatur est valde spissa quare non potest eleuari ad partes superiores quare illic est dolor et non sentitur sanies. ¶ Et illos modos tangit Ipocras sexta particula afforisinorum illo afforismo. Quibuscunque sanies facta in corpore non manifestat. Galienus autem in commento dicit quod propter vtrunque etiam potest esse ¶ Et ideo fac vt dixi in de exituris: scilicet tangas locum cum duobus digitis: primo cum dextro postea cum sinistro et quando comprimis vnum eleua alium et quando eleuas vnum comprimas alium. ¶ Si fuerint inundationes arguas quod illic est sanies: Et nota bene facta maturatione incidatur locus et fiat incisio secundum longitudinem adiutorii et vita neruos et musculum grossum qui est super adiutorium hora incisionis facta incisione extrahatur sanies pro parte: si fuerit multa in quantitate vel tota si fuerit parue quantitatis et impleatur vulnus cum albumine oui et vitello si timuerit de dolore postea mundifica cum sarcocolla mirrha et farina ordei et melle et fac vnguentum et incarna et consolida secundum necessitatem.

¶ Capitulum 2m de dolore spine et spatularum.

Sequitur modo de dolore spine et spatularum et humerorum. Et ponam hic in hoc breui capitulo aliqua que appropriata sunt in dolore spine et humerorum. Scias tamē quod illa que in sequēti caipulo dicentur de dolore dorsi hic ualent Alii dixerunt auctoritate Auicēne quod spinachia ualent dolori spatularum: Uerum Auicena dixit conferunt dolori dorsi sanguineo. Et dixit etiam quod fenugrecum est bonum dolori spatularū Dixit etiam de radice filipendule quod proprie ualet dolori spatule dorsi spine et matricis. Rasis dixit caro asini ualet contra dolores spine et duarum anchararum et proprie siluestriū: dixit etiam medulla cerui ualet contra punctōnem et dolorem duarum ancharum et spine. Scio etiam quod ad dolores qui fit in humeris a frigiditate causatum: aut etiam a subtili materia tollit lōga fricatio facta cum uino et oleo: fit autem oleum butomie et inueni utile in omnibus membris. Ego consueui facere unguentum ex oleo ametino et camomillino ex laurino et cera: et aliquādo appono oleum de ruta et super locum dolorosum inungo cum fricatiōe bona: et perutile inueni si fuerit ex materia frigida uel ex frigore. ¶ Et nota quod ex istis simplicibus potes facere composita ut notum est et applicare.

¶ Capitulum tertium de dolore dorsi.

Consequens sermo sit de dolore dorsi. Eget autem hic dolor sicut et alii auxilius propriis. ¶ Et hoc capitulum debet poni in tractatu de apostematibus dorsi: propterea ponam ut ueteres posuerunt. Auicenna sic dixit: Siseleos cõfert dolori dorsi et sucus eius siseleos aut semen eius bibita cũ rob eius usque ad tres bolos confert apostematibus dorsi et decoctio seminis vel radicis siseleos in vino vel aqua bibita et facta est efficax auxilium in dolore dorsi quando a ventositate vel a flegmate conglobato causatur: Dixit etiam bibatur decoctio speragi propter dolorem dorsi et sciatice. ¶ Et dixit etiam sic radix cipери valet ad dolorem iuncturarum et stringit dorsum et ipsius multitudo acceruit lepram. Ad eundem etiam dolorem dorsi valet maiorana et bibita et emplastrata et quomodocũque administrata. ¶ Et Auicenna dixit quod ponatur in cerotis. Rasis dixit oleum de vrtica valet dolori dorsi bibitum aut inunctum. ¶ Dixit etiam oleum de euforbio est mirabile in dolore dorsi. Mesue dixit oleum de piperibus confert ad dolorem iuncturarum et dorsi dixit etiam oleum vulpinũ est medicamen nobile ad arteticam et podagram et dolorem dorsi et renum. ¶ Oleum etiam costinum vt dixit Auicenna valet dolori renum ex ventositate grossa cum adipe asini siluestris.

¶ Constantinus dicit gattus comestus renes calefacit et valet dolori dorsi. ¶ Uerum Haliabas dixit carnes calide sunt et sicce emoroidarum medentur dolori renes calefaciunt dorsi prosunt dolori. ¶ Dixit etiam de herba tribuli ylion mitigat et dolorem dorsi si clistere fiat ex eo cum decoctione ipsius pillule ex parte ad dolorem genuum et dorsi. Recipe aloes agarici cñ aureum .i. seminis harmelle .ʒ.iii. coloquintide .ʒ.ii. ʒ. salis indi turbith. añ. ʒ.i. conficiantur pillule cum aqua porri dosis est a. ʒ. i. vsque ad ii. ¶ Quecunque dicta sunt etiam supra immediato capitulo: sunt ad illud vtilia: quare adinuicem capitula requirantur.

¶ Capitulum quartum ad dolorem colli.

Quoniam dolores qui in collo contingunt ad dolorem membrorum neruosorum reductione dignum existimo: vt de ipso fiat mentio. licet in tractatu de apostematibus colli debuit hoc capitulum situari. ¶ Dixit Diascorides ca.ue. contrita cum granis piperi nouem et de semine coriandri grana nouem cum vino optimo datur ad bibendum introeunti balneo. ¶ Et idẽ dixit Appulius de foliis politrici. ¶ Uerum Diascorides dixit adiantum et capilus veneris et politritus idem sunt. Secundum autem Appulium idem est politritum et adiantum et aliud est capillis.ue. et huic credo. ¶ Dixit etiam sic Diascorides cicuta dolorem sedat colli sciaticis et arteticis auxiliatur cum melle cocta cataplasmate adhibita. Et subdit inflationem colli et stomaci et longaminis saluberrime curat maxime in oleo cocta illud ualet idem facere. ¶ Et hoc idẽ facit folio lauri sibi addito. ¶ Dixit etiam petrosilinum inflationem stomaci et colli compescit. ¶ Apulius dixit herbam betonicam cum uino austero decoque et dabis bibere quantitatem: Est potio eque id est equalitatem. ¶ Isaac dixit decoctio radicũ et seminis sparagi ualet contra dolorem dorsi et humidam uentositatem ortu colli quoque doloris mitigationem prestat Auicenna dixit nux et folia cipressi sunt bona collo cum ex eis fit emplastrum: et subdit et confortat neruos. ¶ Alchi. dixit quando aforitum miscetur cum cera et oleo rosato ualet torsioni colli et neruorum. ¶ Considera modo ex te qui ualent in dolore ex materia alida uel frigida vel in mala complexione calida frigida sicca et humida. Et ex istis simplicibus poteris multa composita ordinare ut dixit quare et cetera.

¶ Tractatus decimusseptimus de apostematibus.
¶ Capitulũ primũ de apostemate sanioso.

Hec apostemata huius loci timorosa sunt ratione loci et concatenationis ossium adinuicem: nam mollificatur iste locus de leui: et ista mollificatio dat impedimentum in operatione uniuersali: quare omnis egritudo est timorose curationis in eo et male curationis. ¶ Si hoc apostema fuerit calidum cognoscitur ex narratis in alio capitulo: similiter si fuerit frigidum. ¶ Cura ista consistit in tribus ut iam dictum est in aliis. i. dieta primo secundo in purgatione: tertio in localibus. Primo circa primam intentionem debes notare: quod isti tales aliquando sunt cum febre. Si sic et apostema. sit calidum regatur cum rebus frigidis et tẽperatis usque ad generationem saniei: videlicet cum succo ordei et farre facto cum lacte amigdalarum et cum lactucis et spinachiis et aqua cicerum et cucurbita condita cum agresta et uinũ sit limphatum ita quod maior pars sit aqua: vel utatur uino granatorum cum aqua frigida si febrem non habuerit regatur cum carnibus conditis cum agresta uel cucurbita: et carnes sint edine uel auium paruarum et sic de aliis. ¶ Secunda intentio completur cum flobotomia facta ex parte contraria uel uentosis scarificatis ĩ spatulis: et fiat purgatio cum electuario suci rosarum uel alio solutiuo educente coleram.

¶ Tertia intentio completur cum istis in principio fiat inunctio cum oleo rosarum et parum boli armeni. ¶ Item succi herbarum frigidarum succus arnoglosse solatri semp uiue endiuie ualẽt. Itẽ ualet oleũ uio. ð nenu. si mã fuerit colica

In augmēto fiat inūctio cū oleo ro. τ ð camōilla ¶ Item valet hoc Recipe farine ordei farine fabarum camomille.añ ℥.i.et incorporentur cū oleo rosaceo et ex te alias formas similes componas. ¶ In statu valet hoc Recipe farine seminis lini farine fenugreci pinguedinis porci butiri.añ.℥.i.s.maluauisci. Manipulum. i.incorporentur omnia τ fiat emplastrum τ hoc valet si materia sanetur. ¶ Alie forme dicte supra in capitulo de apostematibus dorsi valēt facta maturatione incidatur secundum longum et impleatur locus incisus cum albumine oui mixto cum oleo rosaceo: ¶ Nota tamen ꝙ in isto casu non debes expectare completam maturationem ne sanies relaxaret iuncturam ne etiam imbiberetur in neruis ratōne eiꝰ esseꝫ timor de fistula hoc completo mundifica cum vnguento apostolorum vel cum hoc ℞.mirre.℥.i.mellis.libram. s. farine ordei que sufficiat ad spissandum ¶ Si autem apostema sit frigidum vtatur bonis carnibus sicut edi pullorum castrati comedat bletas et a quam cicerum pisces bonos τ elixatos τ sic de aliis. Purgetur cum pillulis de turbith vel cum hermodatillo preparato. ¶ In augmento ponatur emplastrum de camomilla τ melliloto τ fenugreco τ semine lini τ ro.añ. Manipulū .i.et incorporentur cum oleo rosaceo τ camōellino. In statu conuenit hoc maturatiuum Recipe cepe lilii duos τ coquantur sub prunis capita alleorum duo pistentur ista et misceātur secū pinguedo porci sine sale farina seminis lini et fac emplastruꝫ hoc facto incidatur locus nec expectetur completa maturatio τ impleatur primo locꝰ cū stuppis īfusis in albumie oui postea ponatur vitellum oui cum oleo de camomilla consequenter mundificetur modo dicto τ incarnet.

¶ Capitulum secundum de nodositate eius.

Nodositateꝫ et duriciem existentem in cubito debes conari remouere ne officium brachii remoueatur quia membrum officiale est: primo ergo purgetur cum sepe et turbith preparato vel cum pillulis de hermodatillo vel fetidis. Dieta eius sit bona: quia respiciat se a frigidis τ aꝫ leguminibus et ab aliis melancolicis et flematicis. ¶ Hoc facto super locum ponatur diaquilon cum gummis materiam mollificat et resoluit: et vide Recepta supra in primo libro ¶ Et similiter valent que dicta sunt ī capit'lo ð sephiros quare pro cura ista vide illic de nodationibus et duritiebus iuncturum que remanent post dolorem arteticum in fine capituli cum loquar de podagra mentionem vniuersalem τ particularē faciam quare hic reseco gratia ordinis.

¶ Capitulum tertiuꝫ de apostemateꝗ ꝙð accidit ex flebotomia.

Quandoque ex flebotomia accidit apostema: τ sepe visum est ꝙ indiget cura quare sic curetur Dixit Auicenna in hoc ꝙ bonum est ꝙ ex alia parte minuatur si virtus tollerauerit. ¶ Consequenter in principio ponatur vnguentum de cerusa consequenter locus epithimetur cum oleo rosaceo et violis vel succis herbarum frigidarum ¶ Item ualet hoc Recipe albuminis oui olei rosacei ꝯñ. conquassetur bene ad inuicem et stuppa infusa in hoc ponatur super locuꝫ ¶ Item dico.ego ꝙ valet oleum rosaceum vbi uermes terrestres fuerunt infusi ¶ Et emplastra etiam fiant secundum necessitateꝫ De embrocatione et matre sāguis non facio mentionem quia feci supra in primo libro capitulo de fluxu sanguinis quare illic recurre

¶ Tractatus decimusoctauus de apostematibꝰ. manuum et digitorum.

¶ Capitulum primū de nodis et rasceta manꝰ.

Nodus iste vt plurimum fit propter laborem et comotionem superfluam in loco vbi currunt humores a quo humore resoluitur subtile et remanet grossum et induratur ita ꝙ apparet os ¶ Et nota ꝙ illud durum: scilicet nodus aliquando cedit tactui et aliquando non. ¶ Ad curam istam sic procede in primo libro etiam dictum est facias speram planam plumbeam maiorem ꝙ̄ sit circumferentia totius nodi et etiam facias tres speras planas stuppeas inuolutas in albumine oui in quo albumine dissolutum sit parum aluminis zuccarini et salis parum. ¶ Et ponas vnam ex speris supra noduꝫ postea pone speram plumbeam. ¶ Et postea supra speram illam plumbeam ponas alias duas stuppas inuolutas in albumine oui τ alumine zuccarino hoc facto stringas et inuoluas locuꝫ conprehendendo omnes speras simul cum binda cuius latitudo sit circa duos digitos et non plus et firma locum cum binda bene et decenter et dimitte sic per tres dies et ī fie triū dierum solue locum et vide quid operatus fuisti et sic de tertio in tertiū facias donec nodus totꝰ sit dissolutus per tres locꝰ firmatus.

¶ Capitulum 2m de apostemate calido τ frigido manus.

Apostemata huius loci calida ꝉ friā sāiosa cognoscunt̄ sic apata samosa alioꝝ locoꝝ

et signa posita in aliis capitulis vide per te.
In cura ista habes tres intentiones. ¶ Prima ē
in vita ¶ Secunda in purgatione ¶ Tertia in
localibus. ¶ Prima intentō completur sicut di
ctum est in aliis capitulis similibus. ¶ Secūda
intentio completur per hunc modum si aposte-
ma fuerit calidum fiat flobotomia de cephali-
ca alterius manus: vel fiat scarificatio in spatu-
lis ⁊ hoc totum fiat si opus fuerit ⁊ soluat uen
ter ut dictum est in capitulo de apostematibus
dorsi. ¶ Tertia intentio completur in principio
statu ⁊ declinatione ut ī capitulo de apostema
tibus dorsi etiam dictum est. Maturatur etiam
si opus fuerit ut illic dictum est etiam. et incida
tur locus ⁊ non expectetur maturatio propē ner
uos ipsius manus ⁊ impleatur locus cuꝫ terbē
tina et uitello oui per tres dies consequēt mun
dificetur cum unguento facto ex melle mirra et
farina ordei: uel cum unguento apostolorum fa
cta. abstersione incarnetur cum puluere thuris
minuti. ¶ Signa frigidi cognoscuntur ieodem
modo sicut dictum est supra. Et dieta ⁊ purga
tio fit ⁊ maturatio etiam. Item ualet hoc. Reci
pe farine. frumenti olei communis bulliantur in
aqua decoctōnis camomille ⁊ apponatur super
locum ⁊ in aliis procedatur ut dictuꝫ est supra.

¶ Capitulum tertium de Ciragra.

Solet circa manus
inflatio carnosa ⁊ flegmatica nasci: q̄
a multis ciragra dicitur. Istud aposte
ma est flegmaticum quia cauans: ⁊ si
signa uide in capitulo de apostematibus frigi-
dis uel flegmaticis. ¶ Uerūtamē nota ꝙ ciragra
est duplex. Quedam naturalis ⁊ confirmata. Et
quedam non confirmata. Uerum que est confir
mata ⁊ antiquata non recipit curam. ¶ Cura ue
ro ciragre curabilis non differt a cura commu-
ni apostematis flegmatici nisi quia proprie ali
qua auxilia habꝫ ⁊ indiget quandoq; cauteriza
tione secundum incessum rascete cum cultello
non incidente ne redeat. ¶ Nota tamen ne
sit tibi error: q2 aliq per ciragraꝫ intelligunt po
dagram manus ut sic loquar. ¶ Sed ergo in
hoc capitulo per ciragram intelligo apostema-
tōnem factam in manu uel tumorem ut melius
loquar factam in manu ex materia flegmatica.
ut in multis apparet tempore hiemis. Unde ꝓ
pter frigus tumescunt manus. ¶ In cura ista
habes tres intentiones sicut et in aliis. ¶ Pri-
ma est in dieta. ¶ Secunda est in causa antece-
dente. ¶ Tertia in cōiuncta. ¶ Prima intentio
completur respiciendo se a rebus frigidis ⁊ hu
midis ⁊ a leguminibus quoniam ista multipli-
cant flegma. Utatur ergo bono uino odorifero
bonis carnibus supradictis. ¶ Secunda inten
tio completur cuꝫ hermodattilo preparato ⁊ cū
pillulis de hermodatilo ⁊ fetidis: que educunt
flegma ab aliis locis. ¶ Tertia itentio cōpletur
ꝑ hūc modū secundum aliquos magistros mō
tis pessulani. ℞ cauliū rubeorū tribulorū mari
norū. an. M. ii. coquātur in lixiuio cineris sarm
torū ⁊ aliquātulo aceti ⁊ sale terātur ⁊ fiat em-
plastrū. ¶ Ad idē fiat bursa d bono corio ⁊ im
pleat de bono lixiuio cineris ficariorū sermen
torū atq; filicū cū modico sale ⁊ aceto: ⁊ in eo
manus pōatur ⁊ claudat ⁊ liget ⁊ ꝙ nihil exe-
at ⁊ ipsa sepe cum aqua calida in alio uase liqfi
at ⁊ hoc tantum teneat ꝙ mānus sit detūe facta.
Aliqui alii magistri prio balneāt cū aqua deco
ctionis squīanti uel alicuius alteri⁹ rei subtiliā
tis: postea isti cū pice ⁊ cera applicati uiolenter
attrahēdo molli ficāt manum. ¶ Consequenter
eā suffumigant ⁊ stufant cū fumo eleuato ab a-
ceto iniecto supra lapidē molarē ignitum. ¶ Ul
timo emplastrant isti magistri cum galbāo ⁊ ar
moniaco ⁊ similibus modicū. Aliqui alii magi
stri accipiūt spōgias infusas ī lixiuio forti cali
do in quo sit alumē ⁊ sulphur ⁊ sal ⁊ ligent eas
scilicet spōgas stricte ut ī undimia dictum est.
In oibus tamē dispositiōibus similibus matia
ad alterā manū cum fricatōibus deriuēt ⁊ aliis
etiā modis. Et possemus facere cauteria cu tel
laria in fine si fuerit opus ⁊ multū ualet: dico ta
mē ego ꝙ in ūdimia iste modus ualet ⁊ in ci-
ragra capiēdo ciragrā ꝓ podagra mānus ⁊ speci
aliter in frigida ⁊ in statu ⁊ declinatione eius.

¶ Capitulum quartum de īfiltratiōe scliro si ⁊ nodatione q̄ fit ī digitis mānus ⁊ nodis cor

Nascuntur circa iun-
ctu-
ras digitorū apostemata flegmatica ⁊
melācolia ⁊ spāliter melācolica cor-
rupta ⁊ coadunata in loco nodoso cu
ius subtile cōuertitur ī uenenū ⁊ ledit ligamēta
⁊ os cōuertitur ad uulnus ⁊ hec materia īfiltrat
⁊ desiccat in loco q2 ī iunctura ⁊ circa iuncturam.
¶ Et nota bene diligenter ꝙ hec materia non
cedit tactui qn̄ iā facta ē sanies rōne sue grossi
ciei. Quare tūc decipiūtur medici ⁊ nō credunt
ipsū fore saniatū ⁊ ē saniatū: q2 tūc corrūpit os
⁊ ligamētū. Signa hui⁹ sūt: prio dolor ē ī loco
⁊ ē color cinericius uel fusc⁹: ⁊ alñ appēt uene
circa locū plene sāguīe ⁊ sepe habui istā curam
ꝑ māibus ⁊ nūq; potui eē ita solicitus qn os ⁊
ligamētū sepe cōrūperet ⁊ ī tali apāte fit sanies
⁊ sanies ē in loco ⁊ locus ad tātū ē dur⁹ nec sē
tit inundatio quare decipit sepe imo sepe rūpit
ex se ⁊ tūc sum⁹ certi de sanie. ¶ Cura hui⁹ apo
stematis ꝯsistit ī trib⁹ ī dieta: pūta purgatione ⁊
in localib⁹. Dicta eius fit talis q2 utat bono uio
odorifero liphato ⁊ carnib⁹ pluries dictis. Re
spiciat se a reb⁹ generātib⁹ melācoliā ⁊ utat aq̄
cicerū ⁊ farie ⁊ ouis sorbilib⁹. ¶ Scda intētio
ꝯplet cū turbith ꝑpato ⁊ pillulis de hermodati
lo qn̄ matēiā euacuāt a iūcturi pillule ēt d lapi
de lazuli ī h⁹ ualēt purgēt ēt cu hac dcoctōe. ℞
eleboꝛi nigri. ℥. i. polipodii. ℥. iii. mirabolanorū

indorum.℥.i.sene epithimi:an̄.℥.ii.pistentur ⁊ buliant in vj.℥.aque ⁊ tantum buliant ꝙ remaneāt ℥.tres: et in fine decoctionis addatur sene epithimi et dulcoretur cum.℥.ii.zuccari et detur ante diem ¶ Tertia intentio completur cum localibus: lingatur locus in principio: vt dicit Gui. de saliceto: cum oleo de spica et cum oleo de lilio: et facta inunctione de super ponatur vnguētum diaquilon cum gummis si contingat locuꝫ vlcerari: quia ut in pluribus sic est mundifica locum cum vnguento apostolorꝫ in quo sit parum pulueris affodillorum: aut cum oleo ponatur realgar: vel ponatur parum arsenici ¶ Ego autem consueui cum vnguento apostolorum in hoc casu apponere salsamenti parum. Et facto hoc consueui semper locum lauare cum lixiuio. facta lotione exicco locum: deinde consueui apponere vnguentum apostolorum cum egiptiaco uel vnum illorum de per se secundum necessitatem: et consueui ter uel quater ipsum mutare in die: et adhuc cum difficultate saluatur digitus ⁊ os: immo ut in pluribus os corrumpitur. Ego autem habui vnum de plebe notarium cuius nomen est petrus: et feci modo iam narrato ⁊ mutabam ipsum inter diem et noctem septem vicibus ¶ Et breuiter non potui defendere os a corruptione tanta fuit putrefactio: et caro vndique separata fuit ab osse. ego uidens sic in superficie digiti dilataui non dilatādo foramina alia que in digito erant. et cum hoc factum esset cepi cuꝫ mollettis illud os quia paruum est: et incepi voluere ipsum et feci sic per quattuor dies: et in fine quattuor dierum extraxi eum: cum in vna vice non possit extrahi. hoc facto cum puluere repleui illud foramen carne et remansit tota carnositas digiti: et hodierna die cum illo digito scribit ¶ Et iste est modus remouendi os si totum fuerit corruptum ¶ Sed si os fuerit corruptum ⁊ non totum sed pro parte: cauterizetur ⁊ remoueatur: aut raspetur et incarnetur modo dicto ī primo capitulo primi libri ¶ Si autem non fuerit corruptum ponatur mundificatiuum facta incisione si opus fuerit de sarcocolla vel mirra dictis supra: et incarnetur supra ⁊ cō solidetur modo decenti.

¶ Capitulum quintum de digitorū siue manuū apostematibus: que nominantur panaricium.

Ista apostemata sunt multe caliditatis: quia fiunt a materia acuta calida colerica non adusta. et aliquando est adusta ¶ Et tale apostema oritur in fine digitorum ⁊ neruorum manus ⁊ ligamentorum neruorum: quare propter hoc dolorem facit magnum: ⁊ propter hoc facit etiam febrem continuam ⁊ corrumpit ultimuꝫ os multotiens digiti ⁊ carnem ⁊ totum digitum: et emittit saniem subtilem ⁊ fetidam vt plurimum.

Et Auicē. ⁊ Guil. dicunt ꝙ interficit quod non uidi ⁊ sincopim ⁊ febrem inducit quam uidi. ¶ Signa sunt rubedo uehemēs in loco ⁊ acuitas apostematis: quia materia calida multum eleuatur in cupium ⁊ dolor est uehemens et continuus per totum brachium: et aliquando ascendit usqꝫ ad cor et cerebrum: et accidit aliquando sincopis et casus appetitus ¶ Cura huius consistit in tribus: scilicet in dieta. purgatione: et localibus ¶ Prima intentio completur per hūc modum: primo fiat flebotomia ⁊ scarificatiōes si etas consenserit: ⁊ alia oportuna: ⁊ purgatio fiat cum electuario succi rosati ⁊ clistere linitiuum fiat in quo ponatur cassia nouiter tracta. ¶ Dieta eius sit talis: vtatur rebus frigidis et respiciat se a rebus multiplicantibus coleram: vtatur mica panis lota: farre lactuca ⁊ portulaca: et si debilis esset comedat pullum alteratum tantū cum agresta uel cucurbita vel cum aliis similibus. et sic completur secunda intentio ¶ Tertia intentio completur hoc modo: in principio fiat inunctio cum oleo rosato vel cuꝫ aliis similibus: sicut cum oleo mirtino uel cuꝫ succo herbarum. ¶ Item acetum cum bolo armeno ⁊ mucillagine psilii ualet. ¶ Guidō dixit. ¶ Haliabas dixit: valet galla uiridis cum aceto multum valet ⁊ curat dolorem. Etiam ualet camphora cū aceto vel cuꝫ oleo rosato: vel cum vnguento rosarum ualet ¶ Auicen. autem laudat camphorā sic absolute ¶ In augmento ⁊ statu acetum cū farina ordei multum ualet. valet etiam acetum cum furfure multum. valet etiam acetum cuꝫ farina lentium: ⁊ similiter oleum rosatum cū istis farinis in forma emplastri ualet. ¶ Haliabas dixit: si autem dolor adesset remoueatur sic. ℞. olei rosati.℥.i.opii iusquiami.an̄.℈.i.semis apii ℈.ſ.aceti.℥.ii.et incorporentur cum oleo rosato. ¶ Si uero collectionem fecerit: precipitur ꝙ maturetur cum mucillagine psilii mixta cum aliqua adipe ¶ Aliud maturatiuum Guilelmi de saliceto. ℞. vitella tria uel quattuor ouorum cocta: farine fenugreci ⁊ seminis lini.an̄.℥.i. butiri recentis: et incorporentur omnia simul: et fiat emplastrum ¶ Facta maturatione aperiatur parua perforatione et euacuetur quod est in ipso et mundificetur cum melle et farina lupinorum: et incarnetur cum aloes: quoniam est de melioribus medicinis ad hoc ¶ Ego autem consueui incarnare cum mirra vel aristologia ¶ Si uero ulceretur et procederet vlceratio in malū cū puluere affodillorum aut cum trociscis celidoconiis dicto ī primo libro: vel arsenicho desiccetur ¶ Ego autem cum egyptiaco aliqualiter confortato: vel aliqualiter diminuto operor secundum necessitatem.

¶ Tractatus decimusnonus de apostematibus ascellarum.

¶ Caplm primū de apāte sanioso calido.

Sub ascellis fiunt apostemata ratione expulsionis materie a corde: quare ergo per viam crisis fiunt ista apostemata. ¶ Signa eius si materia fuerit calida: locus rubet et tumet uehementer: et dolet dolore acuto et signa eius. ¶ Si materia fuerit frigida locus non rubet & tumor non habet acuitatem: et ex illo non multum dolet. ¶ In cura ista habes tres intentiones. ¶ Prima est in dieta. ¶ Secunda in purgatione. ¶ Tertia in localibus. ¶ Prima intentio completur cum cibariis bonis et bono uino odorifero limphato. vtatur etiam boragine fenugreci & farre. ¶ Et nota quod ego loquor hic de apostemate non venenoso: quia de ipso in capitulo de apāte venenoso pmi li. feci mentionē et vide illic refeco: et non de venenoso loquor. ¶ Secūda intentio completur cum flebotomia de basilica partis opposite: vel fiat uentosatio in spatulis: ut tibi videtur. ¶ Et purgatio fiat cum diafinicone. ¶ Ego autem consueui facere cum pillulis aggregatiuis. ¶ Tertia intentio cōpletur per hunc modum: in principio non apponantur repercussiua cum locus est emontorius: et in talibus repercussiua non debent apponi: quia materia retropelleretur ad ipsum cor et timor esset de morte. ponatur ergo oleum de camomilla. de aneto cum pinguedine galline: et oleo de lilio similiter ualet. et intelligas semper facta purgatione. ¶ Item ualet etiam oleum de camomilla uel aliud in quo lana sit infusa: & superponatur. ¶ In augmento et statu. Recipe farine camomille mellilotí fenugreci. an̄. ℥. i. et incorporentur cum oleo de aneto et camomill'.
¶ Item ualet oleum de camomillis cum sale. ualet etiam aqua calida cum sale cataplastrata uel aqua cicerum cum sale cataplastrata. ¶ Et nota quod si hoc apostema sit secundum semitam crisis tunc attractiua fortia possunt apponi: immo vētose possunt apponi & emplastra attractiua dicta in primo libro possunt apponi. ¶ Unde Ypo. pma particula afforismorum dixit: vndecūqz natura rapit inde ducere oportet et p loca conuenientia. ¶ Si autem sit apostema propter rem extrinsecam quia ratione ulcerum extremitatis: aut propter aliam causam primitiuam et sit illic repletio: tunc euacuatio est radix curationis et minoratio cibi et eius subtiliatio: ut dicit Auicenna. ¶ Et nota bene quod in illo casu propter refrenare cursum materie in principio possunt applicari aliqua alterantia confortantia: ut oleum rosatum mirtinum: et hoc facta purgatione vniuersali. ¶ In nullo alio casu debes apponere frigida immo mollitiua: licet Henricus dicit quod facta purgatione possumus apponere repercussiua domestica. ¶ Et nota. sicut in expulsione est timor reditus materiei ad intra quia ad membra principalia: ita in mollitiuis est timor attractionis superflue. quorum amborum securat euacuatio: vt dicit Auicenna. ¶ Quod considerans Galienus. 3° miamir dixit: parotice id est apostemata post aures licet sint de genere flegmonis: non tamen utimur eis prima intentione flegmonio particularis contraria: sed attractiuis vtentes si nihil ratione dignum perficerent hoc & uētose afferentes. ¶ Aduertendum est tamen quod si uehementem impetum habet illud quod fluit: nihil operamur: sed totum nature dimittimus ne ex uehementia attractionis dolor uehemens apprehendat homines: ut propter ipsum vigilie fiant et febris adueniat et virtus dissoluatur: mitigare tunc congruit magis et repercutere nō decet cataplasmatibus vtentes mitigatiuis: quecunqz cum moderatione caliditatis et humiditatis habentibus. ¶ Hoc viso si materia non resoluatur cum resoluentibus: quia cum diaquilone et aliis resolutiuis superius dictis et applicatis temporibus debitis: tunc congruit maturatiuum tale: Recipe farine frumenti cum aqua et oleo inspissentur et ponatur super locum.
¶ Item Recipe maluauisci mundati cocti optime libram vnam: farine seminis lini et fenugreci an̄. ℥. ii. vitella trium ouorum cocta sub prunis cum cortice butiri. ℥. iii. incorporentur omnia simul resoluunt et maturant. ¶ Item aliud: Recipe cepe duo cocta sub prunis: vitella ouorum. v. assungie liquefacte. ℥. iii. misceantur: maluauisci quantum est totum: et incorporentur et fiat emplastrum. ¶ Facta maturatione aperiatur locus cum ferro et tota sanies extrahatur si fuerit modica: si multa in pluribus vicibus extrahatur: et hoc sit singulare documentum in omnibus. Si autem quis timeret ferrum ipso existente bene maturato: super ponatur ruptorium de cinere cerri et aperiatur consequenter: et si incisio fiat impleatur locus stuppis balneatis in albumine oui. ¶ In secunda uisitatione ponatur de vitello oui cum terbentina et parum farine ordei et croci: et hoc sit generale in omni incisione. postea mundificetur et incarnetur & consolidetur secundum necessitatem loci et dispositionē eius.

¶ Capitulū secundū de apāte frigido ascelle.

Si materia huius apātis sit frīa cognosces p signa nūc supra dcā in pn° pcedētis capl'i. Et i cura ista hēs tres intētiōes sicut supra dictū est scilz in dieta: purgatōe: & localibus. Dieta eius breuiter declinet ad calidū & respiciat se a rebus frigidis generātibus flegma. ¶ Scda intētio pficit cū solutōe uētris: accipiat ergo electuarium indum: uel diarob cum turbith uel pillulas de agarico. ¶ Tertia intentio completur cum localibus: inungatur locus cum oleo de lilio vel anetino et camomellino et nardino et sic de aliis similibus: deinde si non resoluitur fiat hoc maturatiuum. Recipe cepe lilii capita alleorum tria: et coquantur cepe et alea sub prunis et incorporentur cum eis. ℥. ii trebentine et mellis. ℥.

j. farine seminis lini fenugreci. ana. ʒ. iii. et incorporetur et fiat emplastrum: et calidum ponatur super locum: facta maturatione aperiatur locus vt dictum est et modo dicto illo et mundificetur et incarnetur.

¶ Capitulum tertium de fugilico indurato sub ascella.

Apostemata autez dura sciros Galienus vocat fugilia: dicit autez Auicenna esse in locis dictis et difficilia sunt ad curandum et curatione scrophularum: et ea precepit curare Galienus in xiiij°. terapentice ¶ Alii tamen dicunt quod illorum apostematum aliqua sunt scrophule: aliqua duricies: aliqua nodi: et aliqua carnositas et talia fiunt ex materia melancolica indurata uel ex flegmatica conuersa in duriciem ¶ Et nota iterum quod istorum quedam habent sacculum: et quedam non. que habent sacculum mouentur leuiter.

¶ Que non leuiter mouentur ratione infiltrationis earum in carne ¶ Si talis duricies est scrophule: tunc in loco sunt duricies et globositates multiplicate in vno loco ¶ Si est nodositas est globositas vna et duricies est vltra duricies scrophularum ¶ Si carnositas est tunc sparsio est sine globositate in loco et planicies forme ¶ In cura ista sunt tres intentiones sicut et in aliis: scilicet in vita: in purgatione: et in localibus.

¶ Prima intentio est ista: vtatur bonis carnibus: bono vino limphato parum: et respiciat se a rebus melancolicis secundum eius posse.

¶ Secunda intentio completur per hunc modum fiat purgatio cum pillulis fetidis vel cum turbith preparato: vel cum yera ruffini: fiat etiam purgatio cum decoctione thimi et epithimi dicta ¶ Tertia intentio completur hoc modo: primo Auicenna appropriat emplastrum factum de cinere limaciarum cum adipe ¶ Galienus autem cum illis his ponit mel auctoritate archigenis: et ipsum laudat Guilelmus de saliceto dixit diaquilon cum gummis debere approximari ¶ Et dixit etiam: emplastrum factum cum melle terbentina et siliginis valere ¶ Alia autem dicta superius in capitulo de scrophulis ualent: quare illic recurre pro cura ista ¶ Si vero locus maturatus fuerit aperiatur sapienter quod est in eis et impleatur locus cum albumine oui: deinde mundificetur cum vnguento apostolorum vel viridi: vel cum puluere affodillorum: uel cum redalgar: vt uidetur tibi necesse ¶ Et dixi notanter aperiatur sapienter: ne chistis remaneret in loco si chistim haberet: deinde incarnetur et consolidetur ¶ Incisio ista fiat secundum figuram lunarem post aures equaliter: id est secundum rectum: et ita intelligo.

¶ Tractatus vicesimus de apostematibus mammillarum.

¶ Capitulum primum de apostemate calido earum.

Apostemata mammillarum quedam sunt propria: et quedam non propria: sicut coagulatio lactis in mammillis et ingrossatio preter naturam ¶ Apostemata calida et frigida huius partis habent causas et signa apostematum communium superius dictorum ¶ Nota tamen quod ad generandum ista apostemata in mammillis mulierum multum facit retentio menstruorum et ad ea curanda multum facit prouocatio eorum: et flebotomia saphene etiam valet ¶ Habent tamen ista apostemata aliqua signa et indicia propria: quia in istis apostematibus semper est aliqua caliditas et dolor atque tumor ¶ In talibus apostematibus mammillarum mulierum timendum est de mania: iuxta illud quintum afforismorum: mulieribus quibus ad mammillam conuertitur sanguis maniam significat ¶ Et licet afforismus sit Galieno suspectus: ipsum tamen mundificat et verificat sic: quando sanguis repugnat conuersioni sua mordicitate: idest magnitudine caloris et multitudine cerebrum ledit ¶ Galienus autem testatur quod non vidit hoc Lamfrancus dicit se uidisse ¶ Curatio horum apostematum nullum habet proprium: nisi quod repercussiua debent esse domestica propter vicinitatem cordis ¶ In cura ista habes tres intentiones ¶ Prima est in dieta ¶ Secunda in purgatione ¶ Tertia in localibus ¶ Prima intentio completur hoc modo: dieta eius sit versus frigidum: quia vtatur lentibus farre bletis spinachiis et vino limphato: lactucis agresta et vino granatorum: et sic de aliis ¶ Et si est debilis vtatur carnibus alteratis cum cucurbita: vel agresta vt uidetur tibi ¶ Secunda intentio completur cum flebotomia si opus fuerit de brachio opposito: et purgetur cum electuario succi rosati ¶ Tertia intentio completur per hunc modum: in principio apponatur oleum rosatum cum aceto similiter: sed non frigida immo calida: similiter succus endiuie cum aceto et sibi similia valent: et tu per te vide: et valet farina fabarum cum oximelle: et folia solatri cum oleo rosato valet etiam vt dixit Auicen. emplastrum factum ex semine iusquiami albi vel ex foliis eius valet: ex foliis iusquiami valet hoc apostematibus mammillarum ¶ In augmento valent ista: emplastrum factum ex semine iusquiami albi cum polenta et vino valet ¶ Et Diascorides dixit: tale emplastrum potest fieri sine polenta et vino: immo cum oleo rosato: quod valet in principio et non in augmento: et vide causam ex te quia patet ¶ Alchinus autem facit emplastrum ex foliis iusquiami albi et polenta ordei ¶ Serapio dixit: citonia decocta ponuntur in emplastris mammillarum ¶ Et ego dico quod si ponantur de per se vel cum

aliis rebus: quibus rebus calidis in augmento competunt: quia repercussiua sunt mixta cum resolutiuis que in augmento conueniūt. ¶ Aui. dixit: thus ꝛ cortex ipsius mixta cum chimolea et oleo rosato et emplastrata confert apostematibus et hoc quando materia adhuc fluit. ¶ In statu et specialiter quando materia est apta resolui ¶ Ualet de mente Serapionis emplastrū factum ex apio domestico: quia ortino admixto cum eo pane. ¶ Et Batholomeus de va. dixit ꝙ apium potest permisceri cum polenta ordei ¶ Et ego dico ꝙ melius esset cum polenta lentis: sordities ēt balnei delet humiditatem fluētem ad locum ¶ Et ego dico ꝙ misceatur cum aliis frigidis et siccis resolutiuis ꝛ tunc conuenit melius ꝙ̄ si per se ponatur. ¶ Alchimus dixit ꝙ sudor hominis laborantis habet virtutem quam habet sordicies balnei ¶ Si autem videretur tibi non posse resolui: sed saniari maturetur cum emplastris dictis et cum illis que dicētur ¶ Emplastrum Auicenne ad hoc. Recipe mice panis. ℥. i. farine fabarum radicis maluauisci. ℥. ß. farine fenugreci. ℥. i. ouorum coctorum vitella tria et addatur parum de croco mirra et asse fetide. et fiat emplastrum et ipso maturato precepit Albucasis ꝙ aperiatur secundum formam lunarem et aperiatur in loco decliuiori. ¶ Ego autem semper aperio secundum rectum prope tamen capitellum vel papillam foramen facio paruum ne vene venientes illic incidantur ratione cuius incisionis mulieres lactare nō possent ¶ Dico tamen ꝙ si apostema sit laterale: quia in parte siluestri uel domestica ego incido lateraliter secundum ꝙ vene illic ad mammillam veniunt et ad papillam ꝛ non incido secundum rectum quia sursum in deorsum uel econtra: quia vene ille inciderētur et in loco nō ponatur tēta magna propter dolorem. ¶ Et nota ꝙ si sanies exiuerit in magna quantitate tunc remittetur ter in die et ter in nocte uel plus vel minus vt est necesse. Et nō reperio melius isto modo ¶ Et in hoc casu solent aliqui apponere tentam de pēna vt sanies omni tempore ꝛ omni hora possit exire ¶ Et iste modus obseruetur donec locus sit bene exiccatus isto completo mundificetur ꝛ incarnetur sicut est dictum.

¶ Capitulum secundum de apostemate frigido mammillarum.

Apostemata ista sepe fiunt a materia frigida q̄re ea cognosces ex dictis ¶ In cura ista habes tres intentiones sicut immediate dictum est. ¶ Prima intentio completur cum assumptione aliarum rerum declinantium aliqualiter ad calidum. Secunda intentio completur cum ellectuario indo vel cum pillulis de agarico. ¶ Tertia intentio completur hoc modo: in principio apponatur oleum de spica: oleum de lilio cū oleo ro. in augmēto ponat̄ oleū d̄ lilio ꝛ d̄ spica solū. Itē valet radix assari trita ꝛ apposita cū polenta ¶ Guiel. de va. dixit Molles etiam tumores mammillarum tollit terra nidi hirūdinū dissoluta cum ro. et linita. ¶ Ego autem credo hoc valere in apostemate calido licet Guiel. ipsum ponat in apostemate frigido nisi quis vellet dicere ꝙ terra illa operatur illud ratione qualitatis derelicte ab hirundine et pullis suis et etiam ratione stercoris quod cum nido miscetur ¶ Cōfert etiam emplastrum de furfure ꝙ in sequenti capitulo ponetur ¶ Confert etiam vt dicit Auicenna ut teratur apium et ponatur super ea aut camomilla. ¶ Nota tamen ꝙ omnia que conueniunt apostematibus testiculorum conferunt apostematibus mammillarum et econtra ꝛ ideo ista capitula alternatim videntur.

¶ Capitulum tertium de duricie mammillarum.

Aliquādo hec materia que est in mammillis induratur uel quia materia est melancolica: vel quia subtile resoluitur et grossum remanet vel quia materia a frigidis in loco conculcatur multum quare mammilla induratur ¶ In hac cura habes tres intentiones ut iam in aliis capitulis immediate est dictum. ¶ Prima intentio ꝛ secūda completur sicut dictum est in vno vel in alio supra dictorum capitulorum secundum materiam in mammilia existentem. ¶ Tertia intentio completur cum localibus illo modo. Recipe risum decoctum cum vino dulci oleum de uiolis vitella oui et sit tot ꝙ tibi videtur et ponatur super locum ¶ Diascorides dixit aqua marina calida et fomento adhibita duricies spargit et tumorem mammillarum compescit. ¶ Dixit etiam ꝙ vinacia addito sibi modico salis apostemata dura mammillarum sedat. ¶ Bartholomeus dixit hoc etiam vult de vinatia communi sumpta cum actuali sua caliditate et admiscet secum tertiam partem salis. ¶ Auicenna dixit ad duriciem enim mamillarum orobus valet ¶ Serapio dixit ꝙ farina ordei mollificat apostemata dura mammillarum indurata ꝛ coagulata a frigido si cum melle ponatur. ¶ Emplastrum etiam factum ex fermento in oleo dura apostemata mammillarum soluit ¶ Isaac dixit fermentum coctum in aqua ꝛ ruta duriciem mammille propter lactis coagulationem in molliciem cōmutat ¶ Et dixit idem de furfure frumenti cocto in vino vel cum oleo et mixto. ¶ Guielmus de va. dixit Emplastrum factum ex carne nucum cum melle et ruta dura apostemata mammillarum dissoluit. ¶ Appulius dixit herba canabi siluestris contusa et cum assungia imposita discutit tūores ꝛ dolorē mãillaꝝ. ꝛ si collectio

fuerit sparg't. ¶ Et Diascorides dixit radix
eius cocta ⁊ adhibita tumorem compescit ⁊ du
rum soluit ¶ Et herba camepitheos fermen/
tata duricies mammillarum diaforat ¶ Et Ga
lienus in octauo: ⁊ Serapio dixerunt ꝙ ipsa sit
recens ¶ Bartholomeus dixit ꝙ ipsa folia vi
ridia imponantur uel sicca sicut necessitas indi
cat cum polenta mixta et in mammillis viro/
rum apponatur radix ¶ Serapio dixit semen
crisimon confert duriciebus antiquis qui sunt
in mammillis et testiculis ¶ Thirannus dixit
stercus muris cum aqua dissolutum et inunctū
vberum duriciem ⁊ dolorem ac tumorem sol/
uit ¶ Et iterum dixit vir iste stercus capre tri/
tum cum vino ueteri et super positum omnes
tumores genitalium et vberum perfecte sanat
¶ Quecunque dicentur in duricie testiculorum
hic ualent: quare ista capitula ad inuicē regrant.

¶ Capitulum quartum de scrophulis mam/
millarum.

A Sunt scrofule a ma
teria flegmatica indurata: et coagulata
a frigido et ex melancolia adusta in/
durata fit cancer ¶ Signa scrophularum sunt
durities tactus ipsarum et globositas in loco: et
ꝙ non dolet nisi cum tanguntur et locus est al
bus: ¶ Cura scrophularum est ut purgetur cum
turbit preparato et respiciat se a rebus flegmati
cis et in aliis faciat ut dictum est in primo libº.
capitulo de scrophulis ¶ Dixit tamen Auicen/
na melius medicamen est ut sumantur folia per
sici humida et folia rute humida et conterantur
simul et fiat emplastrum ¶ Signa cancri sunt
duricies in loco et dolor et ꝙ incipit ad modū
fabe et augetur cōtinue cum punctura et calo/
rē habet circa se venas magnas plenas sangui/
ne melancōnico ¶ Cura ista fit duobus modis
primo facta purgatione ut dictū est in proprio
capitulo dieta ordinaria fiet ut dicetur ¶ Uno
modo fit cura ut totum membrum abscindatur
cum tota egritudie et hoc non placet Guilelmo
neque mihi ¶ Guido dixit si durities conuer/
tatur ad cancrum non est consilium in curando
nisi abscindere totam manum ¶ Et ego dico
ꝙ in hoc casu melius est paliare quam curare ⁊
infamiam incurrere ut faciunt emperici qui om
nem egritudinem curare uolūt ¶ Secundo mo
do curatur: primo regatur cum temperata dieta
et abstineat ab omnibus melancolicis: et purge
tur cum una decoctione iam supra dicta ad
melancoliam uel cum pillulis de fumo terre uel
cum pillulis de lapide lazuli: uel cum yera ruffi
ni hoc facto inungatur locus cum oleo ro. non
tangendo locum nisi cum penna: Nam ex tactu
semper eius materia maligna augetur ul' embro
cetur cū oleo ꝙ sic fit Recipe olei ro. ℥. iii. papa
ueris albi. ℥. i. opii iusquiami an̄. ℈. i. gummi ara
bici. ℥. s. pistentur omnia uel dissoluantur. Nam
embrocatio ista tardat augumentum et maliciā
et hec cura uocatur blanditiua. ¶ Etsi uis uide
re curam perfectam recurre ad primum librū
ad capitulum proprium de cancro et loquor de
cancro non ulcerato. ¶ Nota tamen ꝙ si mate/
ria fuerit fixa in uenis circudantibus membrū
ita ꝙ uene fuerint plene sanguine. non curatur
locus nisi uene iste plene sanguine sint remote.
¶ Et hee uene non possunt remoueri nisi per
amputationem magnam quare cura cum diffi/
cultate fit ¶ Et quia si uene iste non remouean
tur non potest curari et cum difficultate remo/
uentur ¶ Dico ego ꝙ melius est dimittere ali/
qualiter egrum quam totaliter egrum quod ui
di semel. Ita una domina prope burgum gale/
rie cui superuenit empericus: quidam et uoluit
ipsam curare et cum corruptorio uoluit aposte/
mationem remouere et finaliter eam interfecit
et in ista uene erant magne ī loco ul' circa locū.

¶ Capitulum quintum d magnitudine mam
millarum.

Q Uedam inflatio ac
cidit in mammillis hominum ita ꝙ
taliter augmentantur ꝙ apparent mammille mu
lierum quam magnitudinē natura multum ab
horret. Et iste mammille non fiunt ita magne
nisi ex pinguedine illic generata. ¶ In cura ista
sunt due intentiones. ¶ Prima est ut fiat ante
omnia purgatio ¶ Secunda est ī localibus pur
getur ergo primo iste cum diafinicone uel cum
pillulis agregatiuis et ratio est ne ratione incisi
onis causaretur dolor ratione cuius locus apo
stematur ¶ Ista autem solutiua omnem humo
rem indifferenter educunt. ¶ Secunda intentio
completur hoc modo incidatur locus secundū
figuram lunarem et excoria locum et extrahe il
lam pinguedinem: hoc facto iunge pellem cum
pelle et abscinde partes eius. ¶ Si pellis unius
lateris equitaret alteram: fac ergo ne pellis cum
pelle iungatur et sue insimul et agrega adinui
cem et incarna modo dicto supra in primo li
bro: ¶ Quod si non remanserit aliquid pingue
dinis propter intollerantiam infirmi aut prop
ter fluxum sanguinis: tunc appone medicamen
acutū donec corrodatur deinde cōsolida locū.

¶ Capitulum sextum de coagulatione lactis.

C Oagulatio lactis
ut plurimum fit a frigido in mammil
lis q̄re a calo dissoluit: hec egritudo

fit in mulieribus lactantibus et in pregnantibus quia illis tēporibus accidit retentio menstruorum. quare in eis generatur lac. etiam contingit in virginibus ex retentione menstruorū quia menstruum ad māillas trāsit et i lac cōuertit: quare nō icōuenit virgines lac habere quod lac coagulatū consequēter et deinde in saniem conuertitur et consequenter generatur pilus in papilla māmille per hunc modum quia calidum agens in lacte seperat aliquam partem subtilem ab aliis que ascendunt ad papillam et facit pilum qui pilus non est nisi crepatura que apparet in capite mamille uel capuello de quo dicetur in sequenti libro. ¶ Hec egritudo quia mulier lactat et dolet i mamilla et cum exprimitur lac non exit nisi stillando et cū difficultate uel quia in mamillis est lac uel quia menstrua retinentur: quare tunc potest accidere apostema nam ex lacte coagulato causatur dolor et febris. ¶ Cura ista consistit in tribus: scilicet in dieta: in euacuatione: in localibus. ¶ Prima intentio completur hoc modo respiciat se a carnibus et a uino et breuiter ab omnibus multiplicantibus sanguinem ne lac multiplicetur qui est causa apostematis. ¶ Secunda intentio completur hoc modo purgetur cum pillulis agregatiuis uel cum turbit preparato et fiat flebotomia et ponantur uentose secundum necessitatem et similiter menstrua prouocentur si opus fuerit.

¶ Tertia intentio completur hoc modo primo fiat inunctio cum oleo ro. calido. ¶ Item ualet hec decoctio et ipsum resoluit: ut dixit Guido. ℞. aquam et in ipsa decoquantur ficla apiū menta atque calamentum et ex ista decoctione fiat embrocatio. ¶ Aliud Guil. de sa: ℞ pe. coaguli edi uel agni. ℥. iii. fermenti de milio uel de siligine uel de ordeo uel de farina fabarum li. 5. storach ℥. i. ponatur in aceto forti et dimittatur per horam et plus et cum dissoluta fuerit incorporetur cum aliquo fermentorum uel farina fabarum et incorporetur et addatur oleum ro. si non posset bene incorporari et loco inuncto cum oleo ro. primo ponatur emplastrum et est mirabile. ¶ Ego autem consueui sic facere. ℞. farine fabarum farine ordei. ana. ℥. i. coaguli edi unum storac. ℥. 5. et incorporentur cum oleo ro. storace primo dissoluta et fiat emplastrum et calidum supra locū ponatur: primo loco inuncto cum oleo ro. et credas quia uerum est et qui dixit expertus est. ¶ Aliud Lamfranci ℞. mice panis farine ordei fenugreci seminis lini ana. ℥. i. radicis maluauisci foliorum malue eruce. ana. M. i. coquantur ista ultima duo et pistentur et omnia supra dicta cū istis incorporentur et hoc cū oleo ro. et fiat emplastrū.

¶ Ego autem credo hoc emplastrum plus conuenire quando ista apostematio ad saniem deuenit quam alio modo. ¶ Et Auicenna etiam hoc ponit ualet etiam succus mente et succus calamenti etiam ualet et aqua marina et lixiuium et alia similia extinguunt lac. ¶ Rasis dixit quod fenugrecum amasatum i aqua more emplastri et super ponatur in māmillis lac nō coagulatur prohibet etiam secundum ipsum mun idest cera dissoluta cum oleo uiolis inunctum. ¶ Et secundū aliquos idem potest aliud mun: quod est sordicies aluearis apium. ¶ Dia. dixit si quoque tria genera cere in modum fabe transglutiantur lac in māmillis dissoluit. ¶ Et Alchi. hoc confirmans dixit quod sit cera alba. ¶ Dixit Diascorides coagulum leporis dissolutum cum aceto et super positum māmillis lac dissoluit mirabiliter. ¶ Et cācer contritus et super positus confert etiam. ¶ Fidelis dixit quod assungia porci spinosa inūcta māmillis lac dissoluit mirabiliter vel euacuat statim aperiendo et soluendo si contingat quod lac iā sit coagulatum et apostema iam calidum sit in loco ex illo lacte tunc illa valent. ¶ Auicenna dixit quod talia apostemata sanat menta emplastrata et prohibet congelationem lactis in eis. ¶ Et Serapio dixit quod cum isto succo emplastretur sauich ordei. ¶ Diascorides dixit ad flegmones mamillarum propter hanc causam est maximum presidium lenticula in aqua marina cocta et emplastrata et proprie si flegmon est ex lacte uel sanguine. ¶ Dixit etiam apostemata mamillarum maxime quando lac coagulatum in eis valet emplastrum factum ex farina fabarum cū sauich ordei. ¶ Et Serapio dixit quod fabe sint sine corticibus suis. ¶ Et Galienus dixit i octavo capitulo de fabis et testiculorum et mamillarum est bonum cathaplasma. ¶ Amant enim hee particule immoderate infrigidari cum flebotomizant et maxime quando lacte caseato flebotomizant. ¶ Et enim lac extinguitur ab huiusmodi cathaplasmate. ¶ Et Alchi. dixit farina fabarum cum farina ordei emplastrata super flegmonem factum ex percussione uel ex congelatione lactis curat: dixit etiam quando furfur decoquitur cum vino et ponitur supra apostemata calida māmillarum: quando lac ibi coagulatur valet. ¶ Et subdit auctoritate Auicē. et madefiat cum vino: et fit emplastrum ex eo ad apostema calidum quod fit in māmilla. ¶ Et secundum Auicennam rarificat etiam apostemata flegmatis et uentositatis. ¶ Et Serapio dixit quod furfur coquatur cum aqua. ¶ Et Ysaac dixit quod furfur potest coqui cum vino et oleo et aqua mixta. ¶ Et secundum Bartholomeum: potest coqui cum aqua et aceto et ruta. ¶ Docet tamen me Auicenna: quod caseatio fit duobus modis. Uno modo a calido. Alio modo a frigido.

¶ Ex medicinis remouentibus caseationem calidam est acetum. nam quassatum cum oleo rosato et calefactum et linitum de super. folia etiam solatri contrita quibus fiat emplastrum: aut folia alchechengi aut succus eorum: et proprie quando cum eis miscetur mirrha et crocus.

¶ Item macetum vini et oleum violarum et parum fenugreci sumantur et fiat ex eis epithima.

¶ Ex medicinis remouentibus caseationem frigidam de mente Aui. est assiduatio embrocatiōis

cum aqua: ⁊ prohibent eius saniositatem fenicu lum ⁊ semen feniculi ⁊ omnes species que pro uocant lac: ⁊ sunt de eis quibus coquuntur ca momil. ⁊ anetum ⁊ balsamita ⁊ fenugrecum et abrotanum et castoreum ¶ Et ex oleis oleum de lilio oleum narciscinum: ⁊ oleum de costo. Ex medicis tẽperatis bonis est ut sumat panis de simula ⁊ ordei ⁊ ruta ⁊ fenugrecũ ⁊ cuiuscũ ⁊ semen lini corticum de unoquoq; q̃ntum una manus continet clausa ⁊ fiat eis emplastr. ¶ Et ex eis que conferunt caseationi post apostemati onem ẽ ut super ponat spongia infusa in aqua ⁊ in aceto tepido aut mirra cum pane agregentur cũ aqua ⁊ aceto ⁊ menta cũ pane ⁊ aceto ẽ bona ¶ Ex his que aperiunt opilationẽ lactis in ma millis ẽ aqua sicle ⁊ triticum ⁊ nigella ⁊ thus cum felle bouis aut sumat mel storacis calami te ⁊ misceatur cũ o'lo uiolis ⁊ inungatur ex co mãmilla qñ resoluitur cuz eo caseatio ⁊ aposte ma ⁊ sorbeat aqua caulium qñ iuuatiua ẽ ad h⁹.

¶ Tractatus. xxi⁹. de apostemate costarum.
Ca^m^ primũ de apostemate calido costarum.

Apostemata cali da hui⁹ loci cognoscunt ex rubedine loci ⁊ ex dolore pungitiuo uel ex do lore pulsatiuo in loco ⁊ ex figura eius que est acuta. ¶ Cura ista habet tres intẽtiones sicut ⁊ alie cure alioꝝ apostematũ. ¶ Prima completur hoc modo utat dieta frigida: ut sunt lactuce cu curbite portulace spinachie ⁊ lentes et uinũ ei⁹ sit aquosum etsi ẽ necesse q; utatur brodio car nium tũc carnes cum istis alterent. ¶ Secunda intentio complet cum flebotomia: fiat ergo de parte oppsita uel uentosatio fiat in spatulis. Itẽ purget cum el'ario suci ro. ¶ Tertia intẽtio cõ pletur hoc modo in principio fiat inunctio cum oleo ro. ¶ Itẽ succus arnoglosse et oleũ de mir to ualet. ¶ Et nõ q; ista repercussiua debẽt esse debilia et domestica ꝑpter uicinitatem quã ha bent in corde. ¶ In augmẽto ponatur oleuz ro: cum oleo de camo. ualet etiam farina fabaruz et farina ordei ⁊ lentiuz: ualet incorporata cũ oleo ro. ¶ Si autem hoc apostema ad saniem deue niat uidebis quod dictuz ẽ de exituris ponatur hoc maturatiuum. ℞. maluauisci mũdati cocti et incisi minuti li. i. fenugreci. se. lini camo. ℥. ii. butyri. ℥. iii. uitelloꝝ ouoruz. v. incorporẽt simul ⁊ calidũ super locũ ponatur: hoc enim maturat resoluit ⁊ dolorem remouet: facta maturatione apiat loc⁹ ⁊ incisio fiat ſm lõgitudinẽ costaꝝ q: musculi illo modo procedunt. ⁊ in istis nõ expe ctetur completa digestio ne sanies ad intra deri uando fistulam pariat. ¶ Nam dixit Ipo. prio pronosticoꝝ. Que intus ⁊ extra crepuerit maluz ¶ Auicẽ. hoc idem dixit in de exituris. Et Ga. in commento huius sic uerificatur quia natura non inuenit locum in quo se appodiet et super quem caro possit generari. ¶ Quare generatur fi stula uel ulcus difficilis consolidationis.

¶ Ca. secundum de apostemate frĩo costarum.

Apostemata frigi da hui⁹ loci cognoscũt ex colore pel lis non immutato ⁊ nõ dolet: sed gra uedinem ⁊ pondus sentit in loco ⁊ figura eius est plana ⁊ magna quia occupat multum de lo co ⁊ in isto loco multa cõprehenditur sanies. ¶ Et nõ q; hoc apostema ꝑpter multam perse uerantiam in hoc membro fit penetrans ⁊ fit fi stula penetrans: ⁊ cõsidera q; hoc accidit sepe ꝑ pter ignorantiam medici. qui non cognoscit sa niem illic generatam propter priuationem dolo ris ⁊ rubedinis. ⁊ etiam propter ignorantiam in firmi qui supra se non sentit nisi grauedinem et uidet etiam pellem non fore mutatam in colore et sic de istis causis sanies stat longo tempore ĩ loco et penetrat et parit fistulam et ulcus difici lis consolidatiõis uel curatõnis ¶ In cura ista habes tres intentiones sicut iam in alio ca. dcm̃ est. ¶ Prima est in dieta uita ẽius sit bõa ⁊ uta tur bonis carnibus ⁊ bono uino ⁊ respiciat se a rebus frigidis conclusiue. ¶ Secunda intentio est in purgatione. purgetur ergo in principio cuz pillulis de agarico uel turbith preparato uel cũ electuario indo. ¶ Tertia intentio est in localib⁹ primo ergo inungatur locus cum oleo de spica et ro. uel de lilio et sic de aliis. Aut fiat empla struz ex farina fenugreci seminis lini et camo. ⁊ cum oleo dicto incorporentur et si per hũc mo dum nõ resoluitur fiat emplastrum de cepis. iã dictum supra in multis locis. facta maturatione aperiatur locus in parte decliuiori. ¶ Et si sa nies fuerit pauca extrahatur in una uice. si mul ta in pluribus uicibus ne infirmo causetur sin copis facta incisione mundificetur et consolide tur ut dicetur in de ulceribus.

¶ Tractatus. xxii⁹. d̃ apostematibus stomaci.
Capitulum primuz de apostemate calido.

In stomaco gene rantur apostemata: scilicet in loco ex trinseco sicut in aliis locis: et ista ni hil habent propriuz ab aliis: nisi quia in locis istis non debemus apponere aromatica propter vicinitatem quam habent cum mẽbris nutritiuis. Possent autem hec apostemata eius operationem toti corpori necessariam nocere ⁊ debilitare. vnde operatio stomachi est toti ne cessaria: et de istis apostematibus extrinsecis ẽ sermo: de intrinsecis hic in presenti non loquar. ¶ In cura ista habes tres intentiones sicut ⁊ in aliis: scilicet in vita: purgatione: ⁊ localibus. Unuz tamen nota q; in istis caute procedere de bes ne locus induret: q: talia facilit indurant: et idurata iducũt facil'r idropisiz: ut dixit et Lãfrã.

¶ Prima intentio consistit in vita: vita eius sit bona & carnes sint bone & facilis digestionis: et breuiter vita eius sit ut in aliis apostematibus istis. ¶ Secunda intentio completur cum purgationibus: purgatio eius sit leuis quia omnis medicina euacuat cum electuario de cassia fiat: nisi sit in toto repletio ¶ Tertia intentio completur cum localibus: in principio apponatur oleum ro. cum oleo mirtino. valet etiam oleum de citoniis cum oleo mirtino vel oleo ro. ¶ Haliabas dixit si sandalus albus supponatur in principio apostematum calidorum maxime stomacho prodest. ¶ Auic. dixit absolute sandalus resoluit apostemata acuta & proprie rubeus: & linitur ex eo herisipila. ¶ Et dixit etiam: chimolea cum aceto ponit supra apostemata stomachi calida folia ro. emplastrata valent: vt dixit Dia. ¶ Emplastrum factum ex foliis filis vitis siluestris. s. tenue cum sauich ordei valet apostematibus stomachi ex caliditate. ¶ Et succus foliorum eius valet dolori stomachi: et eius inflationem sedat empl'm factum ex foliis & capillis vitis ferentis vinum: & sic sola emplastrata aut cum sauich. ¶ Et Bar. idem dixit secundum Dia. de foliis vitis domestice: quando ipsa coquuntur & apponuntur cum sauich. ¶ In augmento oleum camomille cum oleo de absinthio valet: eo quia confortatiuum est. ¶ Item etiam oleum de aneto cum oleo de mastice. ¶ Et Gali. dixit de mastice alba: q stomaci & ventris & intestinorum & epatis flegmonibus competit. ¶ Item oleum nardinum cum oleo de cinamomo & absinthii valet. ¶ Si uero ad saniem proueniat ponatur arthomel. i. panis cum melle: & misceatur secum oleum de absinthio aut de mastice. valent etiam emplastra supra dicta maturatiua. Et facta maturatione incidatur locus secundum longitudinem. & in hoc differt ab apate costarum in quibus incisio fit secundum quod coste incedunt.

¶ Cap'm. 2m. de apostemate frigido stomaci.

Si autem materia sit frigida in principio facta purgatione conueniente: & dicta ordinata fiat inunctio cum oleo de spica vel cum oleo de mastice uel de absinthio & lilio. ¶ Et Aui. dixit q matricaria est valde bona. ¶ Et Haliabas dixit q calamus aromaticus confert istis & idropisi: & apostematib9 epatis frigidis. ¶ Dia. dixit: dialtea cocta cum asungia porci uel anseris & rasina & terbentina tumores frigidos medetur. ¶ Ex istis simplicibus componas emplastrum & appone in loco si fuerit necesse maturentur cum maturantibus decoctis in aliis apostematibus: et incidatur modo dicto.

¶ Capitulum tertium de duricie stomaci.

Durities in stomaco ut plurimum fit ex melācolia vel ex humore aliquo dicto adusto & conuerso ad melancoliam sicut ex flegmate uel colera adusta: & patet. Cum ergo in stomacho sit vna virtus cōmunis necessaria toti: est necesse istam duriciem remouere q est causa huius. ¶ Nota tamen q ista duricies ē duplex: quedam est cum febre: & quedam ē sine febre. Ista que est cū febre mortalis est vt i pluribus. ¶ Et credo q ista sit cā: quia ista duricies impedit digestionem: quia operationē stomachi ratiōe cuius cibus male digeritur & mali humores multiplicantur ratione cuius sequitur febris: deinde in processu mors. ¶ Si autem hec duricies fuerit sine febre: minus timorosa est: sed cum suspitione & timore. ¶ In cura ista hēs tres itentiones: sicut in aliis apostematibus ē dictū. ¶ Prima intentio completur cum debita dieta. Dieta eius sit talis: vtatur bono uino claro odorifero limphato: & carnes sint bone facilis digestionis: & brodia etiam dentur quia faciliter digeruntur. ¶ Secunda intentio completur cū solutiuis: euacuetur ergo materia illa cum confectiōe hamech: uel cum pillulis de lapide lazuli: vel alio modo dicto supra: & etiam si potest fieri vomitus fiat: quia etiam est bonum: quia materia minuitur. ¶ Tertia intentio completur hoc modo: fiat inunctio cum oleo de spica cōtinue: aut de absinthio. ¶ Serapio & Auicē. dicunt q ysopus sicca bibita cum vino resoluit apostemata dura intrinseca. ¶ Dixit etiam: bdelium iudaicū bibitum & decoctum ad apostemata intrinseca & dura valet. ¶ Haliabas dixit: laudanum ē emolliens dura apostemata que sunt in stomacho et epate: & cōfortat ea si accidit frigus & debilitas. ¶ Dia. dixit: inunctio cum oleo masticino duriciem tollit. ¶ Et Bar. dixit q talis inunctio cōfert ad omnem ipsius egritudinem frigidam. ¶ Gui. de va. dixit: si etiam puluis elebastri misceatur cum aliquo alio mollitiuo: sicut oleum de camo. vel aneto vel huiusmodi: tollit duriciem diaquilon cum gūmis in hoc etiam valet. ¶ Si etiam diaquilon incorporetur cum puluere yere vel cum oleo de absinthio & apponatur sup locum actu calidum: vt dixit Gui. valet. ¶ Alia et resolutiua & mollitiua supra dicta in capitulo d scrophulis: aut in capitulo de sephiros valent. Gui. tamen de va. vnguentum cōposuit ad hoc. ℞. olei ros. ℨ. i. s. succi extremitatum absinthii olei nardini & masticini. ana ℨ. s. pul. extremitatū squinanti spodii cassie lignee caude caualline. ana ℨ. s. cere quantum sufficit & fiat vnguentum. ¶ Ego autem ut possum comprehendere ab eo vult q hoc vnguentum valet duriciei epatis et stomachi. ¶ Et quādo apponitur epati precipit q manus balneetur in aceto: deinde apponatur. ¶ Et quando apponitur stomacho q man9 iungatur cum oleo masticino ¶ Multa etiam dicentur inferius de duricie splenis & epatis que ēt hic erunt vtilia. ¶ Ideo hec capitula semper requirantur ad inuicem ¶ Si autē non resoluatur sed ad saniem deueniat: tūc ualet emplastrū

de cepis vel de maluauisco ꝛ ponatur calidum super locum ꝛ fiat incisio vt dictum est ꝛ similiter in oībus aliis vt etiam dictum est.

¶ Tractatus .xxiii. de apostematibus epatis.
¶ Capitulum primum de apāte calido epatis.

Quia hoc mēbꝛuz est principale ꝛ eius operatio ē necessaria toti ꝛ cōis omnibus membꝛis hinc est ꝙ omnia apostemata in eo sunt timoꝛosa ꝛ suspecta. ¶ Signa calidi iā ex dictis pluries sunt manifesta ꝛ similiter frigidi. ¶ Calida apostemata fiunt ex colera vel ex sāguine vel ex alio humore currēte cursu eorum. frigida apostemata fiūt ex flegmate vł ex melēa vel ex alio humore currente cursu eorum. ¶ Cura ista consistit in tribus vt sepe dictum est. s. in dieta potione ꝛ in localibus. Prima intentio cōpletur cum rebus declinantibus ad frigidum si febꝛis fuerit. Utatur ergo farina oꝛdei farre mica panis lota in aqua ꝛ aqua cicerum lactuca spinachiis cucurbita poꝛtulaca ꝛ sic de aliis. ¶ Si autē esset sine febre bibat vinum album limphatum comedat carnes edinas pullias cōditas cū rebus frigidis iam dictis. Secunda intentio cōpletur cum flebotomia ō manu opposita vł scarificatio fiat in natibus. ¶ Itē fiat euacuatio cū tali decoctione. ℞. polipodii ℥.iii. elleboꝛi nigri ʒ.ii. fumiterre sene epithimi an̄ ʒ.i. cuscute ℥.5. pistentur polipodiuz elleboꝛus fumus terre ꝛ bł liant in ℥ vi. aque vel .viii. ꝛ in fine decoctionis addatur sene et epithimum ꝛ coletur ꝛ ista colatura detur pacienti ante diem et addatur zuccar ℥.5. ꝛ materiā adustam educit. ¶ Itē electuariuz succi ro. detur quoniam materiam adustā educit. Constantinus dixit succus strigi potatus calida apostemata in epate ꝛ in aliis membꝛis curat.

¶ Et dixit etiam succus lupuli cum succo solatri optimus est flegmoni que est in epate aut splene icteritiam curat ꝛ caliditatem extinguit. ¶ Haliabas dixit si bibatur succus alchechēgi ꝛ rotula cassiefistule vtilis est epatico apāti. ¶ Haliabas iterum dixit squinantum apostemati ꝙ ē in epate prodest ꝛ instcō. ¶ Bartholomeus dixit floꝛes squinanti maxime valent in apostematibus epatis ꝛ dentur cum vino subtili aut cum aqua passullarum aut cum aqua endiuie sicut dispositio indicat. ¶ Tertia intentio completur cum localibus. ¶ In principio apponatur oleum ro. cū oleo de camomilla quoniam in tali loco non cōueniunt pura repercussiua qꝛ membrum huius loci est principale repercussiua confoꝛtatiā ergo conueniunt que debilia sunt ut oleum mirtinum oleū ro. ꝛ oleum de absinthio nō pura ꝫ mixta cum aliquo oleo anodino vt oleuz ō mastice etiam ualet. Item Haliabas dixit si sandalus ponatur ꝛ specialiter albus in̄ principio apātuz calidorum maxime prodest stcō ꝛ epati. Et Gal. dixit in .vii. de mastice alba epatis flegmōi bus ꝛ stomaci ꝛ intestinorum valet. ¶ Et dixit ꝙ cauda equina bibita et amplastrata valet tūoribus ꝛ apostematibus epatis. ¶ Si autem ad maturationem deueniat ponatur emplastrum ō maluauisco cū faria seminis lini ꝛ camomilla: ꝛ pinguedine poꝛci sine sale: valet etiam farina frumenti cū oleo ꝛ aqua: maturat ratione olei ꝛ farine: ꝛ resoluit ratione farine ꝛ humectat ratione aque. facta maturatione aperiatur locus in parte decliuiori ꝛ extrahetur sanies modo pluries dicto ꝛ impleatur locus cum stuppis balneatis in albumine oui ꝛ consequenter digeratur labia cum uitello oui ꝛ terbentina mixtis: postea mundificetur cum vnguento apostoloꝛum vel cum vnguento de mirrha ꝛ sarcocolla vt tibi videtur ꝛ incarnetur ꝛ consolidetur ꝛ hoc est generale in omnibus.

¶ Capitulum secumdū de apāte frigido epatis.

Si materia sit frigida cognosces ex dictis ꝛ ī aliis capitulis quare reseco. Cura ista habet tres intentiones sicut ꝛ cura alioꝛum apostematum. Prima ergo completur cum dieta debita. ¶ Tendat ergo dieta sua ad calidum qꝛ vtatur carnibus edinis vitulis bono vino albo odoꝛifero parum limphato vtatur feniculi boꝛaginis ꝛ petroselini ꝛ sic de aliis similibus. Secunda intentio completur cum pillulis de agarico uel cum turbit preparato: vel cum diarob cū turbit. Diascorides tamen dixit serpillum bibitum ualet tumoꝛibus epatis. ¶ Et cōstātinus dixit flos pullegii bibitus valet oppilationi epatis ꝛ splenis ꝛ eorum apātibus. ¶ Tertia intentō cōpleť cum localibus in principio iungatur locus cum oleo de spica uel de lilio cū quibus ponatur parum olei de absinthio ratione confoꝛtaōis membri. ¶ Aui. dixit ꝙ mastix ꝛ oleum eius statim prodest. ¶ Itez in processu valet hoc. ℞. farine seminis lini farine fenugreci camomille mellíloti an̄ ꝛ in coꝛpoꝛentur cum oleo de spica ꝛ de absinthio ponatur super locum. ¶ Cōstantinus dixit in pantegni camomilla epatis apostemata curat. si ex ea epithimetur. ¶ Aui. dixit calamus aromaticus cum semine apii ꝛ melle cōfert apātibus epatis. ¶ Dixit etiam laurus confert apostematibus splenis et epatis ꝛ colice. ¶ Serapio dixit quando spica celtica bibitur cuz decoctione absinthii confert apostematibꝰ epatis ꝛ stomaci. ad apāta āt ista semen sisinbri aut serpilli deť in̄ potu. Ad apāta āt ista frigida dicit. Hui. de va. valz spica īdica qn̄ cū absinthio ꝛ passulť in uino infūditur ꝛ ex eis fit sirupus ꝛ bibať aut fiāt trocisci ꝛ bibāť. Si āt locus ad saniē deueniret ēpłeť locus cū ēpłis iā dictis in aliis apātibꝰ frigidis. Itē valz hoc. ℞. mellis lib. i. farine fenugreci se. lini an̄ ℥.i. picis liqde lib. 5. olei ℥.iii. liquefiat pix cū oleo ro. ꝛ in coꝛpoꝛeť cū farinis ꝛ addať pinguedo poꝛci sine sale ꝛ fiat ēpłꝫ facta maturatione apiať locus ī pte decliuiori ꝛ

non permittatur tota sanies exire si fuerit multa et in residuo fiat vt dictum est in aliis.

¶ Capitulum tertium de duritie epatis.

Duricies accidit in epate sicut et in stomaco et ista duricies sicut dictum est de duricie stomaci. Et qr illud mẽbrum est principale. timor est ne ipsa impediat operationes membri q membrũ operationem exercet necessariam pro toto qua impedita potest sequi hidropisis aut mors. In cura ista habes tria: ordinare dietam potionem et localia. dicta eius ordinetur sicut dictum est in duricie stomaci. ¶ Secunda intentio cõplet cũ purgatione fiat ergo purgatio vt illic etiã dictũ est. ¶ Tertia intentio completur cum anodinis ¶ Item valet emplastrum Mesue de melliloto cuius descriptõ hec est. ℞. mellileti. ℥. vi. florũ camomille fenugreci granorum lauri radicũ altee absintii añ. ℥. iii. armoniaci. ʒ. x. storacis bdellii añ. ʒ. ii. terbentine. ℥. i. ß. ficuum pinguiũ numero. xii. sepi caprini rasine añ. ℥. ii. ß. cere. ℥. v. olei sambucini olei de spica quantũ sufficit aq̃ decoctionis fenugreci aque decoctionis camomille et mellijoti ad infundendum quantum sufficit misceantur et conficiantur omnia et fiat emplastrum: valet etiam cerotum. Gal. isopi humide valet etiam duriciebus neruorum iuncturarum lenit eas cuius forma est ista. ℞. cere citrine. ℥. ii. olei camomillini olei irini añ. ℥. vi. masticl. ℥. i. spice. ℥. i. ß. croci. ʒ. ß. trebẽtine. ℥. i. rasine. ℥. ß. isopi humide. ʒ. lxxx. et fiat cerotum. ¶ Valet etiam cerotum Pauli ad ea que diximus et est hoc. ℞ armoniaci. ʒ. x. bdelii. ʒ. v. spice. ʒ. iiii. croci. ʒ. i. ß. masticis aloes olibani. añ. ʒ. i. cere. ℥ iii. ß. sepi et medulle uituli. añ. ℥. ii. Isopi humide. ʒ. iiii. ircleon quantum sufficit: et hoc expertus sum sepe.

¶ Aliud Guil. de sa. quod ualet ad omnem duriciem. ℞. galbani serapini oppoponaci. añ. ℥. i. farine fenugreci seminis lini. añ. ℥. ii. terbentine. lb. ß olei camomille. ʒ. iiii. farine frumenti quod sufficit ad inspissandum: et ponatur ad ignem: postea addatur trebentina et colletur: deinde ĩcorporẽt faria et fac emplastrũ. Et Guido dixit q si huic addatur oleum ro. uel oleum de absinthio esset melius quia uirtus epatis confortat. Constantinus dixit armõiacũ cũ sirupo acetoso compositum emplastratum et super durum splenem et epar positum mox duriciem curat q uisum est et expertum. ¶ Unguentum etiam Guigelmi de va. q ponetur in capitulo de duricie splenis hic adducitur quoniam mirabile est ¶ Alchin dixit radix tamarisci decocta in vino et aceto bibita valet dolori epatis et mollificat duriciem eius ¶ Aui. dixit been confert duriciei epatis et splenis quando bibitur cum aceto mixtũ ex eo põdus. ʒ. ii. Daliabas dixit est emolliens apostemata dura que sunt in stomaco et epate et confortat ea si accidat frigus aut dolor. ¶ Et aliqui dicũt q decoctio rute et agnicasti bibita splenem et epar induratam sanat. ¶ Et si cũ istis curare nõ possent sed ad saniem deuenirent incidatur et fiat vt in aliis dictum est.

¶ Tractatus. xxiiii. de apostematibus splenis.
¶ Cam. i. de apostemate eius calido et frigido.

Apostemata fiũt in splene sicut et in epate quorũ cura est eadem et loquor de saniosis. Quare ergo uideant cause et signa: et cum videris dieta et euacuatio et localia sint vt dictum est in apostemate epatis calido et frigido nihilominus posita aliqua a doctoribus dicam et primo. Aui. dixit quando succus rubee tinctorum bibitur cum oximelle resoluit apostemata splenis. Serapio dixit quando isopus sicca coquitur in aqua cum ficubus et melle et ruta et datur in potu confert apostematibus splenis epatis et pulmonis et apostematibus duris. Curat etiam splenem durum puluis petroselini siluestris sumptus ĩ potu cũ uino et similiter splenem inflatum curat. ¶ Et Daliabas dixit camedreos. prodest apostemati splenis si bibatur aq̃ decoctionis eius ¶ Serapio dixit quando fit emplastrũ cũ uinacia et oleo ro. ruta et aceto cõfert apostematibus calidis splenis. Et Baribo. dixit cinis uinacia cũ oleo ro. malaxatus et appositus confert. Ista autem non resoluunt et in statu uel declinatione valent. ¶ Serapio dixit q̃n farina fenugreci miscetur et cum nitro et aceto resoluit tumorem splenis. Et dixit etiam semẽ nasturcii resoluit apostemata splenis quando cum melle fit emplastrum ¶ Et Aui. dixit semen rafani cum aceto resoluit apostemata splenis. ¶ Et Dia. dixit succus sinapis ad extra appositus tumorem splenis resoluit. vult autem q imponatur cum aqua vel melle secũdũ q dispõ ei indicat.

¶ Capitulũm secũdum de duricie splenis.

Accidit in splene duricies sicut et in aliis membris cuius cura a cura duricici epatis differt qr in duricie splenis procedimus cum fortioribus q̃ in duricie epatis ¶ In cura ista habes tres intentões. s. in vita purgõe et localib. Pria intẽtio et secunda completur vt dictum est in precedenti capitulo. s. de duricie epatis ¶ Tertia intentio completur hoc modo. Primo valet vt dictũ est emplastrum de melliloto supra descriptum q hic et in oĩ alia duricie ualet: valet etiam vt dictum est cerotum isopi humide descriptione Gal. et Pauli valet etiam hec de mente Guil. et Guidonis: ℞. armoniaci serapini bdellii oppoponaci añ. ℥. i. olei de spica. ʒ. v. trebentine. ʒ. ii farine fenugreci seĩs lini añ. ℥. i. farine lupinorũ quãtũ sufficit ad incorporãdũ et ipsis gũmis dissolutis fiat

emplastrum. ¶ Dicunt autem aliqui. Primo ꝙ
locus abluatur cum aceto deinde ponatur em/
plastrum. ¶ Auicen. dixit absinthium confer du
riciei intrinsece in emplastro positum ⁊ superpo
situz. ¶ Serapio dixit auctoritate Galieni quod
ad duriciem splenis que est proprie cum apo
stemate est cortex capparum ⁊ scolopendrie ⁊
cortex radicis tamarisci ⁊ eius sūmitas ⁊ ozꝙ
oīa ista coquantur in aceto squillitico ⁊ sit' de/
coctio in aqua tamarisci. bibita extenuat sple/
nem: ⁊ dixit etiam ꝙ centaurea minor confert
mirifice duriciei splenis quando apponitur ex/
tra uel sumitur impotu. ¶ Auicenna tamen abso
lute dixit de centaurea. Alchinus dixit quādo
accipitur cinis tamarisci ⁊ etiam uitis et parum
sinapis dauci ⁊ armoniaci cum aceto facto em/
plastro ualet duriciei splenis. ¶ Auicē. dixit po
lium cum aceto ⁊ epithima conueniens aposte/
matibus splenis ⁊ duriciei ipsius. Daliabas di/
xit fumus caprarum splenis prodest apostema
si diligenter misceatur cum aceto uini ⁊ empla/
stretur plurimum apostematibus' cōueniēt. Guil.
de ua. dixit hunc sirupum ualere. ℞. radicis ta
marisci siluestris passullarum pollitriti ⁊ lingue
ceruine ⁊ corticis radicis capparum añ. coquan
tur ī aqua sufficienti usꝫ ad ꝯsumptionez duaꝝ
partium aque ⁊ addito melle ⁊ aceto ꝙ sufficit
fiat sirupus. Sirupus etiam factus ex radicibus.
tamarisci ⁊ passularum est utilis in hoc casu
¶ Unguentum Alchi. in duricie splenis mirabi
le ponitur tota herba cicuta ī aceto cum lib. 5. ar
moniaci per nouem dies dimittatur. ¶ Mona di
e bulliat ad ignem donec armoniacuꝫ dissolua
tur postea coletur per pannum fortez. Illa liquo
rositas bulliat etiam bene ad ignem ⁊ addita ce
ra ⁊ oleo fiat vnguentum. Et dixit hoc esse un
guentum cicute potissime contra splenem ⁊ cō
tra dura apostemata ⁊ arteticā teste ēt Constan
tino unguentum. Ebi. mirabile. ℞. stercoris sic
ci uacce cribellati lib. i. cere. ℥. vi. succi caulis. ℥.
vi. oua cruda tria olei optimi lib. i. sulphuris. ℥. i.
terenda tere ⁊ liquēda lique cum solutiuis ⁊ di
spositis hac liquefactōe mitte oua ⁊ ex hoc un
guento spleneticos epaticos hidropicos curabis
podagricis ualet: ualet etiam in hernia aquosa
¶ Guil. de va. dixit. ℞. succi ciclaminis mucil
laginis que habetur ex radice filicis añ. li. 5. suc
ci extremitatum tamarisci. ℥. ii. olei irini libras
ii. isopi hūide. ℥. xv. aceti. ℥. ii. armoniaci bdel
lii añ. ℥. i. 5. cere citrine. ℥. i. bulliant succi ⁊ acetū
in oleo in duplici uase vsqꝫ ad consumptionem
aceti ⁊ succorum: postea addantur reliqua ⁊ fiat
unguentum resoluit apostemata dura splenis ⁊
scrophulas. ¶ Unguentum etiam ꝙ posuit ve/
nerabilis magister iste iu duricie stomaci hic ēt
adducatur quia valet sūme. ¶ Confectio de ru/
ta ⁊ est diaspoliticon laudata q̄ stōaci exiccat di
gōnem accomodat et splenē attenuat: uicia pe
ctoris lateris epatis renum mitigat. ℞. rute viri
dis. ℥. vi. cimini piperis nigri nitri añ.. ℥. vi. ci/
minum. Primo aceto maceretur deinde assetur
⁊ vniuersa trita ⁊ cribellata melle optimo sub
mergantur. ¶ Et si uis digestionez dico ego ad
das de pipere: si consumptionem uentositatis
adde ciminum. ¶ Et Galienus uocat hoc elle
ctuarium diaspoliticon. ¶ Et dixit Galienus ꝙ
melius est ponere piper album vel. longum ⁊
vult ꝙ ruta non sit sicca neqꝫ viridis. ¶ Et si
contingeret ad saniem deuenire fac ut dictum
est in duricie epatis in omnibus si per hos mo
dos non poterit curari precipit albucasis ⁊ con
sulit ꝙ in istis locis quando in eis est frigus ⁊
humiditas multa ⁊ curationes alie non ualeant
cauteria tria uel quattuor secundum magnitudi
nem splenis vel epatis fiant ꝙ non multum pe
netrent cutez ⁊ hoc vniuersale est in duriciebus
istis scilicet epatis ⁊ splenis. ¶ Alii magistri di
cunt isto modo cauterium fiat secundum mo/
dum sectionis secundum longitudinem corpo
ris non recipiendo nisi parum de pelle hoc enīz
complet quod compleri non potest per ēplastꝝ

Tractatus vigesimus quintus de apostematibus vmbilici ⁊ habet solum vnum capitulū ⁊ ē de eminētia ei⁹.

IN vmbilico cau
satur eminentia que licet vt in plu/
ribus vel aliquando non sit aposte
ma tamen qꝛ p pte ipsa eminentia ē
apostema. Facio mentionem in isto loco eminen
tia vmbilici quasi sequitur uicium herniarum
testiculorum sicut de illis in parte dicet̄ ꝙ que
dam est cirbalis quedam intestinalis quedā uē
tosa ⁊ quedam humoralis ⁊ quedam est empo/
risinalis sanguinea propter rupturaꝫ alicuius ue
ne uel artarie vbi sanguinem mandatis. ¶ Cau
se harum passionum sunt uentositas labor vel
saltus clamor ⁊ sic de similibus. ¶ Signa quan
do eminentiā est propter intestinum vel zirbuꝫ
tunc situs uel eminentia est diuersa ⁊ calor loci
non uariatur a calore corporis ⁊: est leuitas absꝫ
dolore ⁊ quando comprimitur locus conculca
tur ⁊ redit ⁊ auditur sonus aliquando in cuius
in pulsione ⁊ labore locus magnificatur. ¶ Cu
ra ista fit duobus modis scilicet si eminentia sit
intestinalis ⁊ tunc non est apostema: vno modo
cum medicinis alio modo cum incisione. ¶ Cu
ra cū medicīs consistit in tribus intentionibus
vt sepe dictum est. ¶ Prima est in dieta respici
at se a leguminibus ⁊ ab oībus ventosis ⁊. azi/
mis ⁊ ab acutis. ¶ Item vtatur in comestionib⁹
suis de consolida maiori ⁊ minori. ¶ In secun
da intentione fiat lenicio cum cassia vel cuꝫ pil
lulis communibus vel cum aliis leuibus medi
cinis. ¶ Tertia intentio completur cum ligatura
⁊ aliis localibus. Fiat ergo ligatura cum pluma/
ceolo quadrato ⁊ desuper precipit Rasis ꝙ po
natur thus cum albumine oui ⁊ cum cottōe vel

stuppa inuoluatur ⁊ super locum ponatur ⁊ ligetur. Et ego dico ꝙ si huic addatur parum galle vel parum acacie vel psidie ꝙ melius esset. ¶ Ego autem vidi puerum trium mensiuȝ esse curatum cum arnoglossa ⁊ lentibus decoctis ⁊ super locuȝ ligatis ⁊ sepe uidi hoc ualere. Hui. ꝺ sal. dixͣ hᵒ ualere. ℞. picl nigre. ʒ. ii. picl grece. ʒ. i. mumie. ʒ. iii. draganti gummi arabici san. dra. boli armeni masticis nucis cipressi glutinis piscium añ. ʒ. ii. thuris. ʒ. i. liquefiant pices ad ignem ⁊ cum liquefacte fuerint deponantur ab igne ne comburantur ⁊ incorporentur pulueres aliaruȝ rerum agitando semper cum spatula et iungatur manus cum oleo et fiat magdaleon ⁊ ponatur super locum sic ꝙ teneat totum locum ⁊ ista firmentur sic super locum ꝙ eminentia non appareat ⁊ nihil exeat. ¶ Item dixit ipse sumat ꝺ puluere isto omni mane. ℞. nucis cipressi mumie añ. ʒ. ꝟ. cinamomi. ʒ. ii. gariofilorum galange zinziberis folii añ. ʒ. i. sanguis dragonis. ʒ. ii. mirtillorum. ʒ. ꝟ. ⁊ de isto puluere sumat omni mane ieiuno stomaco ⁊ ex istis tamem pulueribus oībus cum melle ⁊ zuccaro potes facere electuarium. ¶ Alio modo curatur intestinalis ⁊ zirbalis secundum aliquos doctores cuȝ ferro: primo fiat lenitio uentris ꝙ non dicunt. hoc facto erigatur patiēs coram medico et retineat anhelituȝ ut exeat eminentia tantum quantum potest ⁊ tunc signetur in circuitu eminentie cum attramento ⁊ resupinetur patiens ⁊ reuertantur in testina ⁊ zirbus adintus ⁊ incidatur in circuitu signati secundum primam partem. deinde cū uncino forti affixo in medio circuli signati ⁊ incisi eleuet̄ totum mirach ⁊ ligetur cum forti filo aut suatur ut dictum est ī sutura uentris bene ⁊ fortiter cauendo ne comprehendatur aliquid de intestinis ¶ Uerūtn̄ precipiunt isti propter maioreȝ securitatem ut prīa ligatura aperiatur ⁊ iponatur digitus ī loco ⁊ uideatur si ītestinum est reductuȝ uel non: ¶ Si nō reducatur et sumātur ut dictū est illi panniculi ad inuicem: ¶ Si inuener̄ zirbuȝ accipe eum cum uncīo ⁊ īcide superfluitateȝ eiꝰ que ad eminentiam deriuatur et sue: ¶ Nota tn̄ ꝙ ista operatio est difficil' ⁊ tediosa ⁊ periculosa: ⁊ hec operatio non debet fieri nisi in puero ⁊ in adolescente forti. ¶ Et istam operationem nūꝙ̄ uidi vsqȝ modo ⁊ nūꝙ̄ videbis quare expertis eam dimitto. ¶ Dico tamen ꝙ melius est cum medicinis operari vt sepe feci. ¶ Si vero eminentia sit propter vento sitatem tunc tactꝰ eiꝰ est leuis ⁊ impressura auditur sonus ⁊ rugitus ⁊ cum hoc si percutitur auditur vt timpani sonus tunc in illo casu ualent ciminum bacce lauri sulphur ⁊ alia que dicentur in capitulis de timpanite: ⁊ ex istis possumus facere emplastra ⁊ apponere super locum. ¶ Quando uero per carnem fit eminentia vmbilici tunc non remanēt diuersi situs sed locus remanet durus secundū quantitatem unam. ¶ Si uero eminentia sit propter humiditatem: tunc est eminentia leuis ⁊ non occultatur quando premis eam neqȝ auditur sonꝰ quando stringitur. ¶ Et si eminentia fuerit istis duobus modis: tūc oportet ut non caues eminētiam ut diximus ⁊ extrahe sanguinem aut humiditatem quam inuenis in loco: deinde consolida locum: de apostemate sanioso huius loci nō loquor quia ut apostemata costarum curat̄ quare illic uide.

¶ Tractatus uigesimus sextꝰ de apatibꝰ uentris.
¶ Capitulum primum de asclite.

Est aūt hidropisis apostema et inflatio uētris quātum spectat ad ipsuȝ circuitum ex materia aquosa aut uentosa infra spaciositatem uentris errore uirtutis digestiue generata. .s. ipiꝰ epatis 7ᵒ de interioribus a Gal. dicitur sine lesione epatis nunꝙ̄ fit talis passio unde propoia est passio epatis sicut febris est ꝓpria passio cordis. Patitur naꝙ̄ epar duobꝰ modis: uno modo per proprietatem alio modo per colligantiam. Et hoc innuebat Hip. secundo ꝓnosticorum consurgit auteȝ ab epate aut ab aliis membris talis passio ⁊ talis egritudo ī epate dicitur error ⁊ infrigidatio seu caloris naturalis dimīutio facta a frīdo ꝺ ꝑ se ⁊ uniuoce. A calido uero per accidens ⁊ equiuoce resoluendo calorem naturalem ipsius epatis ⁊ hoc sensit Gentilis in tractatu quem fecit de hoc ⁊ ideo dixit Bernardus de gordonio ꝙ nulluȝ mirabile est si in hidropisi de causa calida in eadem parte ē caliditas ⁊ frigiditas: unum tamen naturaliter ⁊ aliud preter naturaliter. unum materiale reliquū formale. unum apparens reliqum occultuȝ. Et illud idem dico ego de hidropisi ex causa frigida ut in asclite est uidere. ex quo apparet de mēte Gentilis in capitulo de complexiōibꝰ prima primi quomodo duo morbi contrarii possunt esse in eodem qꝛ in asclitico febriente est mala complexio frigida epatis. ¶ Et est mala complexio calida epatis ratione febris quare ⁊ cetera. Dico tamen ego ꝙ una istarum egritudinum est in intendi ⁊ reliqua in remitti ⁊ illo modo non est in conueniens: In conuenit bene ut ābo sint ī intendi uel unum in intendi ⁊ reliqum non in remitti. Dicitur autem hidropisis ab hidro. ꝙ est aqua ⁊ piscis passio quasi passio aquosa ꝑpe in uentre ut dicit brunus. ¶ Signa speciervȝ trium communia sunt inflatio ⁊ mala coloratio faciei ⁊ extremorum ⁊ debilis superfluitatum expulsio. Signa propria asclitis sunt demaceratio partium superiorum ⁊ inflati inferiorum. ¶ Et uenter agitet̄ sonat sicut uter aq̄ semiplenꝰ ¶ Et alia signa cōsidera apostematis aquosi dicta in primo libro. Signa timpanitis sunt eadē sed si uenter percutiatur sonat ut uter plenus uēto considera alia signa dicta in capitulo de apāte uentoso in primo libro ⁊ uide illic. ¶ Signa hiposarche sunt tumor uniuersalis totius corporis ⁊ si caro comprimatur dimittit cauernam

ꝛ uenter ita non est inflatus sicut ī aliis spetiebus. Signa que recipiuntur a pulsu ꝛ ab vrīs ꝛ ab egestionibus et ab aliis rebꝰ extonsis dominis phisicis dimitto ꝛ quere ab eis. Judicia bidropisis sunt ista iudicat Ypocra. secundo pronosticorū ꝙ omnis bidropisis ī acuta febre malum bidropisis que sequitur febreꝫ cōtinuam vix vel nunq̄ꝫ curatur bidropisis ī cōplexione calida ꝛ sicca est mala quia est discōueniēs partium ī omnibus membris: bidropisis que prouenit ab epate est peior illa que ꝑuenit a splene aut ab aliis membris īter omēs speties bidropisis asclites ē peior biposarche minus mala timpanites media inter ista duo.

¶ Quia bidropisis ē morbus difficilis: ideo ō ipso paruꝫ promittere debes ī solo asclite operatio cirugici babet locum quare alias speties dominis phisicis dimitto de ista cura īuenio multos modos operādi ꝛ spetialiter loquor ō illa spetie que ad cirugicum pertinet vt videtꝰ primꝰ modus curationis consistit in tribus. s. dieta euacuatione ꝛ in localibus. ¶ Prima intentio completur boc modo. Dieta eiꝰ sit vt dictum est in apostēatibus flegmaticis: sed sit magis stricta ꝛ desiccatiua q̄ꝫ illic sit dictum ꝛ non recapitulo ꝛ uide ī aliis capitulis: Secūda intentio completur cum purgationibus q̄re cum pillulis de reubarbaro que euacuant materiam ab epate descriptione Rasis fiat purgatio. Jtem etiam succus ireos potatus de mane ad quantitatem duorum coclearium sūme purgat eos per superius ꝛ inferius expertum est. Guido dixit aqua distillata a mediānis corticibus radicis canne ꝛ floribus sanbuci est optimuꝫ etiā purgatio per uesicam multum valꝫ que fit isto modo. ℞. corticis radicis apii ꝛ fenicu'i ꝛ ameos ꝛ squinanti: an̄. ʒ. v. ro. rubearū spice an̄. ʒ. iii. coquantur in. i. lib. aque dōec ad tertiam redeat ꝛ detur in potu. Et medicamē de cantaridibus correctis per adustionem seu per gummi cerasorum admixionem datum in uino in quantitatem grani pui valde iuuat ictericos ꝛ bidropicos quia multam quantitateꝫ bumiditatum euacuant per vrinam: Et ego dico ꝙ cantarides cum aqua seminum cōiuꝫ valent abscissis alis ꝛ capitibus ꝛ valde prouocant urinā ꝛ expertus sum et quantitas sit. ℈. i. Alia que educunt aquā experta sūt. ℞. usnie a duobus partibus lib. vsꝫ ad. i. lib. vsnia dico ego oritur in quercubus ꝛ est quasi ad moduꝫ lane vel capillorꝫ et addatur aliquātulū pulꝰ fumi terre aut aqua decoctionis ipsius ꝛ modicū zuccari rubei: solū ēt succus vsnie a quarta parte lib. vsꝫ ad tres idē operatur ꝛ facit detumescere uētrē. Aliud ꝙ educit mirabiliter aq̄ꝫ bidropicorꝫ. Guil. de va. boc tollatꝰ buffo silue stris q in nemoribus repitꝰ ꝛ scindatur sup uētrē ꝛ super renes pacientis ponatꝰ ꝛ ligetur educ t mirabiliter aquositatē bidropicorꝫ per vias vrine. Rasis dixit consequenter ꝙ cōfortetꝰ epar cū trocisco de berberis cuius bec est forma. ℞. succi berberis. ʒ. iii. seis scariole seis citruli se. portulace an̄. ʒ. iii. ros. ʒ. ii. reubarbari. ʒ. ii. spice. ʒ. ß. ꝛ fiat trociscus ꝛ detꝰ vnus cū sirupo acetoso. Tertia intentio completꝰ cū localibꝰ confortetꝰ epar a dextra cū sandalis cinamomo aqua ro. ꝛ cū uino pontico: in oībus āt predictis qn̄ ē caliditas preter naturalis in epate addatur endiuia lactuca ꝛ epatica ꝛ venter emplastretꝰ cum emplo ꝙ fit de farina ordei sunt core ouino cipero sulpbure bolo armēo atq̄ꝫ chimolea limaciis tritis cū testibꝰ suis ꝛ in cōporatis cum lixiuio ꝛ parꝫ aceti ꝛ conficentꝰ ad solem ꝛ in boc mirabilis ē. caliditas solis.

¶ Multa alia possūt poni sed ista sufficiunt cirugico. ¶ Sꝫ in aliis recurre ad dominos phisicos. Si āt cum istis non fiat curatio tūc oꝫ vt dicit Albucasisq; tu facias boc cauteriza cū multis cauteriis claubꝰ non multū ꝓfūdātibꝰ vltra cutē in circuitu vmbilici fiant quattuor in epate splene ꝛ stomaco fiant tres. Et sup spondilia duo fiant cultelaria secūdū lōgū ꝛ liga ꝛ dimitte ea aperta tēpore lōgo ut aquositas per ea possūt expurgari. Si āt cum istis non fuerit purgatus ꝛ fueris rogatus premissa pronosticatione de periculo ꝛ cum boc inueneris infirmuꝫ fortē ꝛ non debileꝫ vt inuenis ipsum iuuenem et non senem nꝫ puerum ꝛ ꝙ non babeat tussiꝫ neq̄ꝫ fluxus nꝫ aliquid aliō accidens ꝙ operationem īpediat que debet fieri cū ferro tunc auctoritate Aui. Haliabatis ꝛ Albucasis incidas a parte antertori sub vmbilico per tres digitos ¶ Nō tn̄ ꝙ si bidropisis fuerit a parte epatis incide adextra si apte intestinorꝫ incide rectē sub vmbilico ꝑ tres digitos: ꝛ si ex parte splenis incide a sinistra ꝛ bꝰ ut possit infirmꝰ iacere super partē non dolorosā ꝛ non supra scissurā vt aquositas non fluat siue uentositas. ¶ Et modus operationis ē vt non ponas pacientē rectū coraꝫ te aut sedētem sicut potest stare ꝛ sicut ministri retro sustinentes eū ꝛ cū manibus aquā ad locū ducētes. s. incisionis: deinde tu pellem uentris ꝑ spacium vnꝰ digiti duc ꝛ trabe ꝛ bic cum rasorio vel alio instrumento incide usq̄ꝫ ad locū uacuꝫ taliter ꝙ aq̄ exire possit ꝛ tūc an̄q̄ꝫ aliquod notabile de aqua exeat pelles dimittas ut claudatur uulnus sic factū ꝛ probibeas ut aqua nō exeat queusꝫ cū modico panis infuso in uino uel consimili patiēs sit refociliatus ꝛ post pellem superius trabas ꝛ canulā ex ere u'argēto īponas ut de aqua nō multū sꝫ q̄ꝫm̄ vtꝰ poterit sustinere infirmi exire ꝑmittas ¶ Meliꝰ ē eiꝫ īfra sustinere q̄ꝫ exquisitissime euacuare ꝛ īfirmū ad mortē ducere quare ergo paulatiꝫ euacuetꝰ memorando ꝙ oī euacuatiōe semper annexus est casus uirtutis ꝛ postq̄ꝫ extraxeris aliquam parteꝫ extrabe canulā ꝛ dimitte pellem descendere. Et claude uulnus ꝛ liga ꝛ non ꝑmittetur donec ad alium diem ꝑuenerit ꝛ iterꝫ

tōfortēs ꝛ nutrias patientē cum cibariis et potibus electis subtilibus odoriferis ꝛ cōfortatiuis. In altera die per eundē modū opare ꝛ sic ultra donec maior pars aquositatis sit extracta: deinde cōsolida ꝛ si aliquod remāserit cū exiccātibus dictis desicca. Quidā tamen īcidūt usqꝫ ad siphac deinde excoriādo descēdūt modicū ꝛ ibi perforāt siphac ꝛ postea ut dictum ē faciunt totum tamē ad idē deuenit. De timpanite ꝛ iposarca non loquor qꝛ ad dominos phisicos pertīet quare ad eos recurre.

Tractatus .xxvii. de apostematibus iguinū
Capitulū primū de apostemate sanioso.

In inguine accidunt apāta sicut ꝛ sub ascella ratōne expulsionis epatis qō materiā suā superfluā ad illum locū transmittit. Et gade isto feci in pmo libro mētionē eo ꝙ Auicēna de isto fecit mētionem hinc ē ꝙ dimitto ꝛ pro isto capitulo ꝛ apostēate recurre ad primū librum ꝛ uide quid faciendū: vnū tamē dico tibi ꝙ quando istud apa scindit cū sagitella nō multum pfundes eo quia sub cutim statim trāsit unus neruus ꝛ uadit ad cossam: ꝛ istud in anothōia uidi quare si incidat claudicat persōa illa ꝛ cognosco in patella unū fore incisum ꝛ claudicat hodierna die quare respicias te ab illo periculo ad quod socii mei deuenerunt ignorātes anothomiā illius loci.

Caplm scōm de scrophulis ꝛ duricieb' eoꝝ

He passiones sūt difficilis curatiōis quia fiunt semp ex materia melancolica a qua est resolutum subtile vel ex flegmate grosso ul' duro coagulato a frigido ut in similibus iam dictum ē ob quaꝫ causā tarde curātur quare materia eoꝝ tarde resoluit: vnde Aristoteles hoc considerās in pblematibus dixit ꝓpē quid ē ꝙ apostēata ꝛ ulcera partiū superioꝝ cito curant: apostēata uero partium īferioꝝ tarde curātur: apostēata partium mediaꝝ medio modo respōdet ꝙ hoc non est ꝓpter aliud nisi quia ad partē superiorem trāsit materia calida subtilis apta cito resolui: Et per oppositū ī partibus inferioribus: ī medio autem medio mō quare ꝛ cetera. Et cura consistit in dieta: purgatione et in localibus. Dieta eius sit calida ꝛ humida ꝛ respiciat se a rebus melancolicis ꝛ a leguminibus ꝛ a carnibus bouinis ꝛ sic de aliis. Secunda intentio complet̄ hoc modo purgetur cum turbith preparato uel cū pillulis fetidis. Tertia intentio complet̄ cū localibus inungatur locus cum oleo de spica uel oleo de lilio. Item diaquilon cum gūmis continue ponatur super locuꝫ. Item ualet ēemplastrum de gummis quod est positum in duricie splenis. Et alia dicta superius ī pluribus locis vbi locuti sumus ō duricie valēt ꝛ illa que dixi ī primo libro capitulo de scrophula valēt quare illic vide ꝛ require sepe capitula adinuicem vt sepe dixi quia vnū alio aliud ad aliud.

Tractatus.28. de apostematibus burse testiculorum siue osei.
Capitulum primum de apate calido osei.

Hernie testiculorum. quedam dicuntur ꝓprie apostemata: ꝛ quedam non. Et de his que proprie dicuntur aposte mata erit hic sermo: de aliis autē alibi fit sermo ꝛ prosequor in hoc sicut feci de ydrope quoniam non de omnibus feci mentiōnē speciebus vt vidisti ꝛ causa est nota hec hernia humoralis est apostema calidum vel frigidū saniosum vel non saniosum ex humorib' nō multum declinantibus a naturalitate in bursa testiculorum generatis uel contentis. Pro quo nota ꝙ species hernie sūt mltiplices q̄dā est humoralis: quedam aquosa: ꝛ quedam vētosa: ꝛ quedam zirbalis. Et incipio modo ab hernia humorali: cuius signa ꝛ cause sunt eadem cum cura aliorum apostematum aliorum membrorum excepto tamen ꝙ quia ista membra sunt sensibilia multum ꝛ in loco inferiori posita ꝛ quasi nature emunctoria et absconsa sunt valde ꝛ cito putrefactibilia et ad ostēdēdū verecundiā difficilioris sunt curatōnis. Et excepto etiam ꝙ aliqua habent auxilia propria in purgatione. Et nota ꝙ materia faciens hanc herniam est in substantia burse ꝛ illic sepe saniatur ꝛ sepe resoluitur et sepe induratur. Unde patet ꝙ omnis tumor factus in bursa testiculorum merito humorū potest dici apostema ꝛ potest vocari hernia. Et tu considera hoc quia verum est. Cura ergo humoralis saniose tres habet intentōnes sicut iam dictū ē in aliis: scilicet dietam potionem: et localia. Dieta sit ut dictum est in aliis apostematibus calidis ꝛ non replico.

Secunda intentio completur cum purgationibus leuibus ne materia trahatur ad locum fiat ergo cum suppositoriis ut materia trahat̄ ad alium locum ꝛ cōferunt magnifice ut vult Auicē. ꝛ si opus fuerit de flobotomia ꝛ fuerit in principio principii fac de vena communi uel de epate. Si autem materia sit in loco fac de cauicula pedis in parte domestica quoniam illa euacuat ab illo loco. Tertia intentio completur hoc modo. In principio apponatur chimolea cum aceto non obstante ꝙ sit testiculi membrum principale: quia tamen non sunt necessaria adesse indiuidui: sed speciei possumus talia apponere. Itē oleum ro. oleum mirtinum possunt apponi ꝛ alia dicta

in aliis apostematibus et in resoluēdo hanc materiam appriatur farina fabarum et aqua caulium. Ego consueui materia existēte calida in uolendo resoluere apponere farinam fabarum et ordei cū oleo ro. uel cum aqua cinerum secū dum tamen operationis siue operantis intentōnem. Si tamen dolor fuerit in loco folia iusq ami obtinent pricipatum apposita. Considera tamen si dolor fuerit ratione male complexionis uel ratione materie cōculcate in loco et tūc illa que debent apponi non sunt ex dictis i primo libro captulo de flone. Si uero ad maturationem deueniat ponantur putrefactiua iam dicta et aperiatur locus et in aliis fiat ut dictum est saluo tamen q facere debes foramen remotum ab ano quantum potes timore fistule ani que leuiter iuxta anum generatur et iam ex scabie illic generata uel ex furunculo uidi fistulā ibi fore generatam. et ideo considera.

Capitulum secūdū de apostemate frigido osei

Apostemata huius loci aliquando sūt frigida. Signa quorū nota sunt ex dictis alibi. Cura et ista consistit in tribus ut dictum est. s. dieta purgatione et in localibus. Dieta eius declinet ad calidum et respiciat se a rebus flegmaticis et ab aliis frigidis et patet purgatio fiat cum leuibus medicinis ne materia trahatur ad locum. Tertia intentio cōpletur cum istis in principio conuenit oleum rosaceum et camomillinū et anetinū. In augmēto conuenit farina fabarum cum oleo mirtino et parum ro. In statu conuenit farina fabarum et ordei et secum ponatur fenugrecum et ciminum cum lixiuio incorporentur uel cum oleo de ruta uel laurino. Et ex istis et aliis consimilibus alias formas facias ex te. Si autem deueniat maturetur ut dictum est in aliis apostematibus frigidis et incidatur ut dictum est ita q apertura sit remota ab ano quantum possumus timore fistule. Quarta intentio potest esse circa accidentia et specialiter circa hoc quia materia sepe induratur. Si tamen hoc contingat mollificetur ut pluries dictum est et alia apostemata mollificantur. Auicen. tamen huic appropriat furfur q teratur et cribelletur cum oximelle in quo armoniacum sit dissolutum conficiatur et calidū super locum ponatur et reiteretur assidue: est eis conueniens ut dicit omni duriciei in omnibus fiat ligatura et testiculi retineantur ut nō grauet locus sic q causetur locus et attrahatur materia. Ego autem in materia calida suffumigauerā locum cum decoctione malue et ex illa decoctōne lauabā donec dicta decoctio erat frigida postea super locum in materia calida apponebam emplastrum de farina fabarum et ordei cū oleo ro. et illo modo remouetur duricies: potest etiam fieri lotio cum decoctione altee et isto peracto super locum pone emplastrum. Istud idē dico ego potest fieri si resolutiua misceantur cum mollitiuis sicut si cum farina fabarum et ordei et cum oleo ro. misceatur altea cum aliquali sua decoctione et alia similia possunt apponi et tu considera.

Capitulum tertium de hernia aquosa.

Hernia aquosa ast apostēa aquosum in bursa testiculorum et causatur a materia illa descendente inferius. Est autem duplex quedam est que est spersa per totam bursam: et quedam non est spersa: sed inclusa i sacculo ac si esset ouum. Unde dicit albucasis q potest duci p didinum usq ad inguina et uidi. Et Guido dixit q hec aquositas aliquādo intrat foramen siphac propter q uidi multos deceptos credentes esse rupturam. Causa huius hernie sunt debilitas uirtutis digestiue epatis et ad hoc iuuat regiminis malitia ut superius dictum fuit de hidropisi. Signa hernie aquose sunt inflatio et grauitas cum mollitie et splendor cum luciditate et cedit tactui et sonat ut uter plenus aqua. In cura ista habes tres intentiones ut dictum est. Prima intentio et secunda completur ut dictum est in hidropisi. Tertia intentio completur hoc modo facta purgatione et ipso ordinato bene in sex rebus non naturalibus in ungatur locus cum oleo costino vel cum oleo de lilio. Item emplastretur cum emplastro dicto in capitulo de duricie splenis hic etiam adducetur unguentum Chirani positum in capitulo de duricie splenis et ualet multum et uide ut dictum ē illic. Item valet hoc de mente Auicen. ℞. nitri ℥. iiii. cere. ℥. ii. ʒ. olei. ℥. ii. piperis granorum lauri an. ℈. xxvi. et fiat ex eis emplastrum. Aliud ad idem. Guil. de sa. ℞. sulphuris. ℥. ii. rasine lib. ʒ. litargirii alumis zuccarini an. ℥. vitrioli. ℥. ii. dissoluatur rasina cum oleo et coletur et cum infrigidatum fuerit incorporetur pul. aliarum rerum et in fine addatur aliquid aceti et cum eis hoc facto ponatur calidum super locum et hoc expertus sum et mihi bene successit. Si autem per istum modum curari non poterit precepit Auic. et Gui. de saliceto q locus aperiatur cū flobotomo lato usque ad aquam et extrahatur aqua et ponatur tenta in loco ita q aquositas que est in loco possit exire extracta aqua claudatur foramen et supra locum fracture: quia in inguine ponunt emplastrum constrictiuum sepe cum bracali dictum: inde eminētia umbilici ne aquositas descendat per didimū: quia p aliū locum descēdere non potest. Etsi redieret aqua per vi. mēses uel per tres uel per aliquod aliud tempus. Dixit Albuca. Auicenna et Gui. q ista operatio reitetur ut dictum est et ita suos dies transeat. Ego autem habeo unum de mōtāeis cui istā operationem ego facio de quinto mense in quintum vel de sexto in sextum secundum q aquo

sitas ad bursam descendit et antiquus est et solū perforo et illo modo pertransit vitam suam.

¶ Dixit autem brunus q̄ facta incisione videatur si testiculus sit corruptus q̄ cognosces ex fetore et ex mala coloratione: deinde dicit q̄ didimus ligetur superius et incidatur et ipso inciso p̄ maiori securitate cauterizetur. ¶ Et in hoc dixit Rogerius. Et iste est modus per quem hernia intestinalis curatur: et hoc toto completo consolides locum vt dictum est in aliis locis. ¶ Incidendo tamē cum flebotomo respicias et sis cautus ne testiculus tangatur quoniam timor esset de sui corruptione. ¶ Et Haliabas et Albucasis a medio burse vsq̄ prope inguen aperiunt et aqua extracta ita didimum consolidantur q̄ aq̄ amplius descendere non potest et istum modū obserua et maxime in illa aqua que inclusa est in chisti: deinde facta incisione ad consumendum folliculum modicum cum arsenico appono cū cottone: deinde post casum eschare locum consolido. ¶ Aliqui vero magistri cū cauterio hoc faciunt et ponūt in pectine et locum aperiunt vsq̄ ad didimi vacuitatem et ipsam aquam extrahūt et locum consolidant. ¶ Aliqui vero alii magistri cum cauterio actuali hoc faciūt: sed iste modus mihi non placet. licet ab aliquibus acceptetur. ¶ Sed quomodocūq̄ fit dummodo aqua extrahatur bonum est et ex te eligas modum tibi magis placitum. Unum tamen tibi recolo q̄ illa que dicta sunt in primo libro in capitulo de apostemate aquoso hic ualent quare ista recurre ad inuicem.

¶ Capitulum quartum de hernia uentosa

Hoc apostēa non est nisi tumor causatus in bursa testiculorum ex materia uentosa illic currēte. ¶ Signa huius sunt quia tumor ille subito aduenit et pellis testiculorum lucet et est splēdor cum luciditate et leuitas est cum resistentia q̄r nō cedit tactui. ¶ Et ego credo q̄ ista raro sint singularia sed cōia ut in pluribus sunt: sed apre dominanti fit iudicium in omni hernia timendū est de testiculis q̄r diuturna mora rerū alenarum iuxta ipsos alterat et corrumpit ipsos vt volunt doctores famosi: ¶ Causa istarum herniarum est debilitas virtutis digestiue et precipue in epate et malitia regiminis. ¶ Et pro complemento istorum apostematum recurre ad primum librum ad capitulum de apostemate uentoso et aquoso et vide que ponuntur illic et hic ualent. ¶ In cura ista habes tres intentiones.

¶ Prima in vita. ¶ Secunda in purgatione.

¶ Tertia in localibus. ¶ Prima et secunda intentio completur vt dictum est in precedēti capitulo huic immediato: respiciat se tamen a leguminibus et ab aliis uentosis ut sunt castanee et sic de aliis: virtus digestiua eius cōfortetur cū electuario dicto in capitulo de duricie splenis cuius nomen est electuarium de ruta vel confectio de ruta vel diaspoliticon. ¶ Clisterizentur sepe cum oleo in quo decoctum sit ciminum anisi et fenugreci et ameos et amomū et parū mellis. ¶ Item etiam clisterizetur cum uino in quo decocte sunt bacce lauri vel alie res dicte vel alique earum. ¶ Tertia intentio completur hoc modo. In principio ualet oleum de spica oleum de aneto: oleum de ruta: oleum laurinum oleum costinum: oleum nardinum ut dicunt doctores. ¶ Ex istis possumus facere emplastrum scilz ex cimino ruta calamento et aniso et fenugreci et cum oleis dictis incorporentur: Et pro aliis recurre ad capitulum de apostematib⁹ vētosis dictis in primo libro. ¶ Guiel: de saliceto hoc emplastrum composuit. ℞. cimini. ℥. i. ameos amomi seminis feniculi ciperi dauci farine baccarum lauri. an̄. lb. i. aceti. ℥. ii. misceatur farina baccarum lauri cum quantitate vini conuenientē ad liquiditatem et misceatur acetum cum his et pōatur ad ignem et cum bulierit addatur puluis omnium aliarum rerū. Et cū inspissata fuerint omnia facta inunctione cū aliquo oleo supra dicto super locum ponatur actu calidum et sic per usum curabitur. ¶ Unguentum Chirāni de stercore uacce positum in capitulo de duricie splenis hic ualet. ¶ Bartholomeus de va. hoc emplastrum composuit in materia aquosa ℞. bdelii. ℥. ii. baccarum lauri quantū ad agregationem sufficit hoc ualet ad herniam aquosā et uentosam. ¶ Et ego dico q̄ si huic addatur semen ameos et anisi et fenugreci et oleū anetinū ualebit et melius uentose. ¶ Conueniunt Diascorides Galienus et Auicē. et Alchi. et Guiel. de bdelio. ¶ Diascorides tamen dixit bdelium cicilense in crepatura intestinali quando cum saliua hominis ieiuni fit emplastrum uel unguentum et vult hoc etiam de bdelio iudaico. ¶ Ga. et Auicen. uolunt hoc de utroq̄ bdelio et dixit sic Ga. quidam utuntur eis et maxime arabici in trochillis. idest in habentibus aquam in oseum: quia in bursa testiculorū ieiuna saluia. Et Guiel. de ua. dixit ego autem experimento ī ueni utilissimum. ¶ Et Alchi. dixit quando bdelium remolitur cum aceto et fit emplastrum et ponitur super herniā et confert multum. Et Auicēna dixit matricalis q̄ dicitur morella confert facta incisiōe huic aquose et uentose. ¶ Ego autē nō inuēio ab aliq̄° q̄ hernia uētosa dēat incidi.

¶ Ca. quintum de hernia carnosa.

Hernia carnosa ut dicit Galie. inde tumoribus preter naturam dicit esse tumor canis nate iuxta ipsos testiculos et hernia nerualis ul' uericalis dicitur esse uenarum preter naturam ī eis idest iuxta testic'los. origo cause horum sunt humorum grossorum ad locū currentium habū

dantia est etiam causa huius debilitas loci signa carnose sunt durities ⁊ inflatio ⁊ longo tem pore incipit ⁊ cum tangitur totum communiter mouetur ⁊ per tempus nullo modo minuitur ⁊ est grauedo ⁊ sine dolore ⁊ quando tangitur qd est infra testiculus mouetur. ¶ Signa varicose sunt uenarum contortarum ad modum uitis repletio ⁊ testiculorum mollificatio ¶ Iste hernie sunt difficiles apud Albucasim ⁊ periculosum est ad operandum. ¶ Quapropter si tibi videtur ꝙ earum dimissio melius e ꝙ̄ extirpatio. de hoc inuenio multos modos curatiōis ¶ In hac ergo cura debes dietam ordinare calidam ⁊ siccam. deinde fiat purgatio cum turbith preparato. ¶ Istis duabus intentionibus completis dicunt aliqui ut Guido ꝙ apponantur resolutiua ⁊ mollitiua dicta superius in pluribus locis ¶ Si autem hoc non succedat tibi ⁊ fueris rogatus de cura tunc pronosticatio fiat de periculo. ¶ Seca ergo cutem iuxta doctrinā Albucasis ⁊ si caro possit tute a testiculo separari separa ⁊ extrahe. ¶ Si uero non aut ipsemet testiculus est corruptus aut non. si non consolida locum. ¶ Et sic liga superius didimum ⁊ scinde ⁊ sue ⁊ cauteriza sicut fit in hernia intestinali: deinde consolida eodem modo ¶ Brunus dixit ꝙ si caro fuerit inuiscata cum testiculo ⁊ consolidata quia secum indurata extrahe testiculum qꝛ scindere debes didimum ⁊ suere ⁊ cauterizare modo iam dicto immediate. ¶ Guil. de sa. dixit ꝙ anteꝙ̄ fiat incisio ¶ Primo locus mollificetur cum oleo de spica ⁊ cum diaquilone ad scrophulas facta mollificatione scindatur pellis cum rasorio ⁊ carnositatem quam inuenis remoueas a testiculo. ¶ Et si testiculus nō fuerit lesus dimitte ipsum. ¶ Si lesus fuerit extrahe ipsum cum tota carnositate quia si maneret corrumperet alium ⁊ non consolidaretur.

¶ Et si testiculus extrahatur didimo non incisio ¶ Dico ego sue ⁊ si non extrahatur sue ⁊ hoc vult etiam Guil. de sa: ⁊ subdit magister iste ꝙ super suturam ponatur puluis. Recipe sanguinis draconis masticis drag. añ. terantur ⁊ cribellentur ⁊ cum albumine oui per diem unam super vulnus dimittantur ⁊ ab illa die vltra ponatur puluis tantum vsqꝫ ad finen sine albumine. Et subdit ꝙ iste est optimus modus curatiōis carnose ⁊ per aliam viam non recipit curam secundum ꝙ temporibus meis fuit uisum ⁊ nobis manifestum ¶ De hernia in testinali non loquor quia proprie non est apostema.

¶ Tractatus .xxviiii. de apoatib⁹ testiculoꝝ

Hec apostemata fiunt a materia que descendit a membris superioribus ⁊ imbibit in locis illis ⁊ ut scitis nutritiua mēbra expellunt superfluiates ad loca inferiora que consequenter illis imbibuntur ⁊ tumorem preter naturam faciunt. ¶ In cura ista habes tres intentiones scilicet in dieta purgatione et in localibus. ¶ Signa non pono calidi vel frigidi apostematis quia ex dictis in capitulo apostematis osei ⁊ aliis sunt nota quare non recapitulo. Prima intentio ⁊ secunda completur vt dictum est in prealegato capitulo quare non recapitulo saluo ꝙ flebotomia in principio principii fiat d basilica vt dicit Brunus postea si fuerit in augmento vel statu de saphena aparte domestica fiat flebotomia quoniaꝫ illa vena euacuat a matrice ⁊ a testiculis vt dicunt magistri. ¶ Tertia intentio completur vt dictum est in capitulo de apostemate osei quia que conueniunt hic ⁊ illic recurre ¶ Illo tamen nō obstante pono aliqua que illic non sunt posita ¶ Guil. de va. ⁊ Auice. primo dicunt ꝙ emplastrum factum ex foliis iusquiami albi cum polenta cōfert apostematibus calidis ⁊ coriandrum humidum cum oleo ro. añ in principio confert et est expertum. ¶ Et Alchinus dixit quando ex foliis iusquiami solum fit emplastrum mitigat dolorem. ¶ Et Serapio dixit emplastrum factum ex foliis mirti valet apostematibus calidis testiculorum ¶ Et cōstantinus dixit folia mirti cum oleo ro. tumentes testes iuuant ¶ Et Guil. de ua. etiā dixit oleum mirti confert in augmento ista ualent. Diascorides dixit radix lilii mixta cum foliis iusquiami ⁊ poline tritici tumorem testium tollit.

¶ Et alii dixerunt ꝙ si cū semine papaueris et farina triti fiat emplastrum confert apostematibus calidis testiculorum ⁊ dolori eorum. In statu. Galienus dixit in primo de alimentis: ꝙ ad apostemata calida testium confert emplastrū factum ex farina fabarum cum sapicb ordei ⁊ oleo anetino uel camomellino. ¶ Diascorides dixit sola farina fabarum cocta cum uino ualet

¶ Serapio dixit quando farina fabarum cum suis corticibus coquitur cum uino curat apostemata testiculorum ⁊ dixit etiam quando fit emplastrum ex carne passularum fa. fabarum et cimino confert apostematibus calidis testiculoꝝ et huic emplastro Bartholomeus addit pinguedinem antiquam ⁊ hoc emplastrum resoluit apostemata resolutioni apta et maturat ea que resolutioni non sunt apta: sed maturationi solum.

¶ Dixit etiam Serapio cicera alba que similantur orobo resoluunt apostemata calida testiculorum quando sunt dura ⁊ curant exituras malas quando administrantur cum melle debent autē pre infundi in aqua antequam aministrātur cum melle ⁊ postea fieri emplastrum ꝙ sum expert⁹ utilissimum ¶ Et de hoc dixit Isaac cicer album apostemata dissoluit maxime que in testiculis sunt et retro aurem ¶ Et dixit etiam Serapio quando fit emplastrum cum ruta ⁊ foliis lauri confert apostembtibus calidis testiculorum. ¶ Ego autem puto illud fore utile in

Item emplastrum optimum ... cum suo furfure ... cum suis corticibus bulire ... aqua ... acetum ... pulueris maior et ... pulueris ... bulire ... optimum. Item puluis ... cum uino odorifero

R. olei com. ℥ vj. cerusse ℥ ij. litargiri auri ℥ j. aloes epatici ℥ ß tucie preparate ℥ j. camfore ℥ j. mastic. ℥ j. muse oleum cerus et litargirum decoq ad perfectam decoctionem ℥ j. demum adiunge tuciam masticem et lento igne camforam sine igne et fiat sparadrapum ut mos est

declinatione apostematũ calidorũ qꝛ ĩ fine sola resolutiua conueniunt. Scio etiã hoc conferre apostematibus frigidis in augmento. ¶ Appulius dixit ciminum tumores ⁊ feruores testiuz cũ vua passa tritum uel cum faba polliñe curat hec apostemata. ¶ Sed Diascorides voluit ꝙ ciminum sit domesticum ⁊ omnia sint in emplastro: ¶ Nota bene ꝙ omnia que ualent apostematibus mamillarum ⁊ in apostematibus testiuz etiam valent quare illa capitula alternatim videantur, quia uicissitudinarie se habent vt sic dicam quia illa que competunt in apostẽate calido mamillarum competunt in apostemate calido testium ⁊ sic de frigido ⁊ duritie eodem modo loquor. ¶ Si uero per hunc modum non curatur ponantur emplastra maturatiua dicta superius ĩ aliis capitulis apostematum calidorum facta saniẽ aperiatur locus ⁊ non permittatur sanies in tantum ꝙ corrumpat testiculum quia postq̃ cõruptus fuerit non consolidabitur locus nisi extrahatur ꝙ indecens est. ¶ Et ego vidi in uno pilipario in quo vnus testiculus fuit apostematus ⁊ ad duritiem deuenit demum ad saniem: õinde testiculus fuit corruptus ⁊ si debuit liberari fuit necesse ꝙ testiculus extraheret̃ ⁊ sic fuit curatus remota sanie cum melle ⁊ mirrha ⁊ farina ordei incarnetur ⁊ consolidetur.

¶ Capitulũ secũdũ de apate frigido testiculoꝝ.

Si contingat ꝙ hoc apã sit frigiduz cognosces per signa aliorũ apostematum frigidorum iam dicta. Cura ista habet tres intentiones sicut dictuz est. Dieta eiꝰ ordinetur vt dictum est alibi: purgatio fiat cum pillulis de agarico vel cum turbith preparato. ¶ Tertia intentio completur hoc modo. Et dico primo ꝙ illa que dicta sunt in capitulo apostematis osei frigidi hic ualent. Dico secundo ꝙ ista confernnt hic ⁊ illic .s. in apostemate osei quare capitula alternatim videantur. Diascorides dixit. Radix baucie collo ligata tumori testium confert et in hoc sola proprietas ẽ in causa. Et dixit apostematibus testiculorum molliũ confert ruta ⁊ tollit dolorem ipsoruz quãdo folia eius cum foliis lauri teruntur et superponuntur. ¶ Dico ego ꝙ si apostemata sint dura addatur istis aliqua pinguedo mollificans sicut dispositio ⁊ natura loci requirit. ¶ Dixit etiaz vua passa cum pollina fabe testium tumorem spargit. ¶ Et dixit etiam sal vue passe assungia mixta adinuicem ista tumorem testiũ soluit. Chiranus dixit radix vitis albe cocta cum oleo tumorem genitalium ⁊ omne vlcus dissipat ⁊ dispgit. ¶ Dixit etiam stercus capre cum uino veteri coctuz ⁊ superpositum tumores articulorum ⁊ genitalium et vlcerum perfecte sanat ꝙ veruz est. Aui. dixit si ex radice affodillorum ⁊ fece uini fiat emplastrũ valet apatibus testiculorum.

¶ Et Bartholomeus dixit ꝙ idem potest emplastrum factum ex foliis affodillorum decoctĩ in vino confert etiam emplastrum factum ex floribus cardi benedicti coctis ĩ vino. ¶ Dixit etiam Auicenna emplastrum factum ex mentastro ⁊ calamento montano addito fermẽto butyro ⁊ sale confert apostematibus testium. ¶ Dixit etiam fit emplastum de fabis et uino super apostemata testiculorum. ¶ Et dixit etiam administratur ciminum cum aceto aut oleo et farina fabarum super apostemata testiculorũ immo cum oleo aut oleo et melle administretur. ¶ Dixit etiam castoreum remouet uentositatez matricis et eius frigus ⁊ frigus testiculi. ¶ Constantinus dixit apozima mente sanat apostemata testiculorum et eorum dolorem. ¶ Serapio dixit bdelium dissoluit apostemata testium et alia et est calidum et siccum iñ tertio. ¶ Et dixit etiam quando oleum miscetur cum semine lini et fenugreci et ruta confert tumoribus testiculorum: et dixit quando stercus capre aduriẽ ẽ magis resolutiuum et curat apostemata et etiã miscetur in emplastris resolutiuis. ¶ Si etiam testiculis fiat iunctõ cũ felle tauri. dico ego ⁊ melle confert apostematibus ⁊ dolori testiculoruz ⁊ verum est ⁊ hec que dicta sunt conferunt apostematibus osei quare illa sunt capitula vicissitudinaria quare ergo legantur simul. ¶ Si ergo ex dictis in capitulo osei ⁊ specialiter in parte illa de frigido non conferunt nec etiam ista nunc dicta maturetur locus secũdũꝙ eius dispositio requirit facta tamen purgatione. Primo de maturatiuis dictis in aliis apostematibus frigidis ¶ Dixit tñ serapio de hoc quando sal miscetur cum origano ⁊ frumento maturat apostemata testiculorum. Facta maturatione extrahatur sanies ⁊ non pmittatur diu quia testiculũ corrũperet: facta apertura ⁊ mũdificatione ĩcarnet̃ ⁊ ꝯsolidet̃.

¶ Capitulum tertium de duritie testiculorum.

Quoniaz autẽ apostemata dura sequntur multotiens ad apostemata calida ⁊ etiaz frigida idõ mentio de his fienda est merito. ¶ Quomodo autem fiant iste duricies ⁊ ex qua materia sepe dictum est: ⁊ ideo non replico premissa debita dieta ⁊ purgatione vt in aliis locis similibus est dictum dico ista ualere. ¶ Et primo Aui. dixit armoniacum dissolutum cum aceto dissoluit ⁊ lenit apostemata dura testiculorum. ¶ Dixit etiam emplastrum factum ex agno casto precipue ex semine eius cum butiro ⁊ foliis molliũt durities testiculorum. ¶ Serapio dixit pix humida maturat apostemata, dura plus satis q̃ faciat sicca mixta cum mirrha equali proportione ⁊ duritiei matricis ⁊ ani ⁊ testiculorum apostematibus subuenit ⁊ curat. Dixit ẽt semẽ berismõ cõfert duritiebꝰ ãtiq̃s q̃ fiũt in testiculis

et mammillis. Et Galie. in sexto dixit q mollificat parodicas idest apostemata post aures. Chiran. dixit pix humida cum cera maturat apostemata dura huius loci: dixit et sterc⁹ capre coctū cū vino veteri et superpositum omnes tumores genitalium et uberum perfecte sanat. ¶ Dia. dixit pix humida mixta cū pollinis ordei τ lotione infantuli. i. cū vrina infantis. ¶ Et Barbo. dixit q oleū picis in hoc valet τ est fortius. Dixit et omne orobum podicas τ testiculos induratos digerit. ¶ Empl'm etiam factum ex ciceribus albis factū in capitulo immediato valet. dico ego q expertus sū dixit etiā dura apostemata calida testiculorū mollificat τ resoluit sordicies, que in parietib⁹ balnei reperitur. ¶ Et sil'r sordicies que vocatur muz τ he sordicies calide applicetur. Al. dixit turdi remolliti apostēata dura τ magna que fiunt in radice auris τ duricie mamillarū τ testiculorum. ¶ Bartho. de va. dixit q cum foliis agnicasti τ pinguedine porci aut oleum τ fiat emplastrum τ tollit sclirosim testium.

¶ Guil. de va. dixit sumatur fur fur τ in dificienter teratur donec per criba subtilem cribellatur demum misceatur cū armoniaco dissoluto cū oximelle τ loco partum calidū applicetur τ assidue super locum assiduetur sine iteretur τ mirabile est in apostematibus durorū testiculorum. dixit etiā q apostēata dura maxime testiculorum τ ani mollificat mellilotū bullitum τ dolorē eorū sedat. ¶ Si volumus illud magis sedatiuū apponat sem papaueris siue pulpa papa. τ si uolumus magis mollificatiuū addatur farina fenugreci τ se. lini vitella oui decocta. ¶ Et si volumus illō maturatiuū addatur farina molendini aut mucillago euisci confert et magis in apostematubus oculorum qn̄ addunt vitella. Semper aūt hic τ vbi fiet mentio ō testiculis requiratur q superius dictum est de dispositionibus similibus mamillarum sic τ illic que hic dicunt require qm̄ ista capitula vicissitudinaria sunt quare simul perlegantur.

¶ Tractatus. 30. de apostematibus uirge.
Ca^m. primum de apostemate uirge calido.

Apostemata virge τ testiculi ꝓxia sunt in curatione quare apostēatis calidi signa τ frigidi ex dcīs nota sunt. Cura ista consistit in tribus ut dictū est quantum ad dietā τ purgationē fiat ut dictum est in precedentibus capitulis. ¶ Quātū ad tertiā intentionem dicūt ueteres τ ego cū eis q quecūq conferunt apostematibus testiculorum siue sint calida siue frigida eadē conferunt similibus apostematibus virge: quare recurre ad capitulum de apostematibus testiculorum. Ista ergo capitula alternatiū videātur. Aui. dixit q apostematibus melius cōpetunt stiptica in principio rei q̄ apostematibus testiculorum quia de principatu testiculi plus optinent. ¶ Dixit et q cortices granatorum cum rosis siccis τ lentibus quando coquūt ī aqua donec dissoluantur: deinde triturentur cū oleo ro. τ applicantur confert apostematibus virge calidis. ¶ Etiam dixit chimolea cū aq̄ solatri et confert apostematib⁹ uirge calidis. ¶ Dixit etiaz bolum armenū τ lentes τ folia alchechēgi conferunt apostematibus uirge calidis. Et ego dico q unguentū populeō τ solatrū in h⁹ multū ualent. ¶ Dia. dixit succus folioꝝ umbilici ueneris τ ipsius totius plante cū uino ī unctū aut fomento adhibito tumorem nātū spargit. Dixit et sole lentes coctę cū oleo ro. tumorem ani τ uitia ueretri curant. ¶ Unguentū de pomis. dia. de pomis. ℞. mala maciana lignea parte ītus purgata lib. i. croci. ℨ. vi. τ ipasta decoquantur τ cum ex coxeris tādiu cum pulpa panis teratur donec ī ceroti leniciem mollificant τ super locum pōatur τ hoc ualet si circa locū siue in loco fuerint pustule acute. ¶ Fidel' dixit si uirga infletur τ doleat misceatur cera et oleū et succus portulace τ apponatur τ ē expertū. Dixit etiā farina ordei cocta τ cathaplasmata dolorem uirge tollit. Daliabas dixit stagnū si fricetur ad lapidem cū modico uino τ oleo oliue apostematibus prodest que sunt uerenda. Guil. de ua. ait experientia scio q apostematibus uirge τ oiū et pertinet genitaliū calidis confert oleū ꝯfricationis plūbi de quo al's dixi in primo libro. ¶ Si uero ad saniem deueniat maturetur ut dictū ē in aliis apostematibus τ scindetur τ mūdificetur τ incarnet.

¶ Capitulū secūdū de apostēate frigido ṽge.

In virga quando q̄ fiunt apostēmata frigida τ dura sicut τ in aliis locis quare ergo pro dicendis in isto capitulo utilibus τ pro dicta τ purgatione recurre ad capitulum de apostematibus osei τ ad capitulum de apostemate calido uel frigido mamillarum quia ista capitula alternatim sepe habent se ut dictum est.

¶ Tertia intentio completur cuz localibus localia sint ista que dicta sunt in apostemate frigido testiculorum τ ibi uide per te. ¶ Appulius dixit in libro suarum herbarum ad ueretri tumorem τ dolorem: herba bethonica cū uino trita tumoribus confert τ ipsa potenter facit. ¶ Et Fidelis dixit decoquatur in uino bethonica. ¶ Alchinus dixit succus origani curat uirgam inflatam. ¶ Si contingat modo q tale apostema sit sicut cacesia ut sepe accidit in dispositionibus cacesie tunc ualet hoc de mente. ¶ Guil. de ua. Recipe ossium dactilorum partes duas altee partem unam conterantur cum aceto et superponatur. Et Guil. de ua. si cōtingit modo q apostēa sit durū sumat

furfur ꝛ indifficienter teratur donec p cribrū exeat: deinde misceatur cū armoniaco dissoluto cum oximelle ꝛ in loco parum calidum ponat̄ ꝛ assidua sup locū ꝛ hoc expertū ē. Que dicta sunt in duricie testiculorum ꝛ hic conueniunt quare ista require ad inuicem ut dictum est sepe. ¶ Si at̄ acciderit aliud accidens quia dolor considera dolorem si sit ratione materie conculcate ꝛ tunc ualent anodina et olā q̄ dilatant poros ꝛ materiam faciunt exalare.

¶ Si at̄ fit propter malā cōplexiōnē tūc laudat Aui. fomentationem ex foliis ualuarū ꝛ iusquiami. Itē ualet oleū uiolatū ꝛ albumen oui ꝛ simul mixtum in dolore ex materia calida ꝛ medulla panis albi in lacte infusa et temperata bene mixta cū uitellis ouorum semicoctorū cum modico opii ꝛ croci icorporetur cū oleo d̄ papauere ualet. No. tū q̄ in transpiratione materiei. i. in exalatione eius ꝛ mundificatione multū ualet crebra rematatio ꝛ ista est cōsuetudo in ea ꝛ spetialiter in mundificatione. Ego āt in istis apostematibus frigidis que sunt ut in pluribus cū aliqua alia duricie cōsueui p° facere suffumigiū ꝛ cōiter embrocatōes cū edera: bulliat̄ ergo edera et cū remota sit ab igne uirga teneatur sup bulliturā ut fumū recipiat istū: hoc facto p duos dies uel tres secūdū necessitatē tū appono emplastrū factū ex farina fenugreci se. lini camomille ꝛ melliloti: sēp tū facto suffumigio ꝛ tēporibus meis bene successit mihi: ꝛ uidi in uno fratre predicatorū q habebat pelles prepucii inuersatā ꝛ cū isto q̄d dictū est in una nocte ad suū locum reuersa est. Ego āt facta suffumigatione aliquando etiā pono emplastrum de melliloto ī primo libro ꝛ mihi bene successit ut iā uidi. Nota tū q̄ foramē uirge sēper teneat̄ apertum ꝛ cū tēta d̄ cera uel de panno. ꝛ in hoc casu semp fiant ligature ad sustinēdū uirgā ꝛ fiat specialiter sacculus ꝛ imponatur uirga ꝛ ligetur ex trāsuerso corporis taliter q̄ nullo modo sibi inferatur dolor: qm̄ dolor attrahit materiā ꝛ hoc ut dictum est uerum est: siue duricies sit egritudo siue accidēs caritudis.

¶ Capitulū tertiū de pustulis q̄ adueniūt uirge pp̄ cōuersatōēs cū feda muliē q̄ albe ꝛ rubee sūt.

Ex materia uenenosa que retinetur inter prepuciū ꝛ pellem uirge causantur iste pustule tales per hunc modum quoniā ex retentione illius materie que remanet inter pellem et prepucium ex actione uiri cum feda muliere que non respirat putrefit: deīde ille locus denigretur ꝛ mortificatur subā uirge que restaurationem nō recipit nisi corruptione illa remota ꝛ loco extenso. De pustule ēt fiunt illo modo q̄ inter prepucium ꝛ pellē retinentur materie que non possunt exalare putrefiunt ꝛ fiunt pustule albe uel rubee. ¶ Guil. de sa. dixit in principio cum ista occurrunt cōfortetur locus cum aqua decoctionis mell' ro. colati hoc facto embrocetur locus cum petiis infusis ī uīo ꝛ aceto mixto ī q° uino d̄cocte sīt galle ꝛ nucis cipressi ꝛ hoc fiat sepe dōec malicia corruptionis sit remota. ¶ Ego āt dico q̄ ualet unguentum Dia. positū in precedēti capl'o ꝛ ē unguentum de pomis macianis.

¶ Ego āt cōsueui lauare locū cū aq̄ ordei l' cū aq̄ decoctionis mellis ro. colati facto hoc accipio res pistatas sicut sunt balaustie cortices granatorim rose mirti ꝛ ex ista decoctione facio lotionem. ¶ Et si ex hoc non recedunt ille pustule consueui ex aqua solatri ꝛ ex uiride eris facere compositionem sic q̄ mixtura illa mordeat et cottum balneo in ista aqua ꝛ facio crebrā appositionem hui° cotti sic balneati ꝛ ista aqua consolidat istas tales pustulas ꝛ in isto bene successit mihi q̄ uerum est: unde tamen recordor uobis q̄ anteq̄ ista balnea dicta ex uino illo stiptico fiant: fiat purgatio aliter illis bubo superueniret in inguine qm̄ materia que uenit ad locum illum retro pellitur a balneo isto ꝛ inuenies concauitatem inguinis. Illic moram facit quare bubo generatur et ad exituram pluries deuenit quare purgationem uniuersalem facias ꝛ in periti medici operātes in discrete uel in cautela non faciunt purgationem quare duplici modo lucratur quia de uirga et bubone. ¶ Iterum isti tales debentes materiam uenientem ad locum resoluere querūt illam saniare ut aliquid lucrentur. ¶ Et hoc nō debā fieri a discreto uiro ꝛ magistro. ¶ Ne q̄ iste pustule oriantur vobis cauti esse debetis quia post coitum illarum mullierum que fede sunt debetis facere lotionem cum urina uestra in hieme ī estate cum aqua calida: ꝛ si aqua calida non potest haberi cum farina uel cum urina facerem ego isto modo nunq̄ generabuntur iste pustule. Si acciderit mō h° accidens q̄ locus cancrenarectur: quia locus denigratur ut dictum est in principio capituli debet remoueri illa nigredo cum dictis in capitulo de cancrena: quia cum medicinis fortib° vel cum ferro ignito de quibus in primo libro facta est mentio: quare gratia breuitatis hic reseco tanq̄ impertinens multa vidi ꝛ operatus sū q̄ dimitto gratia breuitatis.

¶ Capitulum quartum de nodis virge.

In hoc loco sepe generatur nodus etiā porrus: sed d̄ nodo nunc est sermo: de porris erit posterius cum loquar de decoratione. Si vis ergo nodum remouere capias ipsum cum digitis ꝛ si sit in loco venoso ꝛ arterioso quia loc' ille ē satis vēosus ꝛ arteriosus ut ē vide re ducas ipm cū māu ex illū locū arteriosū ꝛ venosū tūc h° fcō incide pellē sup nodū ꝛ exhe

ipsum totaliter quia comprime digitum quem habes sub glandula facta incisione et exibit. ipso uero existente extracto sue pellez ꝛ non negligas tamen quin uideas si pellis equitet pellē uel non. Si sic incide et sue sicut de nodis dictum est in primo libro. ¶ Si non sue ꝛ super locum ponas puluerem sanguinis draconis et draganti equaliter cum albumine oui et sic fiat usq̧ ad completā incarnationē.

¶ Tractatus .xxxi. de apostematibus uulue.

¶ Capitulū primū de apostēate calido saioso.

Tractamus modo ad apostēata vulue postq̄ facta est mentio de apostematibus virge Et primo ꝺ calido. Dico primo ꝙ omnia que dicta sunt in capitulo de apostemate sanioso virge hic valent quare uide illic: dieta et purgatio fiat vt ibi dictum est. ¶ Tertia intentio completur cum lolalibus ꝛ preter illa que dicta sunt conferre. ¶ Serapio dixit herba mal uauisci quando coquitur cum mellicrato aut uino ꝛ teritur cum pinguedine anatis ꝛ glutino albotim ꝛ fiunt inde nastalia confert apostematib⁹ calidis matricis: Guil. de va. dixit decoctio eius facit similiter ꝛ mundificat superfluitates partis ꝛ hoc expertum est. ¶ Bartho. ꝺ va. dixit ꝙ etiam hoc facit radix cuiuslibet altee nā resoluit apostemata calida matricis ꝛ maturat illa que resolutioni non obediunt ꝛ confert oppilationibus que in venis matricis existunt. Et potest etiam coqui cum uino mellito ꝛ similiter cum sepo anatis ꝛ glutino alboti misceri. ¶ Dixit etiam Serapio quando radix lilii teritur ꝛ miscetur cum aceto aut cum foliis iusquiami ꝛ frumenti farina confert apostematibus calidis intestinorum ꝛ matricis. ¶ Bartho. de va. dixit huic emplastro addit oleum rosaceū ꝛ dicit ꝙ idem possunt folia lilii ualet hoc quando apostema ad augmentum deuenit ꝛ lilium sit albuz siluestre aut sit siluestre lilium cuius flores sunt celestes. ¶ Apostematibus etiaꝫ calidis valet emplastrum factum de mirto ꝛ farina cocto ꝛ superposito hoc ualet in augmento. Et si materia sit sanguinea valet in principio ꝛ in augmēto. ¶ Alchi. dixit ex succo mandragore cum farina ordei fit emplastrum ꝙ valet in augmento Et dixit etiam sic: si fiat sessio in decoctione foliorum ꝛ seis agnicasti ꝯfert apātibus ca'l'is matricis .ꝛ dixit ēt quando spica nardi coquit̄ in aqua ꝛ sedet in ea multum confert apātibus calidis que fiunt in matrice. Et Constantin⁹ dixit ꝙ hec tollit dolorē ei⁹: decoctio ēt radicis squinanti ꝛ floꝝ iniecta ꝑ inferius vꝫ. Aui. dixit encatisma cū decoctōne squinanti confert apātib⁹ matricis calidis ꝛ sil'r cū distillatur in eam aut euaporatur aq̄ eius decoctio iesimini ēt valꝫ flegmonibus matricis. Dixit ēt Aui. fit ex butiro clistere ad apāta ca'l'a ꝛ dura in intestinis ꝛ matrice ꝛ testiculis. ¶ Si āt ad saniē deueniret fac ut dictum est inde apostematibus virge. Si doloꝛ adest fac etiam ut dictum est.

¶ Capitulū secūdū de apostēate frigido vulue.

Si contingat quod apostema sit frigidū fiat in duabus intentionibus vt dictum est in apāte frigido virge quia ista capitula vicissitudinaria sē quantum ad tertiā intentionē fit ut dictum est illic ꝛ vltra illa dicentes erimus aliqua q̄ hic cōueniunt que a magistris nostris ponuntur. Quāuis aliqui nostri antiqui dixerunt ꝙ radix pastinace siluestris vel semen ipsius tritū bibituꝫ cū vino inflationes sedat. Isaac dixit si farina nigelle .ȝ.v. cū vino tēperāte bibantur cum apostemate fenugreci oppilationem matricis auferunt ꝛ a ui cosis ꝛ grossis illam expurgant apostemata dissoluunt. Dixit ēt sessio facta in decoctione seminis lini dissoluit apostemata matricis dixit etiam si fint cahtaplasmata cum adipe anserino apostemata vulue dissoluit ꝛ maturās ad sanitatē perducit. Aui. dixit calamus aromaticus bibitur cum melle ꝛ semine apii ad apostemata matricis Dixit ueꝛ oēs spice ꝓbibēt apāta matricis sedēdo ī eis: dixit ēt laudanū dissoluit apāta matric] suppositum in pessario. Serapio dixit fiunt ex decoctione fenugreci sessiōes mulieribus ꝛ conferunt dolori matricis accidentibus ab apostematibus ꝛ eius coarctatione. ¶ Dixit etiam clistere factum cum amurcha olei confert ano apostemato ꝛ collo matricis fomento ad hibetur. Dixit iterum bdellium matricis tumori .i. inflationi suffumigando succurrit. ¶ Et dixit etiam pullegium fomento adhibitum tūores matricales mitigat. Alchibinus dixit ꝙ longo tempore sedent in decoctione seminis lini ꝛ valet sicut decoctio fenugreci. Dixit etiam zedoaria resoluit apostemata matricum ꝛ est calida ꝛ sicca secundum ipsum: ¶ Constantinus dixit emplastrum factum ex calamo aromatico curat apostemata vuulue: dixit etiam oleum de amigdalis amaris dolorem vulue ꝛ eius suffocationem ꝛ tortionem ꝛ apostemata in ea nata curat uel dissoluit. Dixit iterum succus mente mixtus pensaꝛatus ꝛ super pectinem cathaplasmatus menstrua prouocat: putridos humores vulue desiccat: dolorem eius tollit: flegmatica apostemata in ea nascentia curat. ¶ Rasis dixit lana intincta in oleo lilii celestis ꝛ matrici īmissa valet cōstrictioni matricis orificii ꝛ eius spasmo ꝛ apostematibus q̄ fuīt ī ea. Haliabas dixit de flore keiri citrini sic soluit apāta que sē in matrice si cathaplasmetur eo locus pilorum: dixit etiam aristologia longa dissoluit matricis grossiciem ꝛ loquitur de radice. ¶ Mesue dicit oleum de storace confert dolori matric] renū ꝛ uesice calefac ea: ꝯferūt ēt īflatiōib⁹ flores et folia cardi bn̄dcī b'lita ī vīo d'lci ꝛ cataplata. Si āt ad saiē deueiat mat'ēꝛ mūdificetur vt dictū est in apāte saioso v'ge ꝛ ꝯsolidetur

eadem modo vt dictum est. Galien tamen q si apostema esset in loco q non possit uideri tunc medicine consolidatiue. τ incarnatiue per pensatorium inicientur τ sic intellige.

Capitulum tertium de duricie matricis.

Duricies accidit i matrice frequenter aut expressione apostematum calidorum uel frigidorum. τ hoc est vt plurimum τ aliquando hoc nō accidit τ hoc est rarius. fiunt autem iste duricies aut ex adustione humorum calidorum aut ex resolutione subtili remanente grosso aut ex adustione humoris frigidi vel in grossatione eorū: dieta ordinaria τ purgatione facta vt dictum ē in duricie intestinorum. ¶ Dixit Alchinus quo ad localia quando ponitur lac ficuum cum amigdalis tritis laxat uentrem τ remouet duriciem ¶ Dixit etiam fit sessio in decoctione malue τ remouet duricies matricis τ etiam ani. ¶ Dixit Auicen. de ficubus q si cum amigdal' comedātur duriciem molliunt. ¶ Dixit etiam crocus cōfert duriciei matricis bibitum τ more emplastri superpositum τ potatur ex eo vsq ad.ʒ.v. ¶ Dixit iterum oleum storacis confert duriciei matricis τ prouocat menstrua τ aperit matricem. Dixit etiam encatisma factum ex decoctione cuiuslibet parti altee maxime si addatur sibi farina fenugreci duricies matricis remollit τ subdit q ponatur cum gummi albotim ad duriciem matricis τ confert coarctationi eius. ¶ Et similiter solum decoctio eius. ¶ Et idem dixit de semine: dixit etiam lactuca asini confert apostematibus duris in matrice superposita τ sedendo in aqua ipsius τ est calida τ sicca secūdum ipsum. ¶ Dixit etiam isopus humida resoluit duricies que sunt in parte vesice τ matricis τ confert frigiditati eorum τ frigiditati renum. ¶ Dixit etiā ex butiro fit clistere ad apostemata calida τ dura, in intestinis matrice τ testiculis. ¶ Et Serapio dixit quando cum butiro q non est putridū neq uetus fit clistē confert apostematibus duri τ calidis matricis. Serapio dixit quando ficus sicce coquuntur cum fenugreco in aqua ordei τ fiunt in eo sessiones confert duricieb' matricū. ¶ Et Bartho. dixit q sint pingues τ potest fieri ex eis emplastrum τ mollificant apostemata dura matricis. Dixit iterum quando radix tribuli in aqua coquitur τ fit encatisma in quo sedent mulieres laxat duriciem matricis τ dilatat orificium eius: τ quando semen eius bibitur cū uino facit hoc. dixit etiam q fit nastale cum storace τ etiam bibitur confert coarctationi matricis τ prouocat menstrua. ¶ Et Bartho. dixit idē potest suffumigium factum ex ipsa. dixit etiam quando ex elixatura fiat encatisma ī quo sedēt mulieres confortat τ confer duriciei matricis τ aperit orificium eius: dixit etiam miscetur fenugrecum cū adipe anseris τ fit inde nastale mollit duriciem matricis τ coarctationem eius. Iterum dixit ireos elixatur τ fiunt sessiones in decoctione ipsius τ confert dolori matricis τ mollit duriciem eius τ aperit orificium eius τ quādo constringitur. Et Dia. dixit de iri ilirica secūdū āt Aui. oleum irinū pensarizatum tumorib' duris matricis confert. Dixit etiā Serapio isopus sicca ualet ad duricies τ frigiditates que sūt in matrice et renibus τ vesica τ epate τ confert stomaco τ epati. ¶ Iterū dixit laudanum confert stomaco τ epati duriciebus earū. ¶ Et Bartho. dixit q misceatur cum pinguedie anatis τ oleo irino τ confert. dixit etiam pix humida maturat apostemata dura plus satis q̄ facit sicca mixta cum mirrha equali proportione vt duricies matricis τ ani remanet. Et Alchi. dixit q pix humida pōt misceri cū cera. ¶ Et Dia. dixit q sit mixta cū pollina ordei τ vrina infantis nundū polluti. Et Bartho. dixit q oleū picis est fortius in hoc. Dia. dixit storax bibita duriciem tollit aut pensariis adhibita prestat effectū. Dixit āt ꝺ storace calamita que indica est sic quia molliciem habet duras matrices τ duriciē neruorū relaxat scrophulas tollit τ branchos iuuat. Dixit etiam sessio facta in aqua decoctionis spice cuiuslibꝫ τ maxime colice duriciei matricis confert. dixit etiā de oppoponaco q potest relaxare τ calefacere τ mollire habundanter duricies τ inflationes tollit. Et aliqui dicunt q radix oppoponaci confert duriciei τ uentositatibus quando fit encatisma cū ea aut qn̄ supponit̄. dixit ēt matricaria cui' folia similantur foliis camomille τ vocat̄ bonōie morella herba fomēto adhibita duricies τ tumores soluit. ¶ Et Aui. vocat eaꝫ neuen resoluit duriciem matricis τ aperit oppilationes. Aliqui magistri dicunt qn̄ folia porrorū nō trāsplantatorū coquuntur in aqua marina τ aceto τ sedent in decoctione illa mulieres cōfert coarctationi oris matricis τ duriciei. ¶ Et confert ēt qn̄ propter humiditatem existentē in matrice fit passio aqua decoctōis pullegii tollit duriciē τ ꝯfert etiā vētositatib' ei' τ ei' ascēsū ad superiora. Sa. dixit in 7°. de decoctiōe iesimini τ ꝑ pe floris ei'. Dixit ēt oleū ꝺ lilio ē aptissimū duricies matricis. Et idē vult ꝺ foliis τ radice lilii τ silr qn̄ coqtur radix ei' cū oleo ro. non est ei par in egritudinib' matricis τ silr oleū irinū. ¶ Constantinus dixit apozima frondiū cotule fetide valet duriciei vulue in sessione. Rasis dicit q oleum anetinū mollificat duriciem apatis vbi cūq fuerit siue fuerit ī matrice siue in aliis mēbris. dixit q ex cēb' vituli τ cēui fit pēsariuꝫ mollificās apata dura matricis. ¶ Pesarium Ras. ℞. adipis anat medulle cruris cēui τ vaccini bdellii mollis croci vitelli oui assati fecis olī ꝺ seib'. fec olī ꝺ lilio an̄. pt eqles dissoluāt ī uīo τ fac pēsariū exptū. Chi. dix radix altee agrestis decocta cum oleo τ adipe coturnicis deinde cera addita facit ad indurationes matricis τ tumores ac vlcera τ prurigines τ ad omnes passiones muliebres ¶ Sextus

plato dixit adeps gruis cum adipe anseris matricum duricias ⁊ conceptiones discutit. ¶ Guil. de va. dixit sessio facta in aqua decoctionis radicis paucedani duriciei oris matricis cōfert: ⁊ dixit etiam quando duricies est in colo intra ita ꝙ frequenter putetur esse cancer ⁊ aliquādo putatur ꝙ sit lapis in uesica quia ex hoc urina frequenter detinetur. ¶ Accipe amaracum ⁊ coquatur bene in oleo ⁊ exprimatur ⁊ fiant ex eo pillule uel pile filo ligate ⁊ supponatur aut supponantur inuolute in panno rasino ⁊ hoc est mirabile. ¶ Et si duricies matricis foris ad tactū per uentrem appareat sicut multotiens ī partibus apparet cum abortiunt: calefiat predictum amaracum in tegula ⁊ ventri superponatur. ¶ Et dixit etiam ꝙ experimēto habet ꝙ mulier quedam habens menstrua et duriciem matricis comedebat in fritellis ex foliis malue in multa quantitate ⁊ cum foliis mille folii ⁊ plantaginis ī parua quantitate ⁊ sanate sunt plures a menstruis et a duricie matricis: vltra hoc dico ego ꝙ si ex istis fiat nastale proderit ualde.

¶ Capitulum. 4. de cācro matricis seq̄ntē eum.

¶ Dixit etiam alumen prohibet fluxum humidi ditatis et superfluitatis et effusionem illarum: ex perientia scio ego ꝙ sal contritum cōe et bulli tum cum oleo cōi fricatum iuncturis exiccat il las et multum ab artetica preseruat. ¶ Uerum di co iterum ꝙ si sal bullitum etiam cum oleo ro saceo et citonio et cum aliis conuenientibus si cut sunt extremitates rubi et prune siluestris et cum aliis in isto capitulo noīatis mirabiliter iū cturas et maxime calidas confortat et ab arteti ca preseruat. prohibet etiam cum hoc fluxum ma terierum ad partem. ¶ Et pro maiori notitia hꝰ capituli recurre ad capitulum Chirani de medi cinis prohibentibus materiam fluere ad locum et in capitulo alio de medicinis prohibentibus materiam ad stomacum venire quare illic uide ¶ Multa tamem possem scribere hic de dolo re neruorum de dolore sciatico et multis aliis que dominis meis phisicis dimitto.

¶ Tractatus ultimus de apātibꝰ pedū et ō callis.

Apostemata calida et frigida et dura fiunt in pedi bus sicut ī aliis locis calida aposte mata curantur sicut apostemata ca lida aliarum iuncturarum et locorum et simi liter frigida: de vndimia satis dictum ē ī primo libro et breuiter de istis cito me expedio quia de eis nihil proprium inuenio. ¶ De callo tamē aliquam mentionem faciam et paucam quia pa rum de eo inuenio et de illis apostematibus du ris satis dictum est quare de eis taceo. ¶ Et pri mo Serapio dixit in hoc lac ficus et succus fo liorum eius. ¶ Similiter lac et extremitates fi cuum montanorum quando ponuntur super ue rucas que dicuntur capita clauorum euellūt eas et aperiunt. ¶ Et bartholomeus de ua. cum eis parum olei addit. Dixit etiam Serapio quando fit emplastrum de ficubus siccis et tritis coctis et ireos et nitro maturat apostemata dura et cla uos. et secūdum quosdam linitio facta ex foliis ficus acerbis confert uerucis et spetiebus ipsarum ¶ Dixit etiam quando farina fabarum miscetur cum farina fenugreci et melle resoluit clauos et apostemata que fiunt in radice auris. Et idem di xit Isaac. Dia. assa mixta nitro ruta et melle cla uos tollit: Item potest etiam mixta cum caricis et cerotis aliis: dixit etiam sic nigella lepram et callos et porros et uerucas apposita tollit. ¶ Et in alio loco uidetur uelle ꝙ sit mixta cum iri illi rica. Et hꝰ dixit ī caꝰ de melōgia: ē āt melōgia ni gella. ¶ Et dixit Serapio de ea quando fit em plastrum exterius super duricies que fiunt in iun cturis pedum que dicuntur calli aufert eas. et q dam antiquorum dixerunt ꝙ farina nigelle cum fa rina antiqua mixta et superposita post ablutio nem pedum cū aqua calida callos tollit. ¶ Cal los etiam qui apparent in corpore tollit empla strum factum ex foliis rute et passularum dulci um. ¶ Callos etiam tollit bursa pastoris trita cū pinguedine porci et superposita: ¶ Alchi. dixit qn̄ cōburuntur cortices salicis et miscetur cinis cum aceto acerino et ponitur in uerucis et ꝓprie rotundis et bothoribus similibus capitibus cla uorum. i. callis et in uerucis erradicat ea quando fit cum ea lenitio ꝙ uere sepe in porris sum ex pertus. ¶ Et dixit etiā sic epar lacerte cōis cla uos sanat super emplastratum. ¶ Et dixit ēt fel

vacce clauos carnis nostre rumpit & splendifi-
cat faciem. ¶ Chiranus dixit radix vitis al
be mixta cum farina orobi & fenugreci pur-
gat clauos & lentigines & maculas nigras & co-
cta cum oleo ad idem valet. ¶ Dico ego radix
cardorum cum qb⁹ pani aptat i uino cocta & cu
melle contusa clauos ifixos & verucas sanat.
¶ Item hoc valet. ℞. cepe unum conteratur cu
assungia galline et valet sume. ¶ Ut dixit Dias-
callis factis ex strictura calciamenti q aliquan
do uidi utile. vermicularis etiam trita et suppo
sita callos tollit. ¶ Et dicunt aliqui se esse exp
tos. ¶ Item ualet hoc. ℞. peciam unam raram
et subtilem et inuoluatur callo deinde super pe
tiam illaz ponat calx uiua et postea ligetur alia
fascia. hoc autem sepe facit callum cadere ualet
etiam mirabiliter hoc. ℞. aqua tartari partes. iii.
saponis nigri liquidi ptez. i. argenti uiui ptl. xx.
bulliat omnia simul in ciato super prunis et cuz
bulliunt subito ponatur ciatus in aqua frigida
¶ Ita tamen q aqua non ingrediatur in ip
sum: sed ut feruor solummodo extingua-
tur et demum iterum bulliant et iteruz extignat
Et hoc fiat nonies callum autem remouet et ap
ponatur de mane sic super locum cum fricatioe
bona: deinde de sero lauetur locus cuz aqua ca
lida & ab radatur: deinde iniungatur & lauetur
primo aqua calida & sic fiat donec sit remotum
¶ Et ne ignores aquam tartari ipsam fit hoc
modo. Recipe tartarum & ipsuz pone super pru
nis & sine ipsum vri donec albescat: post pone i
sacculo lineo in loco humido suspenso & suppo
ne sacculo ampulam & illud quod egreditur erit
aqua tartari: valet hoc etiam in faciendo pellem
cadere faciei & in decoratione dicam.

aqua tartary

¶ Explicit liber secundus de apostematibus a capite vsq ad pedes ad laudem dei omnipotentis amen.

¶ Incipit liber tertius de ulceribus a capite vsq ad pedes.

Postq in prio
libro facta est mentio i vni
uersali de vulneribus nunc
in isto tertio libro metione
facio de vulneribus prout
sunt membris compositis.
Et primo a vulneribus ca
pitis multa dicta in primo libro non replicans
ego iterum illa gratia breuitatis omitto. ¶ Et
notanter istum ordinem seruo: quia Auic. in se
cunda fen in capitulo vno de causis vlcerum di
xit q cause vlcerum sunt apostea bothor & vul
nera. & quia de apostematibus factus est sermo
modo de vulneribus loquar vt sequens sit de
vlcerib⁹ postq ad ista duo consecuntur vlcera.

¶ Capitulum primum de vulneribus capitis sine fractura cranei.

De uulneribus ca-
pitis sine fracta cranei nuc mentione
facio obmittens alia uulnera cum fra
ctura de quibus facta est mentio i primo libro
dico ergo primo q talia uulnera capitis aut sut
simplicia aut non: uulnera illa dicunt simplicia
in quibus est sola una intentio curatiua sicut
est si esset incisio sine perditione alicuius par-
tis in quibus est sola una intentio .s. incarnare:
uulnera illa non dicuntur simplicia in quibus se
due uel plures intentiones curatiue sicut genera
re q est deperditum & locum consolidare: dico
ergo q si uulnus fuerit cum deperditione car
nis debes prima uisitatione stringere sanguine
¶ In secunda uisitatione debes digestiuum fa
ctum ex terbentina & uitello oui & parum croci
q dolorem mitigat. ¶ Et aliqui apponunt paz
farine ordei & hec appositio debet fieri donec la
bia saniem proiiciant. ¶ Et cum labia ulceris p
iiciunt saniem tu debes mundificare quoniam
si sanies fuerit grossa absterges cuz melle ro.ul
cum farina ordei & parum mellis uel cum alio
mundificatiuo. ¶ Si fuerit uirulentia subtilis ex
icces cum unguento apostolorum uel alio ut ti-
bi uidetur: nota tamen q facta solutione in con-
tinuo & stricto fluxu sanguinis cum albumine
oui uel cum aliis dictis in capitulo de fluxu san
guinis debes locum inungere cum oleo rosato
uel succus herbarum frigidarum sicut cum suc-
co lactuce semperuiue endiuie solatri & similib⁹
& in eodem tempore fac flebotomiam de parte
opposita si sanguis parum exiuerit & uirtus fue
rit fortis & etas consenserit. ¶ Et si uirtus fue-
rit debilis uel etas non consenserit apponantur
uentose. ¶ Et si in multa quantitate exiuerit sa
guis dimitte flebotomiam & utaris scarificatione
ut tibi uidetur. ¶ Eu similiter soluatur uenter cu
medicina lenitiua uel eductiua uel cum clisteri
ut tunc tibi uidebitur necessitas: facto hoc utat
dieta frigida quia respiciat se a carnibus & a ui-
no puro & ab aliis calefacientibus donec ab apo
stemate sit securus: facta purgatione per fleboto
miam & solutionem uentris & dieta ordinata &
digestione existente facta in labiis & materia exi
stente mundificata ut dixi debes carnem gene
rare cum unguentis uel puluerib⁹ dictis in ca
pitulo de medicinis generantibus carnem i pri
mo libro. ¶ Et nota bene q medicina generati
ua carnis non debet apponi in aliquo loco nisi
primo locus sit exiccatus uel abstersus quoniaz
caro mala generaretur ut dictum est in primo li

bro carne existente generata. ¶ Consolides lo
cum modo dicto in primo libro et modum sigil
landi et medicinas sigillatiuas habuisti in prio
libro quare ista non recapitulo hic et illa uide.
¶ Et nota quod istum modum nō recapitulabo ti
bi amplius in hoc libro quare bene uideas: sed
remittam te sepe ad istum locum. ¶ Si autem
uulnus sit simplex sutura sepe est necessaria ista
pro primo propter illud est utile multis uulneri
bus capitis quod facere permanere partem distan
tem approximatam in idem: et cum hoc prohibz
aeris alterationem que est multum nociua: sed su
tura est huiusmodi ut habetur tertio tegni: ergo
illa conueniunt idem uidetur esse de intentione
Auicen. in quarto in fractura cranei dicentis in
cisis uero in quibus non est nisi scissura: sed est
plurima et apparet cum ea illud inter quod et os nō
est nisi cortex multotiens sufficiunt strictura et
ligamenta et parum infra subdit: deinde aggre-
gentur inter duas extremitates vulnerum et suā
tur si est necesse illud et pulverizetur desuper pul
uis capitalis. ¶ Illud enim dixit Guil. de salice
to in capitulo de incisione ossis cum ense. ¶ Di
xit si autem vulnus cum ense et similibus ita di
latatum fuerit quod pellis pendeat et non possit al-
teri parti adherere per se suatur cum filo dupli
cato incerato: istam suturam concesserunt etiaz
alii solemnes magistri. ¶ Ut Lamfrancus Henri
cus et Guido. ¶ Et ego confirmo hoc cum ex-
perimento qui sepe feci suturam in capite vt so
cii mei uiderunt et mihi bene successit quare si
leant socii mei: aliqui qui reprehendunt alios et
dicunt quod sutura in capite non debet fieri et mi-
ror de eis quia antiqui sunt aliqui eorum et practi
cauerunt toto tempore vite sue et non sciunt quā
in vulneribus capitis debet fieri sutio et quan
do non. et licet ignorantiam suam deberem tace
re et ipsam in eis confirmare: tamen propter so-
cios meos nolo modum istum tacere: dico ergo
ego quod vulnus existens in capite vel est laterale
uel non. ¶ Si est laterale et fuerit pendens ut ca
ro tunc debet sui. ¶ Unde vulnera lateralia sepe
vidi pendere cum parte ossis et remota illa par
te ossis iunxi partem cum parte et sui et incarna
tum est in paucis diebus et sui sepe in hospitali
et mihi semper bene successit. Uidi etiam in ci
uitate in vno quasi totam pellem uel magnā par
tem pellis capitis fore ab osse eleuatam et eam
cepi situaui vt debuit stare et sui et incarnata est.
¶ Quare infero quod si pellis fuerit eleuata in par
te anteriori uel lateraliter semper debet sui. Si
autem vulnus fuerit in prora capitis quia in pte
superiori sit quod pellis nō fuerit eleuata sic quod vul
nus fuerit in sursum et deorsum et non extran
suerso non debemus suere et rationem adduco
ego quia si vulnus est in parte superiori contingēt
est humiditates multiplicari que non possūt ali
quo modo euacuari. ¶ Quare timor est de pu-
trefactione zinzie matris vel ossis licet etiam
foramen aliquod dimittatur apertum nisi fiat ex
pressio non egreditur sanies que expressio im-
pedit consolidationem. ¶ Quare non debet vul
nus in illo loco sui et hanc sententiā sensit Guil.
ut patet ex dictis suis supra et hoc etiam noluit
Auicen. cum dixit: aggregentur inter duas extre
mitates vulnerum et suatur si fuerit necessarium
¶ Et notanter dixit quod si fuerit necessarium uo-
lens ex hoc uerbo suturam non debere fieri in
prora capitis nisi pellis sit pendens ut dixi qua
re etiam et consequenter fiet icarnatio modo ul'
modis iam dictis in primo libro quare illic ui
de. ¶ Si autem uulnus fuerit punctale quod factum
fuerit cum telo uel cum puncta ensis uel cum
sagitta nunquam incarnetur: sed procedatur modo
dicto i prima parte huius capituli et illic uide: si
autem os fuerit detectum ex uulnere cohoperi
as ipsum modo dicto in primo libro in capitu-
lo de denudatione ossis

¶ Capitulum secundum de uulneribus faciei.

Facies est membrū decorans hominem quare sic tracte-
tur quod uniones et cicatrices nō sint tur
pes et ideo ubi sit possibile suere cum petiis pā
norum ut dictum est in primo libro fiat. ¶ Si
autem non poterit sui cum petiis et pars ista fu
erit carnosa fixa suere debes sutura separatorum
punctorum. ¶ Si tamen pars faciei fuerit sicca
sutura piliparioru suere potes. ¶ Et causa est
nota quia non times de humiditatibus loci.
¶ Si autem nullo modo possis suere habeat
infirmus in capite scoffiam uel piretrum de pā
no lineo fortem et bene firmatam in capite et cū
illa conseruantur ligature habentes incarnare et
incarnetur modo conuenienti ex dictis: Si
autem fuerit cum puncta aliqua quia cum telo
uel sagitta uel uulnus fuerit ualde profundum
facias ut immediate dictum est. ¶ Si etiam os
fuerit detectum facias etiam ut dictum est.
¶ Istis notatis de uulneribus oculorum primo
mentionem facio. ¶ Omnes autem doctores cō
ueniunt quod uulnera oculorum sunt timorosa p
pter ipsum uisum et propter propinquitatem quā
habent cum cerebro: in tantum quod dixit beneue
nutus quod uidit sepe aliquos uulneratos in circū-
stantiis oculorum amittere uisum ex oppilatio-
ne nerui optici. ¶ Et uidit etiam alios ad cata-
ractam deuenire. ¶ Et non mirum quia si hu-
mores ad oculum ueniunt sequitur destructio
oculi et actus ipsius a fortiori si uulnera in sub-
stantia oculi fiant sunt magis timorosa uulnera
ista que fiunt in oculo. ¶ Aliquando fiunt a sa
gitta et aliquando a uirga uel ab aliqua alia re pū
gente corneam uel coniunctiuam. ¶ Quare de cu
ra illorum loquar et primo de uulnere facto a sa
gitta. ¶ In cura ista habes tres intentiones.
¶ Prima est in uita. ¶ Secunda in purgatione.
¶ Tertia in localibus. ¶ Prima intentio comple
tur hoc modo utatur ipse farre condito cum
amigdalis uel farina ordei uel cucurbita uel

De vulneribus oculorum

lactuca uel portulaca ꝛ aliquando vtatur mica panis lota in aqua donec fuerit securus ab apostemate. Si fuerit debilis utatur carnibus edinis pullinis uel auium nutrientium se in campis ꝛ utatur vino limphato: cum autem fuerit tutus ab apostemate utatur bonis carnibus et bono vino eo quia illa generāt bonum sanguinem ꝛ per consequēs humiditates scđe bōe generantur que sunt causa cite conglutinationis licet Henricus dixerit oppositum cum in hoc non credo ꝛ uide causam ꝛ uidebis ꝙ uerum ē

¶ Secunda intentio complerur hoc modo fiat flobotomia de parte opposita si etas cōsenserit ꝛ dispositio loci. ꝛ notanter dico dispositio loci quia ex loco potuit tantum exiuisse de sanguine ꝙ solum uentose sufficerent. ¶ Purgatio fiat cum electuario de cassia si non fuerit febris uel si materie non currerent multum ad locum uel fiat cum pillulis de yera uel cum yera simplici uel cum pillulis cochiis uel cū aureis vel cum illis de luce que proprietatem habent ad oculos. ¶ Et sirupi dentur secundum dispositionem capitis ꝛ aliorum membrorum ꝛ non loquor in hoc plus quia omnia acciderent aduenientia ꝛ dispositiones nō possent scribi. Tertia intentio completur hoc modo quia si sagitta fuerit in loco uel apparet uel non. ¶ Si apparet sagitta capiatur in canula sua cum tenaculis et reuoluatur hinc inde quia a dextris ꝛ sinistris ꝛ post hoc recte teratur ꝛ extrahatur ꝛ protunc locus impleatur ex oleo ro. ꝛ uitello oui quia multum locum confortat ꝛ dolorem mitigat.

¶ Et circa locum apponatur defensiuum factū sepe supra in in primo libro uel ponatur oleum ro: cum bolo armeno uel succi herbarum sicut sunt succi morelle endiuie lactuce semperuiue ꝛ sic de aliis donec fueris securus ab apostemate

¶ Et in loco in tertia mutatione uel in quarta que erit tertia dies ponere debes farinam ordei cum melle ro. facta mundificatione incarnetur ꝛ consolidetur locus modo dicto in primo capitulo. ¶ Si autem sagitta non apparet obseruata dieta ꝛ purgatione ꝛ aliis prohibētibus apostemationem in loco apponere debes oleum rosaceū ꝛ tentam etiam balneatā in oleo rosaceo

¶ Et non mirum quia ratōne olei locus ualde dilatatur ¶ Et si non bene dilataretur ex hoc ponas tentam de spongia uel de aristo. ro. neq ponas tentam mellegarii ut aliqui dicunt ne ps aliqua ad intra remaneat quia medulla illa cito frangitur ut scitis hoc toto peracto inquire sagittam ꝛ extrahe eā si est possibile modo dicto nunc ¶ Si autem eam non inueneris cum instrumentis ꝛ ingeniis tuis tunc eam dimitte operatiōi nature: qa natura ab operatione sua nō cessabit ipsam mouere ꝛ expellere ad aliquem locum donec ipsa apparuerit ꝛ istud uidi sepe quia natura fecit hoc: ꝛ non mirum si natura facit hoc quia ipsa semper illud qđ est naturale sibi temptat conseruare ꝛ manutenere ¶ Illud autem ꝙ est preter naturale sibi uel non conuenięns tēptat expellē. Et si nō in modico tempore in multo tamen ꝛ hoc habet uerum in uulnere etiam existente circa oculum. ¶ Si autē uuln^a esset in oculo a uirga uel ab aliqua alia causa pungente uel uulnerante corneam uel coniunctiuam obseruatis dictis in principio quia dicta ꝛ purgatione tūc conuenit hoc collirium. ℞. boli armeni. ℥. i. tucie sanguinis dra. draganti gummi arabici añ. ℨ. ſ. terantur ꝛ cribelentur ꝛ misceantur cum lb. i. aque ro. ꝛ post hoc ponatur ī ampulla vna ꝛ hoc uitrum suspendatur in uase pleno aqua ita ꝙ non tangat fundum neq circumferentiam uasis ꝛ buliat sic per horam postea deponatur ab igne ꝛ addatur in hoc toto ℨ. ii. vini de granatis ꝛ dimittatur sic parum et post hoc colletur ꝛ ponatur in oculo in die bis uel ter ipso tamen existente aliqualiter tepido quia aliter uisui noceret ¶ Et de isto casu habui multos: habui vnum in burgo galerie: habui alium in burgo cassie ꝛ cum isto collirio liberati sunt verum tamen si primo occursu sanguinis exiuerit pone albumen oui agitatum: vt dicit Jesus ¶ Si autem in oculo fuerit percussio ꝛ non exiuerit sanguis tunc collirium de tucia ꝛ camphora ualet cum aqua ro ¶ Si autē cornea uel coniunctīa esset perforata tunc collirium primum ualet ut sum expertus. ¶ Beneuenutus laudat albumen oui agitatum in mortario et ductum in forma vnguenti ꝛ uocat hanc medicinam uirtutem a deo datam ¶ Nota tamen ꝙ si effundantur humores ratione percussionis sequitur destructio et actus ipsius oculi ut vidi ꝛ tunc nō habes nisi locum conglutinare ꝛ sepe feci cum collirio primo. licet Gali. in 4.º de accidenti ꝛ morbo dicat se vidisse istū puerum qui punctus fuit in oculo grafrio ex q.º effusa fuit confestim aquosa humiditas ꝛ liberatus est. ¶ Et ego credo ꝓ hoc sit de raro contingentibus. Et rabi moises quasi de hoc trufatur de Galieno ꝛ dicit ꝙ hoc est de mirabilibus suis. Sed ego credo ꝙ Galie. fundatus est super hoc ꝙ illi humores sunt membra spermatica et talia per uiam prime intentionis possunt restaurari ut uoluit in secundo tegni quare si illic egressi humores sunt uel aliqui ab oculo illius pueri non in conuenit ipsos restaurari que fuerunt uerba Galien. ¶ Sed diceret aliquis ex responsione uel saluatione dicti Galien. in quarto de accidenti capitulo de causis accidentibus sensus uisus uidetur uelle ipsos humores membra esse scilicet cristallinus uitreus et albugineus et uidetur ꝙ non: quoniam non carniforme nec spermaticum ergo et cetera: ex non carniforme declaratur auctoritate Galieni in ipsomet loco. ¶ Et ratione quia sanguis quando transmutatur in membra sanguinea per paucas et faciles transmutationes transmutatur in membra.

¶ Sed sanguis in his recipit longas et grādes transmutationes: ergo non sunt membra carniformia et ꝙ non sit spermaticum probatur qr membrum spermaticum totaliter deperditum

non restauratur. ¶ Sed humor albugineus totaliter deperditus restauratur aliquando ut Galienus in loco preallegato dixit ergo et cetera.
¶ Item animatum corpus terminatur termino proprio sed nullum istorum uere nutritur: quia ad nullum illorum terminatur vena uel porus deferens nutrimentum ergo et cetera. ¶ Ad oppositum est mens doctorum et probatur ratione quod oculus est membrum organicum quod membrum integratur ex humoribus et tunicis. Sed omnia integrantia membrum organicum sunt membra. ¶ Cum ergo humores et tunice integrent membrum quia occultum uidetur quod humores et tunice sunt membra. ¶ Prima ergo conclusio de hoc humor cristalinus est animatus probatur humor cristallinus est principalissima pars oculi ergo est pars animata: consequentia tenet per hoc quod quelibet pars principalissima membri organici et est animata: quod patet quia per eam operatio principalis membri organici perficitur. ¶ Secunda conclusio cristallina aliquando patitur per communitatem probatur quia contingens est humorem albugineum esse opacum ratione cuius species uisibilium ad cristalinam non debito modo portabuntur quo posito in esse egrotabit. ¶ Cristalina ergo sed tunc sit si cristalina per communitatem patitur ergo aliquod aliud membrum per proprietatem patitur si nullum aliud egrotat per proprietatem nisi albugineus humor ergo ipsum est animatum: quia nil patitur nisi sit animatum quare sequitur secundo quod humor albugineus est membrum: et per idem potest dici de humore vitreo quare sequitur quod omnes humores ipsius sunt animati et quod sint isti humores animati probatur quia ipsi deperditi non restaurantur ut pili vngues humores que in proprie partes nostri corporis dicuntur quia in eis est sola generatio ut dixit Galie. secundo tegni. ¶ Et hec ratio mihi concludit
¶ Secunda ratio quia ista sunt pars principalis membri organici: ut dixi ergo et membra spermatica uel carniformia. ¶ Dico quod sunt spermatica uel ad ista resolubilia. ¶ Et ad argumentum cum dicitur quod spermaticum membrum totaliter deperditum non restauratur. ¶ Dico quod verum est. ¶ Et ad Galie. dico quod ille humor totaliter non fuit in puero illo deperditus. ¶ Et si totaliter foret deperditus restauratio non foret possibilis. vnde osse brachii existente deperdito secundum se totum nullomodo est restauratio possibilis nec in aliqua: sed si aliqua pars eis est deperdita restauratio est possibilis et sic dico de humoribus quare et cetera. ¶ Ad secundum dico quod non omnia membra spermatica terminantur termino proprio nec etiam omnia membra spermatica sunt dura immo aliqua sunt mollia ut patet. ¶ Ad tertiam dico quod nutriuntur et nutrimentum recipitur in eis sicut et in aliis membris spermaticis quia nutrimentum per uias in manifestas vadit ad illa membra quare talia membra virtutem innatam habent solum. Et amplius in istis non me extendo quia nimis longum esset declarare.

¶ Capitulum tertium de vulneribus palpebrarum.

Sciunt doctores quod si palpebra incidatur quod suatur cum acubus curuatis et hoc non est propter aliud nisi propter concauitatem que est in oculo vnde recta non potest ita bene transmitti per partes illas: licet cum recta sepe sui sed non ita bene. ¶ Et quia hoc capitulum mihi habet proprium ideo de eo me cito expedio pro quo nota: quod aliquando area pilorum est incisa totaliter quia locus est ualde cartilaginosus et incarnatio numquam sit bona patet quia membrum est pauce carnositatis. ¶ Si solum pars superficialis sit incisa illa bene incarnatur quare ergo locum illum suere debes cum punctis latis et apponere debes pulueres incarnatiuos et albumina ouorum conquassata cum oleo ro. et pul. ill' et supponere uel incarnare potes modis aliis dictis in primo libro loco proprio.

¶ Capitulum quartum de uulneribus nasi.

Nasus quandoque uulneratur quandoque frangitur quandoque conteritur et conquassatur: hic tamen proprie agitur de incisione nasi quia plurimum hoc accidit: gratia tamen communionis loquar sicut de capite locutus sum. ¶ Nasus etiam quandoque abscinditur secundum se totum quandoque non sed tenet se pro parte. Si secundum se totum abscinditur non potest incarnari. ¶ Si nasus non secundum se totum incidatur iterum aliquando uulneratur secundum longum et aliquando secundum latum. Si nasus incidatur secundum longum uel latum iterum uulnus aliquando est latum et aliquando strictum. ¶ Si uulnus fuerit strictum et sine deperditione cutis et carnis tunc sufficit sola ligatura uel si illa non potest bene fieri suatur coductis tamen primo bene partibus: recordare tamen quod debes facere flobotomiam uel uentosationem secundum necessitatem et dispositionem patientis et purgationem etiam facias ut uidetur tibi necesse quia si repletio est in toto euacuationem uniuersalem facias. ¶ Si repletio sit in capite solum cum pillulis de iera uel aureis uel cochiis facias et per hoc completur prima intentio.
¶ In dieta fac ut dictum est supra capitulo de uulneribus oculi: et per hoc completur secunda intentio. ¶ Si ergo nasus incidatur secundum longum et incisio sit stricta tunc sufficit sola ligatura uel sola appositio punctorum. ¶ Si incisio fuerit secundum longum et lata fuerit uel os sit scissum uel non. ¶ Si non conducas partes et suas

ũt dictum est ⁊ incarnetur modo dicto in pͥo
libro. ¶ Si os fuerit scisſum uel est seperatum
ab origine ossis uel non. ¶ Si non est sepe/
ratum et est aptum conduci conducas carnem ⁊
ossa adinuicem ⁊ sue ⁊ incarna quia bene incar
natur ut sepe feci: videas tamen ne aliquod fru/
strum ossis esset seperatum uel aptum seperari
a toto osse cum digito ⁊ illum moue. ¶ Si non
est possibile illum conduci tunc remoueas ipsũ
⁊ incarna ut in sequenti dicetur. Si os modo
pro parte est separatum ab origine ossis tunc il
lum moue subito ⁊ uiolenter ⁊ conducas carnē
illam super originem ossis ⁊ sue ⁊ incarnetur.
¶ Istud ego feci in capite ⁊ feci ĩ digito ⁊ feci ĩ
tibia ⁊ semper mihi bene successit. de remotiõe
ossis. ¶ Dicunt aliqui ꝙ debet remoueri subito
i. in principio uulneris eo quia in remouendo il
lud causatur dolor ⁊ uulnus nouum. ¶ Quare
ne illa causentur non debet remoueri post prin
cipium: sed solum in principio ĩ quo ista duo sũt
s. dolor ⁊ uulnus ⁊ huic credo. ¶ Isto facto de
fensiuum debet apponi circa locum ⁊ super lo
cum defensiuum est tale. ℞. succi morelle succi
semperuiue añ. ℥. i. ſ. olei ro. ℥. i. boli armẽi. ℥. ſ.
aceti. ℥. ii. misceantur in simul et cum petiis po
natur super locum et facias hoc defensiuum do
nec sis securus de apostemate. ¶ Si contingat
ꝙ nõ possit fieri sutura quia acus recta est: tunc
ponatur ipsa in igne ⁊ cũ fuerit super calefacta
curuetur et tunc prosequaris in operatione quia
facies suturam et incarnes modo dicto uel mo
dis in primo libro. ¶ Nota ꝙ uinum calidum
multum incarnat modum istum ut uolunt mul
ti magistri. ¶ Et ego credo quod illud uinum
debet esse stipticum naturaliter uel artificialiter
¶ Si contingat modo ꝙ uulnus esset aliquali
ter antiquatum sic ꝙ labia non essent sanguino
lenta ⁊ vel suere debes rascare tunc labia et face
re ipsa sanguinolenta: et consequenter debes su
ere modo dicto et procedere sicut dictum est.
¶ Si autem uideris ꝙ post principium uulnus
indigeret aliqua mundificatione cum melle ro.
mixto cum farina ordei uel cum terbentina mi
xta cum melle ro. ¶ Post mundificationem in
carna locum cum puluere turis uel cum alio pl
uere generante carnē sicut cũ ireos uel aristol.
et sic de aliis: post hoc consolida locum cũ pul
uere nucis cipressi et ablutione facta cum uino
calido stiptico. ¶ Si contingat modo ꝙ uulnus
sit cum deperditione carnis conetis generare
carnē cum re et sic fit. ℞. turis mirrhe ana. ℥. ii.
farine fenugreci. ℥. ſ. rasine. ℥. i. ſ. cere et olei quã
tum sufficit et fac unguentum. ¶ Item ualet iste
puluis. ℞. masticis turis mirrhe dragãti gummi
arabici añ. ℥. ii. farine fenugreci. ℥. ſ. ⁊ misceatur
¶ Et intelligas hoc primo facta digestione in
aliis cum uitello oui ⁊ terbentina ⁊ extersione
facta consequenter locum sigilles cũ greco mi
nori uel cum unguento de minio uel cum pul/
uere qui sic fit. ℞. nucis cipressi corticum gra/
nati mumie añ. 4. i. puluerizentur ⁊ cribellentur

¶ Si uulnus esset modo ex transuerso nasi ita
ꝙ nasus esset ex toto incisus potes tũc suere iun
cta bene parte cum parte. Si non uis suere cũ
ligatura tene partem iunctam cum parte ⁊ de ta
li ligatura inuenio multas discordias. ¶ Primo
dixit Lanfrancus ⁊ Theodoricus ꝙ locus lige/
tur cum duabus ligaturis una ponatur sub naso
⁊ ligetur capiti alia super nasum ut teneat medi
cinas super locum. ¶ Rogerius ⁊ Guil. dicunt
ꝙ cum una binda incisa per medium ubi nasus
possit ingredi ligetur. ¶ Henricus illos modos
reprobat ⁊ dicit ꝙ si fascia esset strictior q̃ȝ opõ
tet tunc nasum difformat. ¶ Si latior q̃ȝ opor
tet nihil operatur: quare dixit melius est dimitte
re ligaturam nihilominus concedit ligaturã de
sub ⁊ non desuper. ¶ Ego autem de ista altera
tione parum curo quia in facie non potest dari
certa regula de ligatura quare quilibet faciat se
cundum ꝙ suum ingenium melius inuenire po
terit. tamen ego imponerem unam cossiam ĩ ca
pite bene strictam ⁊ ligarem nasũ ut dicit Guil.
⁊ bindam istam suere cossie ⁊ credo ꝙ hoc suf
ficeret quantum ad ligaturam et isto modo ope
ratus sum. ¶ Istis etiam non obstantibus dico
ꝙ melius est suere et incarnare modo dicto.
¶ Et non obliuiscaris ꝙ in naso ponatur una
canna penne anseris ut aer et sanies possit habe
re spiramina sua et aliqui ponunt tentam unam
in quolibet nare de stuppa uel de petia uel de li
gno. ¶ Et ego credo ꝙ fiat hoc ꝓpter aliã cau
sam. s. ut pars nasi cum alia parte bene iungatur
quoniam si coniunctio non esset debita foramẽ
nasi tunc clauderetur uel tortuosum remaneret.
¶ Quare in processu difficultas esset in attrahẽ
do et expellendo aerem ut ergo euitetur hoc po
nunt tentam. Si autem nasus esset conquassatus
ita ꝙ os sit contusũ quia dixi me dicturum: de
hoc tamen ꝙ operatus sum ꝙ frustra ossis de
bent equari cum digitis ⁊ ponere digitum in na
sum et ipsa eleuare et consequenter ponere tentã
in naso ut ossa deprimantur et consequenter pul
uili balneati in albumine oui ponantur ĩ primis
et in processu ponatur oxirocroccon et ponatur
puluis uolatilis molendini boli armeni et sãgui
nis draconis et oleo ro. fiat unguentũ et ĩ. xviii.
diebus speratur de restauratione ossis nasi. ¶ Si
uero esset in naso contritio curetur ut alie contri
tiones et in hoc non sto quia recurre ad primũ
librum in tractatu de contusione et attrictione.
¶ Si autem uulnus factum fuerit cum sagitta
considera utrum sagitta sit apparens uel non.
¶ Si autem sit apparens mollifica locum et cõ
forta ipsum cum oleo rosacco calido et fac flo
botomiam prima die et fac clistere. ¶ Et dicta
eius sit frigida. ¶ Sequenti die accedas ad in
firmum et nisi debilis sit aut alia causa impedi
at te capias cannulam sagitte cum tenaculis den
tatis et firma bene tenacula et consequenter uol
ue sagittam cum tenaculis adestris in sinistris
et postea reducas ad locum in quo fuit primo ⁊
sic recte ⁊ naturaliter poteris sine dificultate ex

trahere eam cũ uiam sibi feceris ex reuolutione adextris in sinistris et econuerso. ¶ Si tamen sagitta nõ fuerit multũ fixa poteris prima die mouere eas nisi aliud impediat te. Sagitta extracta non comprimẽdo dolorose impleas uulnus cum petiis ꝛ stuppis infusis in oleo rosaceo calido et uitello oui ꝛ hoc vsq; ad tres dies uel quattuor. ¶ Et post quattuor dies incipe mundificare uulnus cum farina ordei ꝛ melle rosaceo ꝛ si dolor adesset addatur farina fenugreci facta mundificatione incarnetur et consolidetur sicut in isto capitulo dictum est. ¶ Si autem sagitta nullo modo fuerit uisui mãifesta inquire de ea ꝛ si eam non inuenies uia aliqua semper mollifica locum ꝛ conforta cũ oleo ro. vsq; ad consolidationem vulneris ¶ Et si poterit uulnus hoc consolidari per uiã istam facias quoniã isto modo sepe consolidatur: ut uidetur uel locum teneas apertum usq; ad manifestam apparitionem sagitte quoniã natura multotiens expellit ĩ eã ad locũ cõuenientẽ: ꝛ tunc sepe extrabitur per se sine difficultate: uel sine medico vel manifestabitur sic ꝙ extrahi poterit. ¶ Si autem non appareat: sed manifestatur tactui ꝛ nõ visui conare: tunc ponere ĩ cãna sagitte oleũ ro. ꝛ mollificare locum uulneris cum eodem oleo per tẽpus: ꝛ cum uisum fuerit tibi locum fore mollificatum pone vncinum uel tribellũ uel aliud istrumentũ ut tibi uidetur in canna sagitte ꝛ bñ ipm ꝯprime ꝛ cum volue uncinũ uersus partem exteriorem ꝛ cõmoue sagittã ꝛ eã extrahe si sit possibile. ¶ Si autem eã extrahere non poteris iterum redeas ad mollificationem loci et dilatationẽ eius: q̄r ꝑ primam experientiam conari locũ dilatare cum tentis et cum spongiis et aristol. et aliis habentibus dilatare. ¶ Et aliqui apponunt uitriolum in loco cum oleo ro. et specialiter ĩ cãnula sagitte et contl. extrahas sagittam et tã diu prosequeris illo modo: quia ter uel quater ꝙ ipsa extrahatur isto modo neq; dolorose extrahetur. ¶ Si autem sagitta barbulata fuerit capiãt barbule cum tenaculis si poterit uel in barbulis ponantur penne anserine non incise nisi in una parte: et tunc capiatur sagitta cũ tenaculis et extrahat q̃n barbule non possent infigi in carne. ¶ Et nota ꝙ moderni habẽt terrebella ꝛ ponũt ipsa in cannula sagitte: et uoluunt terrebellum. ¶ Et cũ fuerit bene fixum in sagitta extrahũt: tunc sagitta exiũt: ꝛ non pono compositionem illius terrebelli: q̄r nõ est omnibus et sagitta extracta mundificetur locus. ¶ Et si mel ro. cum fa. ordei non suffecerit: q̄r sepe carnositates orte sũt ĩ loco ex magna mora quã fecit sagitta ĩ loco tũc mundifica cum unguento uiridi uel apl'orũ ꝛ inde consolides modo dicto supra.

¶ Capitulũ q̃ntũ de uulnerib' auriũ et labiorũ.

Ista membra scilicet aures et labia nihil habẽt ꝓprium ab aliis membris quare si aures uulnerantur: et nulla fit perditio in eis suatur: et incarnentur cũ puluere incarnatiuo et albũie oui mixto cum oleo ro. et hoc si uulnus fuerit in substantia auris. ¶ Si autem fuerit de perditio carnis digerantur labia põet consequenter mundificentur et tertio generet caro: et quarto consolidẽtur: et hoc dictũ est in primo cap'lo huius libri: ꝛ hoc est generale in oĩ uulnere facto cũ de perditione carnis. ¶ Similiẽ eodẽ modo ꝛ per omnia fiãt si uulnus fuerit in aliis de uno. tamẽ auiso te ꝙ in sutura labii bene iungas partẽ cũ parte labii ne in eo causetur eminẽtia que difformitatẽ faceret in labio. ¶ Et iam illã difformitatem causatam in labio cito curaui. et primo incidi illam difformitatem: q̄r partem illam labii sic eminentem et consequenter locum consolidaui et remota fuit illa diffõmitas: ꝛ hoc feci ĩ una domicella. ¶ Si autem uulnus aur'. uel partiũ circũstantium esset cum sagitta factum debes cõsiderare si sagitta penetrã usq; ad substãtiã cerebri uel non. ¶ Si penetrauerit coniecturã habere poteris per hec signa quoniam oculi efficiũẽ rubei aut causatur alienatio aut uigilia aut uomitus aut causatur tremor aut debilitas sensus.

¶ Cum autem securus fueris de hoc siue extrahas sagittam siue non est mortale. ¶ Et ego uidi in primo iuuene de argelata qui percussus fuit non in aure: sed in partibus circumstantibus cũ uno baculo acuto ꝛ penetrauit ad substantiã cerebri: et ego cognoscens hoc fugi et pronosticatus fui de mõte et aliis medicis dimisi et breuiter ad mortem deuenit. dico tamen ꝙ melius ẽ sagittam extrahere q̃ ipsã dimittere cum protestatione: tamen ne ad infamiam uulgarium õuenias et modi extractionis habes in primo libro tractatu de fractura cranei quare illic uide. ¶ Si autem sagitta non penetrauerit usq; ad substantiam cerebri: periculũ tamen est ꝙ ipsa non penetrauerit usque ad neruum auditus quare possit amitti auditus. in isto ergo cãu extrahatur sagitta et digerant labia uulneris et contl. incarnetur et ꝯsolidetur: ut etiã dictum est et licet in principio cap'li ꝺ dieta nihil sit dictum: tñ nũc dico dieta sit farina usque ad octo uel decem dies quoniã tunc eris securus de cuitatione apostemat. et locus inungatur circumquaque cũ oleo rosaceo bolo armeno ꝛ terra sigillata: ꝛ cum eis addatur parum aceti: et succi etiã herbarum frigidarum in hoc ualent ꝛ fiet flobotomia in principio si opus fuerit et similiter solutio uentris. ꝛ in processu fit semper solutus de uentre cum clisteri uel alio modo.

¶ Capitulum sextum de uulnere colli. ꝛ ꝑtiũ ei'

Vulnera colli quedam sunt in sola carne: quedam sunt in ossibus spondilium: quedam in ligamentis lateralibus: quedam in uenis quare in precedenti sit sermo pro quo notes antequã

ad curam deueniam ꝙ si neruus uel corda in cidatur colli raro est: ꝙ collum habeat liberuz quo ad motum eius ⁊ hoc ut dixit Rogerius ¶ Appullius dixit ꝙ si uulnus ueniat usque quo exeat nucha mortale ⁊ incurabile indicatur: ut dixit Galienus in duodecimo de utilitate mem brorum passiones nuche similes sunt passioni bus cerebri. ¶ Si autem uulnus non uenerit usque ad medullam adhuc timendum est de le sione neruorum orientium ab illa parte ⁊ spe cialiter de nocumento sensus ⁊ motus neruo rum ⁊ membrorum ad que delegantur nerui: interius uulnera que pertingunt ad neruos re uersiuos perpetuam generant raucedinez. ¶ Et dicunt aliqui ꝙ si pertingit ad quendam ner uum qui extraxit iuxta aures: dicunt ꝙ nunquã generabit ille homo: ¶ Et credo ꝙ hec possit esse ratio quia i factione spiritus gignitiui gigni tur concurrunt iste spiritus: scilicet animalis na turalis ⁊ vitalis. ¶ Et ex istis intesticulis fit vnus spiritus qui dicitur gignitiuus. ¶ Cum ergo spiritus animalis debeat deferri a cerebro ad locum istum oportet ꝙ deferatur mediante neruo quia nerui seruiunt cerebro delatorie si cut vene epati ⁊ artarie cordi: cum neruus iste transiens post aurem sit neruus deferens spiri tum animalem pro generatione spiritus gigni tiui: sit incisus patet: ꝙ spiritus per eum transi re non potest quare deficit generatio spiritus generatiui et per consequens actus generatiuus ꝙ erat declarandum: preterea uulnera arteriaruz magnarum ⁊ uenarum magnarum sunt periculo sa quia cito exalantur spiritus ⁊ sanguis quare sequitur mors. ¶ Iterum dico ꝙ uulnera tra chee artarie sunt periculosa ⁊ meri etiam quia habent seruicium uite necessarium ⁊ cum hoc sunt difficilis consolidationis ⁊ hoc est quia sunt transitus aeris ⁊ cibi. ¶ In cura ista ha bes quattuor intentiones. ¶ Prima est in dieta ¶ Secunda in purgatione. Tertia in locali bus ¶ Et quarta in accidentibus ¶ Prima cõ pletur ut sepe dictum est. ¶ Summe tamen respiciant isti tales a vino quoniam nihil mun di impedit ita neruos sicut vinum nisi alia cau sa te impediat: ¶ Secũda etiam intentio cõ pletur ut etiam dictum est in aliis capitulis de flobotomia ¶ Tamen dico ꝙ si multa quanti tas sanguinis exiuerit dimittatur flebotomia et ventose tunc sufficiunt. ¶ Si non fiat flebo tomia etate ⁊ aliis consentientibus. ¶ Quan tum ad tertiam intentionem dico primo ꝙ si uulnus fuerit in carne ⁊ fuerit sine deperditione eius tunc conducas partes ⁊ suturam facias et dimitte locum decliuiorem apertum ⁊ illic po ne tentam primo cum uitello oui post pone cuz trementina consideratis tamen necessitatibus consequenter incarnes modo dicto sepe ⁊ circa locum ponatur defensiuum de bolo armeni vel de succo herbarum secundum necessitatẽ. Si autem hoc vulnus magnum ⁊ longum fuerit cũ

deperditione carnis solum tunc consideratio sit in confortatione loci circa uulnus ⁊ in re stauratione carnis uel pellis de quibus iam se pe facta est mentio. ¶ Si modo tale vulnus fuerit cum deperditione ossis sepati tunc moue as ipsum ⁊ incarna modo dicto iam. ¶ Pul uis incarnatiuus. Recipe thuris vnciam vnam farine fenugreci dragãti gummi arabici mumie ana. vncias duas cribellentur ⁊ operentur. ¶ Si autem non potest manuteneri conducas partes vulneris ⁊ sue ut dictum est ⁊ cetera. ¶ Si uero uulnus fuerit cum lesione nuche conside ra membra ad que transeunt nerui orietes ab illa parte an amiserint sensum an non uel motũ in toto vel in parte. ¶ Si talia membra nõ amiserint motum nec sensum tunc conducas partes ⁊ fac modo iam dicto ⁊ dimitatur locus apertus ubi est lesio nuche ⁊ conforta nucham cum melle rosaceo ⁊ trementina ⁊ farina fenu greci mixtis ⁊ pone hoc calidum super locum ⁊ de melle rosaceo mixto cum oleo de mastice ⁊ oleo de lilio facto cum speciebus post hoc ap pone quia nuca cooperta incarnetur locus et cõ solidetur. ¶ Si vero amiserint sensum uel mo tum in toto uel in parte: ita quod nuca fuerit le sa curetur cum rebus incarnantibus ⁊ confortã tibus ipsam: ⁊ cum melle rosa. ⁊ trementina ⁊ fa rina fenugreci uel cum melle ⁊ oleo de mastice et lilio mixti. et hoc usque ad ipsius nuce incar nationem postea incarna vulnus et consolida. ¶ Semper autem confortetur locus circa vl nus cum oleo rosa. uel cum succis herbarum fri gidarum uel cum alio defensiuo. ¶ Si vul nus modo fuerit sine lesione nuche: tunc a prin cipio digeras et conforta locuz cum vitello oui et oleo rosa. vsque ad tres uel quattuor dies po stea mundifica ipsum cum farina ordei ⁊ melle rosa. mixto. consequenter incarna demum conso lida. ¶ Si vero vulnus fuerit secundum la titudinem. quia ex transuerso cuz lesione nuche tunc quasi membra semper interiora amittunt sensum et motum: et amplius non redeat. ⁊ tunc in illo casu debet medicus multum confortare locuz ⁊ debet conari locum incarnare. ¶ Un de natura ex confortatione sui facit illud quod impossibile esset medico facere: ⁊ non mirareris quia forti ⁊ bone nature nihil est impossibile: tunc in illo casu incarna locuz et conforta ut di ctum est nihilominus. ¶ Lanfrancus dixit q̃d locus ꝯfortetur cum oleo rosa. calido ⁊ desuper ponatur in principio uitellum oui. usque quo fu erit dolor sedatus postquã in loco fuerit sanies mundificetur et incarnetur cum isto. Recipe mellis rosa. colati uncias quattuor farine ordei: uncias semis termentine dragmas tres cere rasi ne ana dragmas duas thure masticis ana drag mam unã mire sarcocolle mumie ana dragmas semis olei masticini dragmas tres ⁊ fiat unguen tum. ¶ Si uulnus fuerit modo nõ cum lesio ne nuche: sed cum incisione uene a qua exiuerit

sanguis nimius: tunc dicunt aliqui quod locus cōducatur usque ad locum uel uenaȝ a qua exit sanguis cum sutura deinde super suturam ponatur puluis iste: Recipe sangui. drago. boli arm. draganti gummi arabici ana unciam semis terantur et cribellentur ꝛ ponantur super locum: d inde superponantur stuppe balneate super locuȝ a quo sanguis exit pone puluerem de gipso uel de mumia cum albumine oui ꝛ iterum ualet: et istud etiam ualet: ut dicit guil. Recipe raspature charte ꝛ telle aranee an. et fiat cum istis et albu bumine oui emplastrum. ¶ Si cum istis cō solidari non poterit cauteriza locum quia caput uene quia cum cauterio habente formam rotundam ꝛ super locum pone et contl. albumen oui. ¶ Et si ista non sufficiunt tibi recurre supra ad primum librum ad capitulum de fluxu sanguis. ¶ Si uulnus fuerit in collo cum sagitta ꝛ factum fuerit cum lesione nuche scies: tunc quia mēbra inferiora sensum perdent ꝛ motum tunc in illo casu intentio tua sit extrahendo sagittam: ꝛ primo uolues ipsam a dextris in sinistris cum tenaculis et consequenter cōducas ipsam ad locuȝ suum: et tunc extrahe ipsam et exibit: primo tamen mollifica locum ut dictum est supra: ꝛ si fuerit opus incidere locum parum ut ipsa sagitta possit exire: et ipsa extracta impleas uulnus cum uitello oui: et oleo. rosa. calido in hieme et frigido in estate: et hoc facias per duos uel tres dies: procedas consequenter cum melle ro sa. et pulueribus incarnatiuis farina ordei per aliquos dies: deinde cum melle rosa. ꝛ pulueribus incarnatiuis. ꝛ cōsequenter procedas cum rebus habentibus plus carnem indurare ut est sarcocola mirra aloes. ¶ Unguentum apostolorum ꝛ sic de aliis ut medico uidetur. ¶ Et eodem modo procedas si uulnus cum sagitta fuerit. ꝛ fuerit sine lesione nuche: nota tamen aliqua generalia unum generale quod si uulnus fuerit in nucha in parte in qua oriuntur nerui nobiles sicut sunt nerui euntes ad spatulas et consequenter ad brachia ꝛ alie euntes ad tibias. ꝛ partes istas mortale est. ¶ Et similiter si uulnus fuerit in nucha in parte illa ex qua nerui oriuntur a cerebro sic a spondilibus costarum supra mortale. ¶ Prima pars declaratur ratione. nam sensus et motus sunt necessarii in uita. cum ergo deperdantur: uidetur quod debeat sequi mors. ¶ Secunda pars est nota et licet hoc sit uerum et medicus hoc uideat: non tamen debet medicus negligere infirmum ne a laicis reprehendatur si liberaretur quoniam ut dictum est supra natura semper operatur illud quod medico uidetur impossibile. ¶ Sed utatur medicus pronosticatione ne a sophisticis reprehendatur. ¶ Nota secundum generale quod si uulneribus neruoruȝ nobilium aut cerebri aut nuche superueniat rigor siue sit cum febre siue non mortale. ¶ Sed si rigor fuerit cū febre et uigiliis et destructione appetitus et grauedine totius cōporis et amētia mortem dico significare sine dubio. ¶ Et tamen omnibus istis superueniat fluxus uētris et ista moueāt bonum: quia arguimus fortitudinē uirtutis: si uero nō mortē.

¶ Capitulum septimum de apostematibus gule ꝛ partium eius.



Ulnera gule timorosa sunt siue sit cū ense: siue sint alio modo siue etiam sint secundum longum: siue secunduȝ latum: ꝛ hoc nōn ꝑpter aliud nisi propter cānā plmōis cuius nomen ē trachea artaria aut propter cannam stomaci cuius nomen est meri. ¶ Et propter: duas uenas magnas que sunt a dextris et a sinistris cuius nomen est guideȝ, sub quibus etiam uenis collocate sunt due artarie satis magne pro quo nota quod iste vene et artarie immediate diriguntur ad cor ex quorum nocumento per uiam cōmunicationis sequitur nocumentuȝ pulmoni et cordi ratione cuius sequitur mors uulnus cāne stomaci est periculosum etiam: sed nō ita quia cibus qui debet attrahi non attrahitur etiam debito modo quare etcetera. ¶ Sed quia homo diutius uiuit sine cibo ꝙ sine attractiōe aeris. dico ego quod vulnus canne pulmonis ē periculosius. ¶ In cura ista habes tres intentiones. ¶ Prima est in euacuatione. ¶ Secunda est in dieta. ¶ Tertia est in localibus. Prima completur cum euacuationibus vniuersalibus uel cuȝ cassia uel electuario eius uel diafinicone uel alio modo secundum necessitatem. ¶ Syrupizetur etiam secundum casus ꝛ accidentia aduenientia. ¶ Et similiter fiat flobothomia de parte opposita parua uel magna secūdum necessitatem pacientis. ¶ Secunda intētio completur ut iam dictum: abstineat ergo a carnibus et a uino magno ꝛ ab aliis multiplicantibus sanguinem donec fueris securus de apostemate: post hoc utatur ipse carnibus bonis iaȝ sepe dictis: et bono uino odorifero limphato: tamen et hoc adiuuat multum in generatione carnis: ut dixi in primo libro. ¶ Uerumtamen respiciat se a brodiis et a fructibus ꝛ in aliis ēt se honeste habeat. ¶ Tertia intentio completur hoc modo ¶ Et primo si uulnus fuerit i guideȝ fiat flobothomia de brachio ut sanguis

diuertatur a loco illo ne ratõne compassionis ad coꝛ transeat quia ista duo membꝛa colliganti am habent insimul ut dixi. Pro quo diligẽter nota ꝙ vulnus paruum in loco illo dicitur esse causa moꝛtis ratione compassionis illoꝛum mẽ bꝛoꝛum quare oportet sepe societatis solicitudi nẽ habere ut dixit Auicẽ. quarta pmi pꝛimo caº. ¶ Unde tempoꝛe meo uidi quendam anglicum qui conductoꝛ erat centum lanceaꝝ: cuius nomẽ erat Guitil qui fuit vulneratus in gula cum sa gitta ꝛ illa quasi videbatur nõ perfoꝛauit pelleꝫ gule: Immo dico vobis ꝙ nullus laicus dixis set ipsum vulneratum ꝛ moꝛtuus ẽ incõtinenti ꝛ hoc non fuit propter aliud nisi pꝛopter vulnus factũ inguinem ¶ Uidi etiam alium percussum cum pugillo super locũ illũ ꝛ sincopiꝫauit ꝛ qua si ad moꝛteꝫ deuenit. Hoc ergo totũ pꝛouenit quia nocumentũ quod est in loco illo coꝛdi cõ municat̃ quare concludo ꝙ flobotomia conue nit ꝛ ad alia cõdialia defẽdẽtia coꝛ a suffocatõe ꝛ resolutione spũum ¶ Si fluxus sanguinis fue rit magnus ꝛ tu omnia considera quia omnes contingentias nõ possem tibi scribere: si tamen causatus esset fluxus sanguĩs curre ad illa que dicta sũt ĩ caº de fluxu sãguĩs vene ꝛ ad pm libm

¶ Si vo vulnus fuerit in canna pulmõis debes ꝯducere partem cũ sutura ꝛ manutenere locum qꝛ sutura cum albumine oui ꝛ oleo ꝛ pulueribꝰ incarnatiuis dictis in pº. libꝛo simul mixtis et stuppas balneare ꝛ sup locum apponere: ꝯsequẽ ter per tempus sumat diadraggm ꝛ teneat ĩ oꝛe ꝛ sic colliquatur paulatim ita transglutiat̃ paula tim. ¶ Et illud idem dico de vulnere meri quia suatur ꝛ incarnet̃ ꝛ obseruent̃ que dicta sunt in pꝛio libꝛo tractatu de vulneribus ꝛ illic vide.

¶ Si vulnus fuerit tñ paruuꝫ pꝛocedas sine sutu ra ut dictum est in aliis capl'is ¶ Si vulnus fue rit factũ cum sagitta tũc videre debes si in eius extractione fuerit periculum vel nõ ¶ Si nõ ex trahas ipam ꝛ ipa extracta impleas locum cum oleo ro. ꝛ vitello oui ꝛ in aliis fac ut dictum ẽ

¶ Si aũt fuerit periculum vel ex pate magnitu dinis vlcerum vel ex parte loci tunc debes lo cum mollificare ꝛ confoꝛtare ut dictum est ꝛ et dilatare si opus fueit ꝛ isto facto extrahas sagit tam ꝛ impleas vulnus cum vitello oui ꝛ oleo ro saceo. Tertia die ponas mel ro. cuꝫ farina oꝛdei post mundificationẽ consolida ꝛ incarna: Pro quo nõ ꝙ ego vidi quendam vulneratum in gu la ꝛ sagitta penetrauit gulam ꝛ hoc fuit ꝓpe ve nas gule non tamen fuerunt lese tunc sagitta fu it extracta cum solennitatibus iã dictis ꝛ ego ap posui tentã paruam ex vtroqꝫ latere intinctam in vitello oui ꝛ oleo ro. ꝛ post feci faldas de stup pa ꝛ balñeaui in albumine oui ꝛ oleo ro ꝛ incar natum ẽ in paucis diebus. Uidi aliũ vulneratuꝫ in gula: cuius nomẽ erat Matheus ꝛ bꝛeuiter ferrum sagitte remansit fixum in spatula. Ego autem videns ferrũ nõ posse haberi: timui et nõ curaui de visitatione sui ꝛ bꝛeuiter stetit sic per aliquos dies ꝛ demũ ad moꝛtẽ deuẽit paup hõ.

¶ Capitulũ. 8m. de vulnere in spatula ꝛ humere.

tur ⁊ cum hoc factum fuerit fiat sutura i siphac
⁊ i mirach ⁊ nõ impedias te de vulnere illorũ
membrorum quia non requirunt operationem
manualem ⁊ talia uulnera relinquantur opera
tioni nature ⁊ mortalia iudicentur: facta sutu
ra conserues suturam cum pulueribus incarna
tiuis ⁊ balneatis in albumine oui uel cum aliis
ut tibi uidetur: ⁊ consolida locũ per os autem
ut locus consolidetur si potest sumat aquã de
coctionis thuris ⁊ masticis ⁊ ponat eam in vi
no ⁊ omni modo quo potest utatur ea ¶ Sed
quereret modo aliquis quid fiet de illo sangui
ne remanente iter siphac ⁊ intestina. Dico ego
quod natura ipsum resoluit uel ipsum transmittit
ad inguina ¶ Et illic nouum apostema facit
quare pro cura eius recurre ad primum librũ
quia ad capitulum de bubone nihilominus su
per locum pone maturatiua ⁊ incide locum ⁊
mundifica ⁊ incarna ⁊ consolida ut dictum est
⁊ si natura non posset unum istorum duorum
facere esset signum mortis ⁊ icurabilitatis loci
et debilitatis nature ¶ Sit ergo in istis largi
tas uentris quia maxime necessaria est cum cli
steri uel cura. Sint autem ista leuia et non for
tia ⁊ similiter uulnera renũ similiter istis isto
modo curentur ut dictum est.

¶ Capitulum decimumquintũ de uulnere in
testinorum ⁊ zirbi ⁊ mirach ⁊ siphac.

Quia in uẽtre sũt
due partes scilicet contente et con
tinentes prout in anothomia hui
ãni fuit declaratum ¶ Ideo aliquã
do uulnus fit in parte quandoque
continente et quandoque in contenta. ¶ Iterũ
uulnera uentris quandoque penetrant ad intra ⁊
quandoque sunt non penetrantia ad intra ¶ Et
iterum q sunt ad intra sunt talia quod q ab eis ni
hil exit de membris intrinsecis ⁊ aliquãdo ex
it zirbus ⁊ aliquãdo intestina ⁊ aliquãdo zirbus

et intestina. ¶ Cause huius uulneris sunt intrī sece sicut lancea ensis sagitta ⁊ omne illud q̄d ē aptum perforare locum. ¶ Signuꝫ ꝙ talia uulnera penetrent uel non habetur per uisuꝫ ⁊ probam. ¶ Signum ꝙ zirbus sit alteratus est: q̄a substantia eius alterata ⁊ color eius fit liuidus uel niger. ¶ Signum ꝙ intestina sint lesa ⁊ incisa est exitus stercoris ab eis. ¶ Signum ꝙ sint subtilia uel grossa sumitur a loco. Naꝫ super umbilicum sunt subtilia subtus uero grossa ⁊ etiam in latere sinistro grossa ⁊ in dextro subtilia ut in anothomia uidetur. ¶ In cura ista habes quattuor intentiones. ¶ Prima est in purgatione. Secunda in dieta. Tertia in operatione manuali et in localibus. Quarta est succurrere accidentibus. Primo ergo fiat flobotomia si non exiuerit magna quantitas sanguinis ⁊ hoc si etas ⁊ uirtus consenserint ⁊ si non potest fieri scarificatio: purgatio fiat cum clisteribus mollibus ut feces non indurentur et in aliis sis solicitus. ¶ Secunda completur cum debita dieta: utatur ergo rebus frigidis sicut farre milio lactuca et aliis similibus dictis alibi ⁊ hoc si uirtus fortis fuerit ⁊ hoc donec sit securus de apostemate. ¶ Si autem esset debilis tunc brodia carnis conueniunt ⁊ carnes edi pullorum perdicum ⁊ auium montanarum: ⁊ similia. ¶ De tertia intentione nec de quarta non loquor quia iudicio meo satis locutus sū in primo libro ⁊ in tractatu de uulneribus de cuius cura facit mentionem Auicenna. Quare mihi fuit necesse secundum tenorem primi libri mentionem facere illic: ergo illic uide unū tamen dico uobis hic quod non dixi in primo libro. ¶ Accidit sepe ꝙ homo cum lancea est uulneratus ex utraque parte corporis ⁊ occurris isti. ¶ Cum ergo occurris isti debes considerare aspectum ipsius ⁊ fortitudinem illius ⁊ an sit febris ⁊ an multum cōqueratur. ¶ Si autem in omnibus iste se bene habuerit. Judica ꝙ intestina neque uene mesenterii neque uena chilis neque artaria adorti neque nucha sunt lesa ⁊ in isto casu debes locum incarnare ⁊ dēs ualde bene locum cum uino stiptico lauare.

¶ Et in isto casu debes locum incarnare: uidi multos ⁊ audiui a multis qui fuerūt liberati. ¶ Et si sanguis remanet ad intra natura ipsum resoluit uel transmittit ad inguina ⁊ generatur illic apostema ut dixi in precedenti capitulo et isti tales semper sint largi in uentre. ¶ Et iam istū casum habui pre manibus in uno de argile qui cum una lancea ex utraque parte uulneratus et lancea penetrauit. ¶ Et breuiter curatus est in hodierna die etiam uiuit. ¶ Si modo uideris istam penetrationem fore cum debilitate uirtutis ⁊ cum febre ⁊ cum aliis accidentibus malis tunc iudica illud uulnus malum: nam sagitta ⁊ lācea aliquando tangit membrum intrinsecum ⁊ tunc mortale est ⁊ aliquando non et istud est salubre: contingentie ergo sunt iste. Considera ergo bene. Uidi ego unum hominem fore uulneratum cum uno gladio in uentre ⁊ infra umbilicum ⁊ non penetrauit uulnus nisi ad locum intestinorum et in tribus diebus fuit mortuus ⁊ non mirum quia omnia accidentia predicta fuerunt mala. ¶ Existimaui ego ꝙ aliq̄ uena esset in uentre fracta ⁊ forsan uene meseraice fuerunt fracte ⁊ hoc ex magna abundantia sanguinis quam uidi in uentre.

¶ Capitulum decimumsextum de uulnere femoris ⁊ inguinis.

Ulnera istorum scilicet femoris et inguinis quandoque fiunt cum sagitta et aliquando alio modo. ¶ Et uulnera istorum locorum quandoque fiunt in contentis mēbris sicut in uesica et matrice. ¶ Et quandoq̄ fiunt uulnera ista in continente sicut in musculis et in siphac continente intestina ne ad bursam intestinorum descendant. ¶ Signum ꝙ uesica sit incisa habetur per exitum urine ⁊ per locum in pectine designatum. ¶ Signum uulneris matricis est quia a partibus inferioribus ut per uuluam exit sanguis ⁊ locus etiam hoc declarat qui est in femore. ¶ Et ego credo ꝙ matrix non potest uulnerari a parte anteriori ⁊ posteriori quin etiam uulneretur uesica aut intestinum rectum. ¶ Quoniam in anothomia mulieris uidi quam propria manu feci ꝙ matrix collocatur inter uesicam et inter intestinuꝫ rectum. unde dixit Mundinus ꝙ intestinuꝫ rectum est culcitra ipsius matricis quare ⁊ cetera ¶ Judicatur autē de uulnere uesice quoniam ipsum est mortale. vñ dixit Ypo. septima affo rismorum vesicam incisam cerebrum ⁊ cetera ¶ In cura ista habes tres intentiones ut in multis aliis capitulis est dictum fiat flobotomia si opus fuerit ⁊ uirtus et etas consenserint uel scarificetur ut tibi uidebitur: purgetur cum lenitiō uel aliis medicinis leuibus: utatur sepe clisteribus uel suppositoriis. Et breuiter se bene habeat in largitate uentris secundum quantitateꝫ assumptorum et etiam plus ut aliquid superfluitatis expellatur. ¶ Dieta infirmi bene sit ordinata modo dicto pluries donec sit securus de apostemate ⁊ in aliis etiam rebus non naturalibus honeste se habeat. ¶ De potu sepe dictum est et in aliis quare illa nō recapitulo. ¶ Tertia itētio ꝯpletur hoc modo consideres primo si

uulnus penetret an non: si nõ penetret ⁊ sit ne
cessaria sutura tunc sue ⁊ incarna locuꝫ modo
dicto sepe. Si non sit necessaria conductura di
geras labia ⁊ mundifices ⁊ incarnes: deinde
consolida. ¶ Probibe tamen ne locus generet
apostema cum defensiuo uel defensiuis dictis
Si uero vulnus penetret uideas si vesica sit le
sa an matrix: si mulier fuerit an panniculus si/
phac teniens ne intestina descendant ad bursaꝫ
Si uero vulnus penetrauerit usqꝫ ad uesicam:
⁊ fuerit cum sagitta mollifica primo locum ut
in aliis locis sepe dictum est ⁊ amplia locum:
si opus fuerit ⁊ ipsam extrahe ⁊ in loco pone
uitellum oui cum oleo ro. ¶ Cum ergo uideris
hoc vulnus quomodocunque sit in uesica iudi
ca ipsum mortale quod cognosces ex signis di
ctis in principio capituli. Et ratio quare ẽ mor
tale est hec quia ipsa est neruosa: talia autem nõ
recipiunt inuiscationem quare ⁊ cetera. ¶ Se/
cunda ratio quia urina est acuta cum ergo ipsa
inuenit foramen ratione sue acuitatis semper
illud dilatat quare prohibetur consolidatio: sꝫ
quamuis hoc sit rationale quod dictum est: ni
hilominus procedas in cura modo rationali ⁊
omni modo ⁊ ingenio procedas et intendas
circa incarnationem loci ⁊ in confortatione ip
sius. ¶ Et prohibe etiam quantum potes ne in
loco generetur apostema. ¶ Incarnatiuum est
hoc. ℞. mellis ro. co. lb. s. thuris masticis dra
ganti añ puluerizentur et misceantur. ¶ Con
fortatiuum est hoc. Recipe boli ar. aque ro. et
parum aceti ⁊ locus circumquaqꝫ inungatur.
Et nota ꝙ in ipso vulnere nec circa ipsuꝫ vul
nus nõ presumas põere oleum quia omne oleuꝫ
cuiuscunqꝫ conditionis sit impedit consolida
tionem. Et ex hac causa uitatur oleum ro. om
ni tempore in uulnere uesice. Et ego etiam di
co ꝙ isti respiciant se a potu quantum possunt
ne urina multiplicetur que est causa prohibẽs
consolidationem ⁊ a diureticis etiã q̃ sunt cau
sa multiplicationis urine licet ipsam educãt mł
tum ⁊ potus eius sit stipticus. Et in potu isto u
tatur decoctõe masticis ⁊ utatur etiam cauda e
quina que multum incarnat ⁊ uino citonioruꝫ
⁊ aqua endiuie ⁊ miua citoniorum ⁊ miua etiã
sine speciebus ⁊ sirupo de mirto ⁊ zuccaro ro.
⁊ similibus. ¶ Unde dixit Galienus in sexto
simplicium farmacorum cauda equina est utił
in ulceribus intestinorum stomaci et uesice.
¶ Et Auicenna posuit ipam in quarto icarnatiuã
⁊ cum medicinis incarnatiuis numerat. ¶ Di
co etiam ꝙ cum siringa potest proiici uinũ sti
pticum ⁊ decoctio thuris usque ad ĩtrinseca ue
sice. Et puto ꝙ hoc ualde erit utile non dubi/
to ego ꝙ si ista duo possunt proiici ita ⁊ mul/
ta alia ⁊ uide per te. ¶ Et nota quare dixi ꝙ d
bes procedere in cura ista licet uideris urinam
egredi per uulnus hoc quod reputatur mortale
est hoc. quoniam ex tibi dubio vulnus põt est
in collo ꝙ collum uesice incarnatõnem recipit
⁊ curationem quare fac ut tibi dixi. ¶ Cum p
nostico tamẽn tuo. s. ꝙ tu times istuꝫ non libe
rari. Et ego uidi unum qui uoluit uindimiare
super salicem unum et cecidit de salice et ĩtra/
uit unum lignum quod erat ligatum cum una
uite bene per unam spannam cum dimidia et
fecit foramen prope anum ⁊ ex illo ano ⁊ uul/
nere exiuit aquositas ⁊ breuiter feci qd̃ dictum
est ⁊ curaui ipsum et omnes mirati sunt.
¶ Erat ergo vulnus in collo vesice: si vulnus
fuerit in matrice tunc locus potest melius incar
nari quia matrix est magis carnosa q̃ꝫ vesica
vt in anothomia videtur. Et vidi quare non
ita malum pronosticari debes. ¶ In isto ergo
casu procedas per omnia ut dictum est in vulne
re vesice videlicet cum incarnatiuis localibus
⁊ lotionibus quare illic uide. ¶ Si autem si/
phac continens intestina vulneratus fuẽit scies
ex d̃scẽsu intestinorum inferius tunc conari de/
bes siphac reducere si possibile fuerit cum sutu
ra bene forti. Et ego dico ꝙ in isto cãu debes
facere iacere supine cum capite depresso ⁊ cum
pedibus altis ne locus sic sutus ab intestinis
comprimatur que compressio potest esse causa
quare locus non incarnetur hoc peracto super
locum põne puluerem conseruatiuum suture et
incarna modo uel modis dictis sepe. ¶ Et isti
tales semper habeant uentrem largum quia vti
le est semper: deinde consolida locũ mõ dicto.

¶ Capitulum decimumseptimum de vulnere
testiculorum virge ⁊ vulue.

QUia vulnera testi
culorum virge ⁊ vulue nihil habent
proprium ab aliis vulneribus mem/
brorum carnosorum de eis paruam faciam mẽ
tionem ut est notum. ¶ Signa istorum vulne/
rum per visum satis nota sunt. In cura ista ha
bes tres intentiones ut sepe dictum est. ¶ Pri/
ma ergo intentio completur cum purgatõne vẽ
tris. s. cũ medicinis solutiuis vel cum clisteri uel
alio modo ut tibi videtur flebotomia fiat de ve
na communi uel epatis si materia non sit in lo
co. ¶ Si in loco sit fiat de cauicula pedis: scili
cet in parte domestica quia illa euacuat a locis
illis. ¶ Secunda intentio completur etiam mo
dis dictis quia respiciat se a carnibus ⁊ vino et
ab aliis multiplicantibus sanguinem donec sis
securus ab apostemate ⁊ in aliis rebus non na/
turalibus bene ⁊ honeste se habeat. ⁊ specialiter
in motu. ¶ Tertia intentio completur hoc mo
do considera vulnus ⁊ vide si indiget sutura
vel non. ¶ Si indiget sutura conducas partes
⁊ suturam conserua modo dicto ⁊ in aliis fac
vt dictum est pluries. ¶ Si autem vulnus essꝫ
non indigens sutura tunc prima visitatione im
pleas vulnus cum oleo rosaceo ⁊ vitello oui ⁊
hoc fiat per vnum diem vel duos ⁊ hoc iteruꝫ
est si tu occurris ĩ principio vulneris: deinde

potes ponere trebentinam cum vitello oui vsq3 quo locus sanietur: deinde ponas extersiuum si fuerit opus de melle ro. ꝛ farina ordei ꝛ trebentina. ¶ Deinde si caro fuerit mollis induretur cū vnguento apostolorum deinde incarnetur ꝛ cō solidetur si autem vena esset incisa consolida eam siue ↄstringe ut sepe dictum est.

¶ Capitulum .xviii. de vulnē anche et scie.

H Ec uulnera scilicz anche ꝛ scie non sunt timorosa multum nisi propter magnitudinem membri et neruositatem eius ꝛ propter lesionem ligamenti ex cuius lesione sequitur in fine cura tiōis sepe claudicatio. ¶ In cura ista habes tres intentiones sicut in aliis: quare non recapitulo. Prima intentio completur cum purgatiōe ꝛ flebotomia: ut uidetur necesse operanti largus sit semper in uentre. ¶ Secunda intentio completur cum debita dieta donec sit securus ab apostemate ꝛ in aliis honeste uiuat: ꝛ sit dieta frigida et potus sit aqua ordei. ¶ Tertia intentio cō pletur hoc modo consideres si uulnus indiguerit conductura conducas partes ꝛ fac suturā duplicatam secūdum tamen profūditatem vulneris quia uulnus potest esse tam superficiale ꝙ sutura consueta sufficeret. Et in aliis fac ut dictum est. ¶ Si vulnus non indigeat conductura tunc considera si factum est cum sagitta uel alio modo. Si alio modo in uulnere ponas uitellum oui cum trebentina ꝛ in aliis fac. ut sepe dictum est. ¶ Si vulnus fuerit cum sagitta et intrauerit os cum ingenio extrahe ipsam: mollifica ergo primo locum cum oleo ro. calido ꝛ dilata uulnus si opus fuerit qua extracta ipleas uulnus prima uisitatione cuȝ uitello oui ꝛ oleo ro. mixtis ꝛ circa locum ponas bolum ar. cuȝ oleo ro. vel succum solatri vel semperuiue uel endiuie cum pauco aceti. Secunda uisitatione pōas in uulnere ꝛ super uulnus mundificatiuum tale: quod maxime remouet dolorem. Recipe mel r̃o. libram unam farine seminis lini fenugreci. an̄. ℥. ii. olei de camo. farine ordei an̄. ℥. i. misceātur simul. Pro quo nota ꝙ in illo uulnere istius loci tota tua intentio sit in istis duobus scilicet in prohibendo dolorem quoniam in isto uulnere nō accidit dubium nisi per hec duo: deinde hoc peracto mundifica locum et consolida secū dum necessitatem ꝛ dispositionem loci.

¶ Capitulum decimumnonum de vulnere coxe.

V Ulnus coxe redditur timorosum propter lacertos multos ꝛ musculum magnum illic existētem a quo oriuntur corde uenientes ꝛ facientes ad motum cruris ꝛ pedis ad cuius compositionem ueniunt a cerebro nerui portantes compassionem doloris inducti a vulnere loci ad cerebrum a qua compassione dolorosa sepe aducit spasmus et uulnus hoc etiam est timorosum ꝑ pter uenas ꝛ artarias coxe a quibus cum egreditur sanguis propter incisionem earum cum difficultate constringitur ꝛ si non constringitur infallibiliter sequitur mors. Et ego dicam tibi ꝙ ego uidi ī hoc. Et primo quia ego dixi ꝙ a musculo illo coxe oriuntur corde facientes ad cruris ꝛ pedis motum narrabo tibi illud quod ego uidi. Uidi unum non peritum in cirugia qui accessit ad unum suum amicum qui habebat fistulam in latere siluestri parum infra genu ꝛ ait illi: ego uolo te liberare. Ille confidens. se de illo dixit ego sum contentus. Ille autem imperit⁹ cepit ruptorium in magna quantitate ꝛ posuit super locum nec sciuit ipsum regulare ꝛ breuitē ruptorium combussit totam carnem et cordas uenientes a musculo coxe et transeuntes ad musculum cruris ꝛ cum hoc alterauit ipsum os et statim cecidit pes nec ipsum eleuare potuit nec ducere potuit ipsum sursum nec deorsum et nō mirum quia pes ꝛ genu ꝛ alia membra mouentē motu uoluntario ꝛ quilibet talis motus fit mediante musculo et cordis. ¶ Cum ergo unum istorum instrumentorum deficit ꝛ motus deficit quare ꝛ cetera. ¶ Uidi etiam multos qui habuerunt incisionem retro in musculis coxe et cecidit pes quia nerui ꝛ ligamenta uenientia ad locum inferiorem fuerunt incisa. ¶ Dixi secundo ꝙ ad eius compositionem ueniunt nerui portā tes compassionem doloris īducti a uulnere.

¶ Ego dicam illud ꝙ etiam ego uidi unum stipēdiarium cuius nomen erat columbinus qui habebat unum cultellum paruum et ille cultellus dum incideret unum paruum baculum cecidit cum puncta super genu bene per tres digitos ꝑ forauit parum ipam pellem secundum apparētiam. ¶ Iste autem non curauit de isto vulnere paruo et stetit ac si nihil esset ī fine quattuor'dierum incepit iste dolere ꝛ taliter processit iste ꝙ deuenit ad spasmum ꝛ breuiter amisit motū ipsius genu et stetit per menses ꝛ menses anteq3 liberaretur ꝛ hoc non fuit aliud nisi propter neruum illum uulneratum. ¶ Dixi tertio ꝙ illud vulnus erat timorosum propter uenas et artarias transeuntes per ipsum. ¶ Uidi ego et fui in cura ipsius dum fui iunior ꝛ breuiter cum sagitta fuit uulneratus in medio coxe ꝛ una uena fuit fracta et ego cum uno magistro meo fuim⁹ in cura istius: nos autem non potuimus restringere uenam illam neq3 cum pulueribus neq3 cū cauteriis actualibus neq3 etiam potentialib⁹ neq3 aliquo alio modo ꝛ breuitē ex magno fluxu sanguinis mortuus est ille uir bonus ꝛ probus. Omittens ergo ista deueniam ad curam. ¶ In ista ergo cura habes tres intentiones ut sepe dictum est. ¶ Prima completur cum solutione uētris facta cum medicinis uel clisteribus uel alio modo secundum necessitatem ꝛ humorꝫ corpis predominātiū. Sit ergo largus donec sit secu⁹

ab apate flebotomia fiat si magna quãtitas san guinis nõ exiuerit et etiam si etas et vtus cõsen serint et uentosationes fiãt in naticis si ẽt opus est. ¶ Secunda intentio completur hoc modo: Dieta istorum semper declinet ad frigiditatem. Utatur ergo cucurbita farre spinachiis et lactu cis et si iste fuẽit debilis utat carnibus alteratis cũ cucurbita lactuca uel agresta vel portulacis et cetera. Uinũ eius sit limphatum cuz aq̃ cocta Uinum granatorum etiam in hoc ualet ¶ Tertia intẽtio sic completur cõsideres si vulnus fuẽit magnum et indigeat sutura conducas ptes distã tes cum sutura et super suturam ponas puluerez conseruatiuum ipsius suture et dimitte in pte de cliuiori os vulneris apertum per quod sanies vulneris exiccetur uel mundificet et in ore ipi9 uulneris prima die pone uitellũ oui cum oleo ro. vel cũ trebentina vel cum farina ordei et ĩ carna mõ dicto pluries. ¶ Si aũt vulnus fuẽit valde pfundum sic q musculus fuerit incisus ex transuerso et nerui tunc dixit Auicẽ. q nõ de bes suere: et rõ est q2 illi musculi semp reuertun tur et elongant adinuicẽ in parte inferiori. ¶ In pte aũt superiori rõe suture se tangunt quare in parte inferiori nõ incarnatur et illic retinent sup fluitates ¶ In pte aũt superiori conglutinantur q̃re est in pcessu necesse locuz aperire ne ergo hoc accidat pcipitur q in tali casu nõ fiat sutu ra. ¶ Si mõ neruus fuerit incisus dicit Guil. d sa. q debes neruum suere audacter cũ filo ince rato ¶ Et ego dico tibi q nõ debes neruũ su ere propter rões deductas in pr°. li°. tactatu de neruis: sed dico q cũ acu debes capere carnem et nõ neruum: et in tali sutura debes iũgere bene partẽ nerui incisi cũ alia parte rõne cuius tactus inuiscat a natura vna pars cum alia: quare inter ptem vnã et aliã potest cadere medium extrane um ita paruum q adhuc tales spũs animales p parte poterũt ad aliã partẽ nerui transire: qua re illud mẽbrũ poterit habere suas operationes et specialit quãtũ ad motũ uel sensuz et cõsidẽa bene istũ modũ et melior ẽ illo Guil ¶ Si vero nimius fluxus sanguis te impediat primo et pri ma visitatione cõstringe ipsuz cũ rebus et mo dis dictis superius in ca°. de vulneribus colli et ẽt in p°. li°. ca. pprio facto hoc sue locum quia sanguine restricto et in aliis fac ut sepe dictum est ¶ Nõ tamen q nõ debes esse ausus in locis neruosis siue vulnus sit pfundũ siue amplũ po nere tentã que attingat uel tangat neruuz. immo ipam pone solũ circa orificiũ vulneris ne os vulneris claudatur. Nã ex tactũ nerui uel pfun ditate tente usq ad pfundũ tangat neruus et fri catur ex quo tactu et fricatione causat dolor in loco et currunt hũores ad locũ et aposteat locus et forsan sepe potest sequi mors. Si vo vulnus sit paruum quia non latũ cõsidera modo si pe netret multũ uel nõ: si nõ cura ipm ut sepe dictũ est ¶ Si autẽ multũ penetrat cõsidera si os est fractũ uel nõ: uel si vulnus penetrauerit mẽbrũ uel nõ. ¶ Si aũt vulnus fuerit pfundũ et os fu

erit fractum cũ telo uel alio mõ cura protãc est ualde difficilis et difficilima et longa et nõ ẽ sine periculo magno et tedio magno et labore quare ergo cõducas primo ossa adinuicẽ et cõglutinẽ tur et nõ negligat vulnus ne sanies penetret inẽ ossa illa rõe cuius impediret cõglutinatõ. Dieta eius sit ualde stricta et ẽt quies sit ualde magna et hoc fit donec sit securus locus ab apate hoc facto consolidet uulnus ¶ Et si contingat lo cũ apari ut sepe uidi in coxa et in brachio ut se pe uidi ¶ O q̃m tediũ o quantus labor in tali bus tunc ossa nõ cõglutinãtur adinuicẽ et est ne cesse tũc ipsa frustra extrahere et nõ csolidatur locus q̃re modus iste sepe parit fistulã ¶ Tres ergo morbi sũt complicati: scilicet fractura ossis vulnus l ulcus et apostema. ¶ Dico ego ut dixi in prio li. et recurre illic p maiori noticia q pri mo a loco debet remoueri apostẽa et modũ ha buistis superi9 in loco allegato ¶ Secũdo dico q frustra ossis illa remoueri debẽt quia vuln9 dẽt dilatari et q̃to illa ossa tardi9 extrahũt tãto leuius extrahũtur quia ossa illa non habent nu trimentum quanto illa maiorem moram in lo co faciunt tanto illa a carne magis seperantur quare facilius extrahuntur et cum minori labo re et hoc sum sepe expertus. ¶ Et modum extra ctionis ossis corrupti habuisti ĩ fine primi libri capitulo proprio quare hic dimitto: demuz hoc peracto debes locum mundificare et incarnare cum lotionibus vel pulueribus vel unguẽtis se cundum opportunitatem loci et de hoc nõ plus loquor ¶ Si vulnus fuerit paruum et penetraue rit membrum ex utraq parte et uena non fuerit tacta tunc precipit illi dietam magnam et quietẽ magnam et pone tentam paruam ex vtraq parte balneatam in oleo ro. et uitello oui in principio. Deinde sit balneata vel infusa in trebentina uel alio modo ut est necesse vulneribus et incarna cum stuppis balneatis ¶ In albumine oui. et po ne defensiuum circa locum ne vulnus aposte metur. ¶ In paucis autem diebus locus incar netur et sepissime habui coxam sic cum balista penetratam et cum telo et obseruaui hunc moduz et bene mihi successit si foramen sit strictum et concauum tunc non presumas per uiam prime ĩ tentionis curare quia incarnare. ¶ Et iste est u nus de casibus in quibus non debes incarnare nominatus in primo libro tractatu de vulnerib9 Primo ergo si tu occurris seruato tamẽ primo et prima et secunda intentione vulneris fluxum sanguinis stringe ¶ In secunda uisitatione põe tentam balneatam in uitello oui et oleo rosa. De inde procedas cum trebentina et oleo rosa. et ui tello oui: et hoc donec sis securus de apostema te et non obliuiscaris q circa locum fiat defensi uum de bolo ar. vel aliud de succis herbarum: demum procede cum mundificatiuo facto de melle rosa. trebentina et farina lupinorum uel fi at si opus fuerit mundificatio cum unguento a postolorum et forsan erit melius. deinde locus c solidetur. ¶ Si tamen accideret q locus apo

Pcinarcetur tunc cura apostemationē sicut dictū
est supra in capitulo de vulnere adiutorii quare
illic uide.

¶ Capitulum vigesimuz de vulnere in genu.

Vulnera genuum
quia habent maiora ossium ligamē
ta ⁊ cordarum ⁊ neruorum infiltra
tionem: ⁊ quia sunt in bassiori lo
co aliorum membrorum ad que promptius de
scendunt humores: ideo vulnera huius loci sūt
periculosiora vulneribus coxarum ⁊ tibiarum:
Quod considerans Auicenna dixit. Vulnera q̄
cadunt in genu apud rotulam sunt mala ⁊ ad ea
quandoq; sequuntur accidentia mala a quibus
pauci liberantur. ¶ Nota etiam q͛ continuā
tur in genu quidam nerui notabiles uenientes a
cerebro ⁊ a nuca ex vulnere quorum sequit̄ do
lor intolerabilis subito ad quē sequitur aliquā
do mors vel spasmus: ⁊ aliquando ita debilita
tur membrum q͛ non potest defendi cursus hu
morum ⁊ per consequens non potest prohiberi
apostematio loci ⁊ aliquando ratione huius cau
satur rigor qui arguit sparsionem materie super
totum male ad quem sequitur sepe mors ⁊ fe-
bris: nonne uides etiam tu q͛ si tu percutias ge-
nu in aliqua re causatur dolor ualde magnus in
tantum q͛ apparet illum mori: nec potest se tunc
mouere ⁊ hoc non est propter aliud nisi quia il
li nerui vel corde contunduntur. ¶ Etiam vidi
sepe q͛ aliquis percutit genu in aliqua re vel p-
cutietur ⁊ tamen non sequitur dolor ⁊ hoc non
est propter aliud nisi quia nerui illi vel corde n̄
contunduntur tunc. ¶ In cura ista habes tres ī
tentiones sicut alias sepe dictum est. ¶ Prima
intentio completur cum solutiuis lenitiuis vel
clisteribus: sit ergo semper largus ne humores
fluant ad locum. ¶ Secunda intentō comple
tur etiam modo dicto sepe quia utatur dieta fri
gida donec sit securus ab apostemate. ¶ Tertia
intentio completur hoc modo videas primo si
vulnus indigeat conductura vel non. ¶ Si in-
diget conductura sue locum et dimitte partem
decliuiorem apertam vt sanies possit expirare.
Et in aliis fac etiam ut dictum est sepe ¶. Pro
quo nota vnum generale q͛ in talibus vulneri-
bus que fiunt in locis ōssuosis debes antequā
partes conducantur imponere digitum ⁊ palpa-
re si os sit incisum vel non si non sue tute. ¶ Si
sic videas si os sit seperatum pro parte vel secū
dum totum extrahe ipsuz. ¶ Si pro parte fu
erit seperatum tunc sue locum ⁊ comprime ipm
os quoniam incarnabitur. ¶ Si tamen fru-
stra parua essent que non adhereant remouean-
tur: deinde suatur ⁊ incarnetur modo dicto.
¶ Si autem vulnus fuerit strictum factum a sagit
ta vel telo vel a re alia acuta siue fuerit vulnus
usq; ad os siue non extrahatur ipsa sagitta ob-
seruatis regulis superius dictis ex modis extra
ctionis ⁊ in isto loco non possumus ponere ten
tam aliquo modo nisi ī orificio vulneris ne lo
cus claudatur: sed in vulnere tali ponatur oleuz
rosa. calidum quod sua oleaginitate dilatat vul
nus ne claudatur ⁊ cum hoc sedat dolorem ⁊ ꝯ
fortat locum: ponatur ergo tenta parua in orifi-
cio vulneris balneata in oleo rosa. q͛ oleuz sup
plet locum tente. Nam ex profunditate istius tē
te in vulnere istius loci propter neruositatē eius
dem si tanguntur ex tenta statiz fit dolor ad quē
sequuntur accidentia superius narrata infallibi-
liter: facias ergo illud quod dixi cum tenta ⁊ o
leo donec eris securus de apostemate. ¶ Et non
obliuiscaris cum defensiuum ponatur circa lo-
cum post securitatem apostematis procedas cū
mundificatiuo facto ex melle rosa. ⁊ trebentina
⁊ farina ordei ⁊ potes addere parum olei rosa.
⁊ forsan erit valde utile. ¶ Si post mundifica-
tionem caro remaneat mollis ratione olei vel
vnctuosa tunc moue ea cum vnguento aposto-
lorum ⁊ post exiccationem ⁊ mundificationem
incarna et consolida.

¶ Capitulū vigesimūp̄mus de vulnere cruris.

Vulnera cruris pa
rum differunt a vulneribus brachii.
Nota tamen q͛ in superficie cruris
super focile illud in parte anteriori reperiūtur
nerui ⁊ lacerti notabiles descendentes a genu ī
mediate ⁊ a cerebro. ¶ Unde quando vulnus
fit in loco isto cum sagitta ⁊ similibus periculo
sum est ⁊ sepe moriuntur: vidi ego unum q ibat
venatum ⁊ percussit tibiam in uno ligno ⁊ vul
nerata est tibia ⁊ cucurrit tantum de materia ad
locum illum q͛ locus ille totus fuit; putrefactus
⁊ cancrenatus ⁊ breuiter mortuus est ⁊ istuz vi
sitaui bis ⁊ non amplius nonne uides etiam q͛
si quis percutiat tibiam in aliquo loco causatur
dolor intolerabilis sepe ⁊ hoc non est propter a
liud nisi quia nerui illi conquassantur ⁊ aliquā-
do fit percussio magna in tibia ⁊ non causatur
dolor in ea ⁊ hoc nō est propter aliud nisi quia
neruus ille tunc non tangitur neq; conquassatur
¶ In cura ista habes tres intentiones sicut iam
sepe dictum est. ¶ Prima completur cum solu-
tione ventris ⁊ clisteribus ⁊ suppositoriis: sint
ergo isti semper largi in vētre ne materia ad lo
cum currat: fiat flebotomia de basilica dextra ꝉ
sinistra. ¶ Secundo locum vulneris considera
ta tamen uirtute ⁊ etate ⁊ fluxum san. a vulnere
¶ Secunda intentio completur modo dicto. s.
cū dieta frigida ⁊ hoc donec sis securus de apo
stemate. ¶ Tertia intentio compelur hoc modo
considera si uulnus sit latum uel paruum. si la-
tum conducas partes ut sepe dictum est. Si ām
focile esset incisum alium moduz debes tenere
quem in sequenti capitulo dicam. ¶ Si vulnus
sit paruum quia strictum ⁊ fuerit factum a sagit
ta extrahe ipsam ⁊ si intrauerit os mollifica ip

cu3 oleo rosa. calido posito in orificio vulnẽis ⁊ fac ut in aliis sepe est dictum. ¶ Extracta sagitta pone in loco tentam infusam oleo rosa. et circa locum pone defensiuum de bolo arme. vel de succis herbarum frigidarum. sed postq̃ dolor seperatus fuerit ⁊ securus fueris de apostemate tunc in loco ⁊ super locum pone h^o. mũdificatiuu3. Recipe mellis ℥. colati trebẽtine et farine ordei ⁊ ex istis fac' vnguentum: facta mũdificatione incarnetur et consolidetur: si tamen carnositas illa esset vulnerata sic q̃ vulnus penetret usque ad utrunq3 latus tũc fac per omnia vt dictum est in capitulo de vulnere coxe in p̃te correspondenti isti.

¶ Capitulum vigesimumsecundum de incisione ossis brachii ⁊ duorum focilium ⁊ ossis coxe ⁊ duorum focilium cruris q2 eadem ẽ cura.

Licet in prĩo facta fuerit mentio de incisione illorum ossium ⁊ nõ de fractura licet supra aliquid sit tactum de fractura cum vulnere quia tamen in hoc loco illud capitulum debuit pricipalius situari compellor hic aliquid dicere remittens tamen ad locum illum pro clariori noticia. Dico ergo breuiter q̃ incisio focilium ⁊ adiutorii aut est completa sic q̃ totum focile vel totum adiutorium sit incisum aut non: si non cum manu videas si frustule alique ossis sint remote ꝟ non si sint remote extrahe ipsas frustulas. deinde abstergas vulnus a sanguine bene hoc peracto capias labia vulneris ⁊ conducas adinuicem ⁊ incarna modo dicto sepe ⁊ cum defensiuis d̃fende ne locus apostemetur et in aliis fac ut sepe dictum est. Lanfrancus non uoluit hoc ĩmo voluit ipse q̃ primo os reparetur deinde incarnetur ¶ Guil. et Theodoricus ⁊ albucasis ⁊ Jamerius uolunt modum predictum quos doctores insequor: ⁊ ego habui sepe vulnus in focili ⁊ in adiutorio brachii cum incisione ossis ⁊ feci ut dixi vobis ⁊ mihi bene successit ¶ Et similiter habui in digito manus vnam incisionez cum remotione partis ossis ⁊ ego cepi labia remoto osse ⁊ sui ⁊ facta est incarnatio ¶ Et illõ idem habui in vno uulnerato in capite prope aurem ⁊ ille habuit vnam partem ossis incisam ⁊ sequestratam ab alio osse remoui illud os et sui ⁊ facta est incarnatio illius carnis cadentis super os cum osse ¶ Et isti omnes hodierna die viuunt ⁊ non nomino omnes gratia breuitatis ¶ Si modo focile uel adiutorium fuerit totaliter incisum q̃ exeat medulla: tunc iudica illud mortale ⁊ ut in pluribus mortificat membrum. ¶ Fiat ergo primo sutura ut dicunt doctores aliqui: deinde ipsa facta capiatur pannus duplicatus ⁊ balneatur in albumine oui ⁊ superponatur ⁊ non vulneri. ¶ Deinde fiat ligatura ⁊ incipiatur in fine membri reuoluendo vsque prope uulnus ⁊ cũ fuerit prope vulnus facias ipsã transire per partem oppositam vulneris deinde ascendat ligando uersus corpus ⁊ iterum reuertatur binda ad partem inferiorem quousque sit prope vulnus: ⁊ iterum faciat ipsam transire per partem oppositam super aliam ⁊ ueniat ad locũ in quo incepit ⁊ ibi finem faciat ⁊ suat cum suo principio ⁊ sic remanebit vulnus discoopertum. ¶ Deinde hoc completo ponantur due stelle bene ⁊ polite ⁊ aptate uel tres secũdum membrum cooperte ⁊ inuncte ⁊ ponantur totaliter q̃ non cooperiat uulnus ⁊ ligentur cu3 bindello in quo ponantur cannule: ⁊ cannule ille reuoluantur ⁊ sic in quolibet bindello ponatur vna cannula ⁊ reuoluatur ⁊ restringatur in isto modo ⁊ nõ dissoluatur nisi primo sit curatus nisi dolor aut apostema sit pruritus compellat nos a quibus quomodo succurratur dictum est in primo libro sermone communi in pluribus locis. ¶ Et cum tu feceris hoc stuppatas balneatas in albumine oui pone desuper ⁊ immutes ipsum bis in die ⁊ in foramine qd̃ dimittis apertu3 pone tentam intinctam in oleo rosaceo ⁊ uitello oui: postea cum mundificatiuis procedas: prohibe ergo in loco generationem sanici quantum potes. deinde in aliis fiat ut sepe dictum est. ¶ Nota tamen q̃ antequam ista fiant due prime intentiones debent precedere ¶ Prima sit purgatio cum medicinis clisteriis suppositoriis uel flebotomia uel cum uentosis secundum necessitatem. ¶ Secunda sit dieta debita secundum tamen necessitatem infirmi.

¶ Capitulum vigesimumtertium de vulnerib^o nodi ⁊ clauicule pedis.

Quum vulneratur clauicula pedis cum sagitta uel cu3 alia re infert timorem supra iuncturam ex duobus primo ex materia sue compositionis que ẽ ex corda ossium paruorum necessariorum ad iuncturam ⁊ ad formam eius: Sunt enim ibi multa ossa primum vocatur nauicula aliud os calcanei. Deinũ sunt tria ossa parua que cum leduntur ex vulnere magno uel paruo amittũt positionem propriam: quare formam amittunt que forma ⁊ positio restaurationem non recipit ⁊ si recipit cum difficultate recipit eo quia medicus ea non potest pertractare ratione paruitatis eius ⁊ ratione ocultationis eius. ¶ Secundo propter vnum magnum neruu3 positum in loco illo mediante quo ossa illa cum ligamentis adinuice3 contiguantur ⁊ motum ⁊ sensum recipiunt: vnd̃ cum locus leditur propter uulnus loci inducitur a lesione illa nocumentum in membro q̃ cum difficultate a medico remouetur uel male remouetur. ¶ In cura ista habes tres intentiones sicut ⁊ in aliis est dictum. ¶ Prima completur cum debita purgatione ⁊ flebotomia ⁊ aliis ut sepe ẽ dictum. ¶ Secunda intentio cõpletur cũ debita

dicta ꝛ breuiter sit frigida donec sit securus de apostemate. ¶ Si autem esset debilis infirmus vtatur carnibus conditis cum herbis frigidis. ¶ Tertia intentio completur hoc modo consideres si locus iste indiget conductura partium uel non si indiget conductura partium conducas partes sicut iam dictum est cum sutura. ¶ Et si neruus fuerit incisus conducas ipsum modo dicto in capitulo de uulnere coxe ꝛ conserues suturas cum puluere dicto ꝛ stuppis balneatis in albumine oui. ¶ Et si tu alio modo incarnares quam cum stuppis pone defensiuum circa locum ꝛ dimitte foramen apertum in loco decliuiori si opus fuerit ꝛ in isto foramine ponas uitellum oui cum oleo rosa. uel terbentina cum oleo rosa. quousque dolor sit remotus: deinde procedas ut in aliis est dictum. ¶ Si modo vulnus sit strictum quia factum cum sagitta uel alio modo mollifica primo locum cum oleo rosa. calido ꝛ in isto loco non presumas incidere pellem eo quia nerui isti sunt ualde infiltrati in loco isto ꝛ superficiales ne incidantur ex transuerso nerui isti qui sunt necessarii ad motum ꝛ sensum facta mollificatione extrahatur sagitta ꝛ impleatur vulnus cum oleo rosa. calido ꝛ in ore vulneris ponatur tenta balneata in oleo rosa. calido ne vulnus claudatur nec aliquo modo audeas profundare cum tenta ratione illius quod dictum est in capitulo de vulnere genu: quia posset esse profundatio illa causa apostematis: cum autem fueris securus de apostemate tunc mundifica locum cum melle rosa. ꝛ farina ordei ꝛ continue ponatur defensiuum usque ad perfectam consolidationem circa locum: ꝛ ratio est: quia ista sunt membra depauperata calore quia maxime a corde distant et etiam quia semper maculata multum sunt: quare ad illa faciliter currunt superfluitates multe: quare necessarium est defensiuum: facta mundificatione incarnetur ꝛ consolidetur vt sepe dictum est.

¶ Capitulum vigesimumquartum de vulnere pectinis pedis.

Vulnera ista pedis non periculosa sunt neque proprie inferunt periculum nisi propter dolorem et apostemationem ad quam aliquando sequitur rigor ꝛ febris et spasmus propter lesionem neruorum venientium a nucha ꝛ cerebro ad locum illum ꝛ sic propter affinitatem illorum membrorum si dolor in loco continuetur potest sequi spasmus ꝛ finaliter potest sequi mors. ¶ In cura ista habes tres intentiones: sicut et in aliis est dictum. ¶ Prima completur cum debita purgatione facta modis dictis sepe ꝛ cum flebotomia facta de parte opposita obseruatis conditionibus sepe dictis ꝛ scarificatio si at in naticis si uidebitur operanti. ¶ Secunda intentio completur etiam cum dieta que sit frigida et cum potu frigido donec sis securus ab apostemate nisi debilitas uirtutis te impediat. ¶ Tertia intentio completur hoc modo uideas primo si uulnus sit latum uel non. ¶ Si uulnus sit latum uideas si os est incisum uel non: si os non sit incisum et neruus sic conducas partes ut dictum est in capitulo de vulnere coxe. ¶ Si non sit incisus eodem modo conducas partes ꝛ conserua suturam ꝛ fac ut in aliis ut dictum est sepissime. ¶ Si os fuerit incisum sic quod non fuerit aptum remanere moueas ipsum. ¶ Si autem fuerit aptum remanere quia fuerit pro parte seperatum tunc conducas partes quia incarnabitur: ꝛ in aliis fac ut sepe dictum est: precipias autem vt iste pedem eleuatum teneat ne humores ad locum fluant: ꝛ circa locum ponatur defensiuum ꝛ cum istis curabitur talis ꝛ isti tales semper sint largi in ventre cum clisteri uel suppositorio. ¶ Et nota hoc generale quod in casu in quo infirmus nollet clistere sicut sepe reperitur tunc consueui ego dare pillulas communes que acute sint cum modico scamonee ꝛ agarici: ꝛ pro certo melius operantur quam clistere. ¶ Si vulnus non fuerit modo latum sed factum fuerit cum sagitta vel alio modo: sagittam primo extrahe secundum modum dictum supra. ¶ Si vulnus penetrat ex utraque parte tunc incarna ipsum: ut dixi in capitulo de uulnere coxe: ꝛ ego habui unam puellam que penetrauit semetipsa sibi pedem suum cum uno veru cum quo assantur carnes ꝛ breuiter curaui vt dixi et mihi bene successit. ¶ Si modo sagitta non perforauerit extracta sagitta impleat vulnus cum oleo ro. ꝛ in superficie vulneris ponas tentam paruam ne orificium claudatur: ꝛ non presumas ponere tentam magnam propter causam supra assignatam: ꝛ defensiuum semper ponatur circa locum de bolo ar. vel de succis herbarum vel de oleo quia oleum mirtinum et rosa. ista operantur: facto hoc mundificetur si opus sit cum melle ro. ꝛ farina ordei: demum incarnetur ꝛ consolidetur ut sepe dictum est.

¶ Capitulum vigesimumquintum de vulnere facto a morsu canis vel alterius animalis.

Si canis uel aliquod aliud mordeat aliquem considera primo dispositionem canis si rabidus fuerit uel non. Et tunc secundum dispositionem canis in aliis procedas diuersimode. ¶ In cura ista habes tres intentiones sicut ꝛ in aliis sepe est dictum. Prima completur hoc modo. ¶ Si morsus quis fuerit a cane uel ab equo vel asino ꝛ similibus ꝛ non sit canis rabidus purgationem facias cum solutiuis uel

lenitiuis vel clisteribus secundum tamen dispositionem patientis. ¶ Et fiat flebotomia secundum tamen dispositionem patientis ut dictum est. ¶ Si tamen canis esset rabidus no i dare medicinam solutiuam attrahentē ne venenum attrahatur per corpus. Sed medicina sit lenitia ꝛ sit uelud cassia clisteria fiant. ¶ Et similiter propter eandem rationem non fiat flebotomia. ꝛ quia signa supra in primo libro posui in vno capl'o ideo hic nō pono: ꝛ pro supplemēto isto rum capitula recurrantur adinuicem. ¶ Secūda intentio completur hoc modo. Si canis non fuerit rabidus uel fuerit aliud animal supple nō rabidum tunc dieta eius declinet ad frigidum donec sit securus de apostemate: ꝛ vinum eius sit limphatum. ¶ Si autem canis sit rabidus vtatur ipse carnibus pullorum elixatis cum agresta uel cucurbita vel lactucis. ¶ Carnes etiā edine conueniunt vel castrati ꝛ perdicum taliē alterate: ꝛ bibat oua sorbilia ꝛ vinum sit album odoriferum limphatum tamen ꝛ hoc totum fit vt spiritus generentur continue boni qui facili de causa a veneno alterantur. vnde Auicenna p̄ma quarti capitulo de febre pestilentiali precipit tales bene cibari et frequenter propter hanc causam. ¶ Et in cibariis suis ponatur de isto puluere. Recipe cinamomi cardamōi croci an̄. ¶ Tertia intentio sic completur: si canis nō sit rabidus tunc ualet hoc ēplastrū ut dixit Guil. ꝙ remouet morsure maliciam. ¶ R. vnum cepe pistetur ꝛ incorporetur cum vncia una scerdeonis ꝛ cum. ʒ. 5. ciceree salis olei an̄. ʒ. ii. mellis rosa. vncias. iii. et fiat emplastrum. Aliud. Recipe cepe. i. salis. ʒ. ii. olei. ʒ. i. mellis ro. ʒ. iii. misceant ꝛ fiat emplastrum. ¶ Circa locum tamen semꝑ ponas defensiuum sepe dictum: hoc facto mundificetur ꝛ consolidetur locus. ¶ Ego autē habui vnum semel in cura morsuram equi asini ꝛ canis ꝛ uno tempore istos curaui ꝛ in morsura canis que erat in brachio processi cum defensiuo de bolo ar. ꝛ oleo ro. ꝛ i vulnē p° apposui uitellū oui cū trebētīa diū mūdificatū ꝛ mihi bn̄ successit. ¶ In illo morso ab equo feci illas duas primas intentiones ꝛ posui defensiuum et non potui aliquo modo prohibere apostematio nem tāta fuit morsura illius equi ꝛ fuit tanta ꝙ vnum frustrum ossis fuerat extractum uacaui ergo in remotione apostematis cum inūctionibus ꝛ emplastris ꝙ emplastrum fuit de farina ordei ꝛ lentium an̄. ꝛ de ro. ꝛ de plantagine an̄. cum oleo rosaceo ꝛ remotum est apostema.

¶ Postea processi cum trementina solum deinde mundificani ꝛ curatus est. ¶ Iste enim morsure equi sunt uelud contusiones quia dētes sui non incidunt neque perforant sicut dentes canis ꝛ similium: immo contundunt ꝛ conquassant illum autem morsum ab asino non habui a principio. ¶ Ille autem habuit tibiam ab asino dilaceratam ꝛ unus empericus in ipso suturam fecit ꝛ totus locus fuit cancrenatus ꝛ non debuit ipsum suere quia regulam habetis in primo libro ꝙ in contusione non debetis suere. ¶ Illa autē pellis erat dilacerata ꝛ contusa ꝛ ut cancrena cuꝛꝛupit illum locum: prosequor modo in cura.

¶ Isto peracto quia emplastro illo posito super locum debes mundificare: demum incarnare et consolidare. ¶ Si autem canis fuerit rabidus tunc prosequēdum est ut dixit Hali. decimotertio terapentice dixit enim cum enim a fera pungente uel mordendi dolorem fieri contingit.

¶ Duplex est dolorationis intentio est euacuare ꝛ extrahere venenum ꝛ alterare ꝙ dolorem operatur. ¶ Quare ergo omnia que calefaciunt et sua calefactione attrahunt uehementer euacuant quemadmodum uentose ꝛ cornua cum quibus aliqui operantur. ¶ Quidam attrahunt ad se venenum sugendo per os ipsum. ¶ Aliqui autem cauterizant locum ut malicia ueneni remoueatur cum ferro ignito. ¶ Alii deplumant pullos uel aues ꝛ auem super locum ponunt ꝛ si moriūtur dicunt venenum fore extractum. ¶ Item bibat hoc omni mane: ut dixit Guil: usque ad mensez Recipe gentiane vncias quinqꝫ thuris. ʒ. i. cineris cancrorum adustorum. ʒ. x: terantur ꝛ cribellentur ꝛ dentur in mane cum aqua frigida. Item ualet hoc emplastrum Recipe mirre galbāi opoponaci asse fetide serapini piperis an̄. ʒ. 5. calamenti mentastri an̄. vnciam vnam stercoris columbini arietis an̄. vncias. duas dissoluātur gūme cum vino ꝛ incorporentur omnia cum melle ꝛ oleo antiquo ꝛ fiat emplastrum. ¶ Et ī hoc capitulo non loquor nisi ut cirugicus: ꝛ si ut phisicus vis uidere ulterius quere Auicennam Rasim ꝛ Rabimoisem quoniam isti plene de omni veneno mentionem fecerunt. vide ergo istos per te.

¶ Capitulum vigesimumsextum: de punctura nerui.

Quia superius fuit facta mentiō de punctura ꝛ multa illic sunt dicta hic parum loquar remittens ergo te ad illum locum: qꝛ ad primum librum tractatu de neruis quare utile est sepe ut capitula adinuicem requirantur.

¶ Et qꝛ similiter facta ē mētio de incisione neruorum ꝛ de neruo discoboperto hic nil de eis dicam. quando perforatio facta est a spina sic ꝙ foramen sit clausum sic ꝙ non appareat timorosa est quia propter dolorem humores currūt ad locum ꝛ apostematur locus ad quod apostema sequitur sepe destructio operationis membri secundum totum uel secundum partē et hoc sepe uisum est. ¶ Ex punctura nerui fit etiaꝫ dolor quia humores currunt ad locum ꝛ sperguntur per membrum ꝛ imbibuntur nerui ꝛ ex cōtinuatione nerui cum cerebro cerebrum compatitur ꝛ debilitatur ꝛ recipit humores.

seruatis ergo primis duabus intentionibus sci
licet debita purgatione ⁊ debita dieta venio ad
localia. ¶ Dico ergo ꝙ tu debes aperire pun
cturam cum oleo vel cum ferro vel alio modo.
Inuenio tamen dubium vtrum oleum debeat
poni in vulneribus neruorum: et in hoc dubio
inuenio duos modos dicendi: vnus modus di
cit ꝙ oleum debet poni in uulneribus neruorū
et est Guil'. ¶ Alius modus est qui dicit ꝙ ole
um non debet poni in vulneribus neruorum et
est iste dinus et uidetur Auicē.c̄t. dix̄ aūt Guil'.
Nos autem subtiliori consideratione procedē
tes ponimus et posuimus temporibus longis ī
principio istarum punctarum factarum ī mem
bris neruosis oleum rosa. ⁊ hoc quia oleum ro.
habet oleaginitatem que dilatat et potest calefie
ri actu qua caliditate penetrat ⁊ roseitate sua cō
fortat ne membrum superfluitates recipiat et ē
temperatum ratione cuius dolor remoueatur ⁊
sic in hoc casu melius mihi uidetur ꝙ̄ꝫ oleum si
pliciter quamuis in hoc casu sit bonum ⁊ utile:
¶ Et subdit: perit igiť hec ratio eorum qui di
cunt ꝙ oleum malum est in vulneribus neruo
rum eo ꝙ eos corrumpit et marcescit sed con
fitendum est ꝙ longus vsus olei usque ad fi
nem vulneris bene mollicie sua tantam induce
ret mollicies in membris ꝙ corrumperentur
Ista sunt dicta Guil'. ¶ Opinio Dini fundat se
super hoc quia Auicenna dixit. aque frigide no
cent et similiter calide et similiter oleum aliqđ
¶ Dixit dinus ex hac littera ꝙ oleum non con
uenit quia putrefacit. Saluo ꝙ in mitigatōne ꝯ
uenit dolorum quia ipsum est mollitiuum. ⁊ ca
lidum. ¶ Et istud oleum dixit Dinus non debꝫ
approximari ad intra neruo existente discobop
to in uolendo dolorem mitigare. Sed ad extra
sed si neruus non sit discobopertus sicut ī pun
ctura non timeas apponere ipsum oleum in ori
ficio vulnerum propterea quia oleuꝫ non inme
diate ad substantiam nerui peruenit ⁊ est aperi
tiuum ⁊ mitigatiuum doloris ⁊ ideo in punctu
ra conuenit ⁊ non aliter quia neruus in punctu
ra non apparet. ¶ Et si bene consideres dicta
illorum possunt concordari quia credo ꝙ ner
uo existente discoboperto non debemus appo
nere oleum simpliciter sed cum aliis medicinis
sicut dictum est ⁊ declaratum in loco suo in pri
mo libro. Et hoc uolunt ambo isti magistri. sꝫ
ipso non existente apparenter discoboperto pos
sumus apponere oleum per aliquos dies. ¶ Et
licet causetur aliquale nocumentum: causatur ta
men iuuamentum quod est maius nocumento
quia aperitur locus vt materia imbibita neruis
possit exire: confortatur locus ⁊ consequenter
multa nocumenta mala euitantur quare pro tūc
possumus apponere oleum. ¶ Quare conclu
do ego ꝙ neruo existente discoboperto māife
ste non debemus apponere oleum ⁊ ipso non
existente discoboperto manifeste sicut in pūctu
ra debemus apponere oleum donec discoboper
tura possit esse quasi manifesta ⁊ non amplius.

¶ Et ex hoc habes concordiam. ¶ Nota etiaꝫ
ꝙ Guil'. dixit ꝙ neruus discobopertus in loco i
quo est discobopertus amisit proprium sensum
siue naturam suam propriam et complexioneꝫ
⁊ propter hoc neruus discobopertus fit insensi
bilis ⁊ securꝰ super partem illam possumꝰ ap
pōnere medicinam. ¶ Ego autem non credo
hoc ⁊ experientia est ad oppositum quia neruꝰ
discobopertus a quacunque facili causa leditur
vnde dixit ipse ꝙ vulnere existente in loco ner
uoso nos non debemus apponere tentam lon
gam ne ex tactu neruoruꝫ causetur dolor ⁊ spas
mus: non ergo amisit neruus ille proprium sen
sum. Et dixit ut tollatur replicatio ꝙ debemus
procedere illo modo in cura. ¶ Et pro illo uiđ
tur textus Auicenne cum dixit ꝙ medicine que
conueniunt neruis non debent esse multum ca
lide ⁊ hoc in tractatu de neruis ⁊ hec locutus ē
ipse in neruo discoboperto: alibi auteꝫ in tracta
tu illo: dixit. Et medicine conuenientes neruis
sunt sicut euforbium: ⁊ hoc ut dixit ipse scilicet
in non discoboperto. ¶ Quare ergo concludo
ꝙ medicie fortiores conueniunt in neruo ñ dis
coboperto ꝙ̄ꝫ in discoboperto: non ergo habes
dicere sicut dixit Guil'. ꝙ neruus denudatus p
dat sensum ⁊ complexioneꝫ propriam: quare ra
tione illius competat in discoboperto medicīa
fortior. ¶ Et si diceres ꝙ sensibile positum su
per sensum non causat sensationem: dico ꝙ ue
rum est si sensibile positum supra sensum sine
medio non causat sensationem. ¶ Hic modo ē
medium mediante quo causatur sensus et illud
medium est humiditas existens in neruo medi
ante qua si neruus tangatur causatur sensatio et
patet. ¶ Et licet secundum philosophos pos
set dari alia responsio etiam ista in presenti suf
ficiat. ¶ Prosequor modo in cura ipso oleo ex
istente apposito in punctura ⁊ ipsa punctura exi
stente dilatata. ¶ Si securus fueris de aposte
mate tunc conueniunt illa que remouent unctu
ositatem ⁊ molliciem generatam ab oleo vt est
vnguentum apostolorum: vnguentum uiride.
¶ Quare concludo ꝙ oleum ro. a principio usꝙ
quo fueris securus de apostemate in puncturis
neruoruꝫ utile est propterea qꝛ dilatat oē vulnꝰ
strictum et exiccatum ⁊ dolorem remouet a ner
uis. ¶ Pro quo tamen nota ꝙ dolor ut etiaꝫ se
pe dictum ē remouetur duobus modis: vno mō
remouetur dolor cum a nodis ut cum farina se
minis lini fenugreci camo. ⁊ maluauisci ⁊ ex o
leo anetino camo. ⁊ de lilio q̄ oīa anodina sunt
Et intellige ꝙ hoc verū est si dolor fuerit ex ꝯ
culcatione materie in loco. Secundo mō remo
uet dolor cū calidis si dolor fuerit ex frigidita
te: uel cum frigidis s. dolor fuerit ex caliditate:
⁊ non mirum quia omnis cura fit per contrariū
3° tegni ⁊ quarta pⁱmi d° ca°. 3° modo rēouetur
dolor cuꝫ rebus stupefacientibꝰ ut ē opiū iusquia
mum et similia et miscentur cum emplis cū mo
dico aceti eo qꝛ acetū fac̄ ꝟtutē taliū penetrare.
Sed nota ꝙ ista non debent multum cōtinuari

¶ Sed dolore existente remoto debent ista remoueri. ¶ Nam per longam appositionem illorum posset membrum infrigidari et mortificari quare non sunt poneda ista nisi propter necessitatem maximam. ¶ Dico etiam quod in punctura potest poni oleum rosa: ca'lm bn actu pōat. Si at nō timueris de apate m'tu tc oleu ro.cu eufōbio ducit vl castoreo. Si vo i punctura exiccata appareat tibi incidere pelle ut materia liberius possit expirare: fac deinde in loco ponatur oleu ro.calidum ut foramen bene dilatetur. ¶ Nō negligas tamen quod circa locum ponatur oleum ro. cum bolo armeni uel aliud defensiuum. ¶ Fiat et flebotōia i parte opposita ut dedi tibi intelligere in principio primi ca.in prima intentione. ¶ Demum mundifica locu cum vnguento apostolorum uel cum sarcocolla mirra et farina lupinorum mistis cum melle rosaceo: deinde icarnetur et consolidetur. ¶ Si tamen aliqua hic tibi deficiant recurre ad primu librum i tractatu de neruis in ca.de punctura et uide ¶ Et similiter si aliqua illic tibi deficiat uide hic quare ca. ista alternatim requirantur. ¶ Et hoc de capitulo et de toto opere.

¶ Explicit liber tertius de vulneribus in particulari a capite usque ad pedes.

¶ Incipit liber quartus de vulnerib' i pticulari a capite vsque ad pedes.



Velia supra facta fuit mentio de apostematibus contusionibus et cōbustōnib' et vulnerib' et q sequntur vlcera: licet mō hic de ulceribus loqui et loquar de vlceribus a capite vsque ad pedes. Et q vult de vlcerib' bene perscrutari i inueniet quod vltra intētiones cōes dictas i sermone cōmuni de vlceribus de quibus facta fuit mentio in primo libro tractatu pprio est differētia specialis indicationum ipsarum et in pronostico et modo cōi. ¶ Et si de ulceribus uelis multa cōmunia et pulcra uidere recurre ad primum libru tractatu pprio et hic gratia breuitatis non recapitulo quare ista capitula corespōdentia alternatim videas.

¶ Tractatus primus de vlceribus capitis.
¶ Capitulum p^m. de vlceribus capitis absolute.

PRimo ergo ab aliquibus communibus incipio de ulceribus: deinum a particularibus descēdam pōnam ergo in uniuersali q ulceribus capitis sunt laudata a doctoribus: demu ad particularia licet descendere. ¶ Serapio dixit de omni pice quod quando puluerizatur super ulcera que fiunt in cute capitis cum balaustiis curant ea. ¶ Similiter autem et alia ulcera que fiunt in capite. ¶ Et secundum Auicen.idem potest pix siue balaustia. Dixit etiam Serapio lupinus ad extra positus confert inpectigini et ulceribus capitis. Uerum Auicē dixit quod confert humidis et uer est et patet ex complexione lupini. Alchi. dixit quod aqua decoctionis lupinor exterius posita confert etiam inpectigini et ulceribus capitis ¶ Dixit etiam Serapio quando lignum balsami coquitur in aqua et uino cum yreos sicca cōfert ulceribus capitis. Auicē. dixit ipsum solum etiā idem pōt et mundificat ea. Appulius dixit ad ulcera capitis menta t. ita et imposita desiccat humiditates. Dia. dixit quod nasturciu domesticum quod cartamum linitum cum melle lichinas purgat et ulcera capitis ¶ Et dixit etiam sic de alleo domestico: Alleum magnam uim habet et ideo ex eo magna ē utilitas cu suis testis attritu corporis ptes et ulcera in capite curat. Sera. hoc dixit cū cinis allei miscet cu melle curat furfures capitis et ulcera eius. Rasis dixit oleum canapis ualet ulceribus capitis puerorum. Auicenna dixit mirra spergit sup ulcēa capitis et desiccat ea.

Et dixit etiam liniuntur cum ruta ulcera capit. Et dixit etiam ficus īmatura sanat ulcera capitis pulverizata. Et Isaac uult ꝙ sit mixta cum aceto ꝛ nitro. Et dixit etiam fit emplastrū ex altea ulceribus capitis cū urina confert ei ualde: quod peroptimum est expertū in tinea. Guil. de va. dixit etiā colla in ēplastris ulcerū capitis ponitur et confert ꝛ spālit̄ colla de piscibus. ¶ Sextus plato dixit ꝙ capilli infantis cum aceto sanant ulcera capitis.

¶ Capitulū secūdū d̄ ulcerib⁹ hūidis absolute.

Hunc mētionem faciam de his q̄ absolute ulceribus hūidis capitis conueniunt ꝛ in hoc Serapio multa dixit. ¶ Dixit quando ruta miscetur cum aceto ꝛ oleo ꝛ cōficit̄ cū cerusa confert ulceribus humidis que fiunt in capite. ¶ Dixit et quando mellilotū conficitur cū bolo ar. aut cū gallis ꝛ miscetur cum vino ꝛ liniūtur cū eo ulcera humida q̄ fiunt in capite curat ea omnino. ¶ Dixit etiam emplastrum factum ex foliis rubi canis curat ulcera humida capitis ꝛ dixit etiam quando ficus sicce terantur ꝛ conficiuntur cum nitro ꝛ farina ꝛ aceto ꝛ sale ꝛ inde emplastrum fit resoluit ulcera humida capitis. ¶ Dixit etiam radix lilii trita ꝛ cum melle mixta curat ulcera humida capitis. ¶ Bartholomeus de va. dixit: ꝙ sit radix lilii siluestris albi ꝛ ꝙ addatur faria orobi uel lupinorū amarorum tollunt etiā hec furfures capitis. ¶ Ad ulcera etiam talia que indigent exiccatione cum oleo de narcisco solo fiat inunctio ꝛ misceatur cum medicinis ad hoc conuenientibus. ¶ Dico ego ꝙ utilius erit. Dixit etiam Serapio oleum de kerua quia de cicuta maiore confert humidis ulceribus que fiunt in capite. ¶ Dixit etiam quando coquitur fenugrecum ꝛ colatur et abluitur caput ex decoctione illa confortat capillos ꝛ mūdat eos a furfuribus eorum ꝛ confert ulceribus humidis q̄ fiunt in capite. Auicenna dixit cinis capilli ueneris in lixiuio mixtus furfures aufert. ¶ Et Serapio dixit ꝛ cum hoc eradicat ulcera humida que sunt in capite. ¶ Haliabas dixit oleum mirti est utile ulceribus humidis que fiunt ī capite. ¶ Dixit Dia. vlcera humida multum sanat bleta cum alumine mixta ꝛ superposita dico ego ꝙ talia ulcera sanat inunctio facta cum melle ꝛ albumine. ¶ Ex his simplicibus multa cōposita potes ex te componere.

¶ Capitulum tertium de vulneribus mellinis, fauosis uel putridis que fiunt ī capite ꝛ in barba quia eodem modo curantur.

In capite sepe fiūt ulcera quorum sanies melli simulat̄ vnde ꝛ mellina uocātur: ꝛ sunt illa ulcera que fauina dicuntur ad similitudinem faui. Et alia sunt putrida de quibus omnibus ī hoc capitulo loquar si quid amplius tibi sit necessarium de hoc recurre ad primum librum ad capitulum de nodis ibi dicta sunt aliqua que hic nō dicentur. ¶ Primo tamen obseruatis uniuersalibus quia debita dieta et purgatione ut necessarium est quia uniuersalia non debent postpōi immo semper preponi quia aliter operatio est frustra: vnde dixit Auicenna: vniuersalia nō obliuiscaris ut per ea particularia ualeas operari ꝛ hoc sit generale dictum. dixerunt ueteres aliqui ꝙ ad ulcera capitis humida que dicuntur fauus quando ipsa sunt recentia ꝛ facta in corporibus puerorum. Coquatur in uino aliquam stipticitatem habente semen lini ꝛ inde fiat ablutio. ¶ Sanat etiā ulcera ista radix altee ꝛ ꝑprie siluestris ꝛ cocta modicū cū farina fenugreci ꝛ ēplastrata: ꝛ si addatur ex oleo onfancino facto ex floribus vel ex semine oliue est melius ꝛ hoc ī corporibus nobilibus: bulbus etiam cum uino mixtus ꝛ appositus sanat ulcera fauonia capitis. Succus etiā rute aut folia eius sicca mixta cū succo marathri inunctus vlcera multum humida quorum humiditas est sicut mel sanat. ¶ Nitrū etiam pustulis capitis ꝛ fauis ualet. ¶ Serapio sic dixit si fiat emplastrum capiti cū oliuis maturis curat ulcera fraudulenta. ¶ Et dixit etiam ꝙ in ulceribus capitis humidis confert trebentina cum balaustiis mixta. ¶ Et Bartholomeus dixit ꝙ potest misceri cum succo balaustie. Scio ego ꝙ hoc unguentum humorem corruptum qui est in cute uel in barba sanat. ℞. salis usti ꝛ pulverizati zuccari añ. et conficiantur cū oleo ꝛ inungatur. ¶ Scio etiam ego experiētia ꝙ si locus inungatur cum pinguedine porci q̄ ī uenitur in mesenterio decocta sub prunis, mire tales humores corruptos in cute tollit ꝛ cutim mundificat ꝛ consolidat. ¶ Et pro isto uide etiam quod dicetur in capitulo de saphati ꝛ specialiter de uno vnguento posito in fine capituli.

¶ Capitulum quartum de fistula capitis.

Licet supra libro secundo facta sit mentio de talpa ꝛ testudine. ¶ Cum tamen ad ulcerationem ueniunt ratione ossis corrupti fistulam pariunt in capite ꝛ talem fistulam semel ego uidi in vno famulo Joachim de oretis ꝛ nullo modo vulnus poterat claudi ꝛ non mirum: quia os erat corruptum. ¶ In cura ista habes tres intentiones. Prīma est in purgatione. Fiat ergo primo purgatio cum pillulis aggregatiuis que euacuant a capite propter ieram ingredientem ī eis. ¶ Deinde a residuo ꝛ clisteria nō obliuiscātur in quibus ponatur iera. ℥. i. dicta eius sit talis sit ualde stricta si non febriant utantur farre milio, ꝛ panatella ꝛ uino limphato ꝛ non comedāt breuiter res calidas si non fueris tut⁹ de apate.

Tertia intentio completur hoc modo quia consideres si tale ulcus est in comissuris uel non: Si sic dixit Rogerius quod melius est talem curam dimittere quam prosequi. ¶ Et ut dixi melius est palliare quam curare et nihilominus quantum ad modum curandi uel operandi in casu in quo patiens affectaret et requireret curam tunc debes totam cutem seperare ab osse. ¶ Scinde ergo ipsam in cruce et angulos eleua ut dictum est in fractura cranei et consequenter totum os trepanetur uel alio modo remoueatur uel eleuetur a dura matre ipso osse existente eleuato et ipso existente bene equato mundifica locum cum melle ro. et circa locum fiat inunctio cum oleo rosa. et si cum melle ro. poneretur parum olei ro. in principio. Dico ego non esset malum ne locus apostemetur ex conducitura ferri. Et summopere caue ne in conductura ferri angas duram matrem quoniam subito apostemaretur et posset sequi mors: hoc facto incarnetur et consolidetur locus: vt alibi est dictum. ¶ Jamerus autem talem puluerem sic constituit. ℞. gallarum saluie mirre ana. ʒ.ii. et fiat puluis. ¶ Unguentum nigrum quia basilicon in generando carnem multum ualet et unguentum rasinum ualet in hoc etiam si puer uel mulier fuerit. Et ratio quia quanto loca sunt sicciora tanto indigent medicinis siccioribus pro generatione carnis. Et etiam quanto sunt humidiora indigent medicinis humidioribus: probatur hoc quia medicina generatiua carnis debet esse sicca in primo ratione membri cui applicatur ergo si membrum sit ualde siccum medicina debet esse siccior: et si membrum sit ualde humidum debet esse siccior illo membro quia sicca in primo respectu illius membri sic humidi et non absolute ergo patet antecedens probatur scilicet quod quanto membrum est siccius indiget medicina sicciore Et quanto membrum est humidius indiget medicina humidiori pro generatione carnis in eis et uide hanc materiam in primo libro capitulo de medicis generantibus carnem habes ergo modum qualiter fistule que sunt in capite curentur vbicunque sint in capite: alia autem vlcera que sunt in capite nihil habent proprium ab aliis ulceribus quare de eis nihil loquor aliud nisi quod talia ulcera mundificentur quia si sanies fuerit subtilis exiccetur cum vnguento apostolorum. ¶ Si fuerit grossa et uiscosa adherens ulceri cum melle rosaceo remoueatur uel cum alio extersiuo: deinde caro generetur cum generantibus carnem et consolidetur cum greco minori uel aliis pulueribus. ¶ Et pro clariori noticia istorum recurre ad primum librum ad capitula propria quia ad capitulum de medicinis extersiuis et ad capitulum de medicinis generantibus carnem et ad capitulum de medicinis cicatrizantibus.

¶ Tractatus secundus de vlceribus faciei

¶ Capitulum primum de vlceribus totius faciei cuius nomen est noli me tangere et est cancer vulneratus.

Postquam formicas malas et erisipilas et alia ulcera et pustulas male curatas in facie et maxime in lepore nasi et genis et labiis contingit sepe accidere ulcus corrosiuum serpiginosum horribile et fetidum quod noli me tangere nuncupatur et est de genere cancri. ¶ Solet etiam accidere ex istis male curatis cancrena aschachilos et ista tota die accidunt. ¶ Cause huius ulceris sunt adustiones humoris et specialiter adustio colere que cum istis apostematibus superius dictis aduritur colera est malum et aduritur sepe ex ignorantia curantis non applicantis debite medicinas quare fit cancer ulceratus. ¶ Signa huius sunt corrosio mordicatiua cum ardore et punctura et uirulentia est fetida et sordicies mala. Judicia ergo quod eradicatio est difficilis et quod est morbus contaginosus: scilicet aliis membris cuius signum quia cum magis tangitur magis multiplicatur et hoc propter noli me tangere nominatur ¶ Et facies propter sui debilitatem multas materias recipit quare difficilis est eradicationis. ¶ In cura ista habes tres intentiones ¶ Prima est in purgatione. ¶ Secunda in dieta. Tertia in localibus ¶ Prima intentio completur hoc modo considerato quod materia sit adusta uel forsan sanguis adustus fiat purgatio cum electuario succi ro. uel cum pillulis de fumo terre uel cum confectione illius magistri. Namech que omnia euacuant materiam adustam. ¶ Sirupus sit de fumo terre uel uiolis uel endiuie uel simplex acetosus ut uidetur operanti. ¶ Secunda intentio completur in vno uerbo quoniam quia ista materia calida et sicca breuiter eius dieta sit frigida et humida. ¶ Et breuiter a calidis et siccis se respiciat et patet consideranti. ¶ Tertia intentio perficitur completis et perfectis istis duobus vniuersalibus per hunc modum summopere uideat medicus si locum exiccare possit. ¶ Lauetur ergo locus cum aqua alluminosa et cum aliis eodem modo exiccantibus nam ipsa membrum confortat quia stiptica est. ¶ Et notanter dixi istis duobus completis nam scriptum est decimotertio terapentice capitulo ultimo quod quia euaporatiua farmaca multitudine existente in toto corpore particulis quibusdam attrahendo implerent magis quam euacuarent. ¶ Et Galienus dixit tertio tegni quod unum commune habes preceptum efficientium ¶ Unamquamque causarum oportet abscindere prius: deinde sic deuenire ad eam que facta est egritudinem ¶ Ualet etiam aqua rosacea et aqua plantaginis et aqua ferrata omnia ista exiccant et confortant sicut et aqua alluminosa et cum istis potest poni aqua cineris. Et conclusiue dico quod ualent illa que sunt frigida et sicca et decoctio ciperi mirtillorum cipressi plantaginis psidie balaustie mirrabolanorum belliricorum et emblicorum.

Et non obliuiscaris q circa locum ponatur d fensiuum z facta lotione cum decoctione predictorum super locum potes ponere hunc puluerem. Recipe litargirii plumbi usti antimonii eris usti coralli spodii et super locum ponatur hec etiam ualet. R. ... foliorum arnoglosse ... M.i. farine ordei.z.ii.buliant in aqua pluuiali z incorporentur cum oleo mirtino. Et si in loco est apostema bonum e hoc: Ista fuit intentio Jameri z considera bene oia uel multa dicta in primo libro tractatu de ulceribus in capitulo de ulcere uirulento hic ualet quare capitula ista adinuicem requirantur.

¶ Dixit tamen Theodoricus q si ista non ualerent q super locum ponatur linimentum factu de succo linarie z plantaginis cum salgema tritum circumcirca tn ponatur defensiuum de bolo ar.uel pecia balneata uel succo alicuius herbe frigide z sicce z remutentur ter in die z hoc fiat per tres uel quattuor dies. ¶ Si modo morbus fuerit extinctus cognosces per carnis bonitatem mundificetur cum succo apii z melle z farina ordei: facta mundificatone incarnetur z consolidetur unum tamen recordor uobis: q si ista exiccauerit signum est ista ualere z cu illis prosequaris. ¶ Si non permutat te ad alia z hoc dixit Auicenna in capitulo de ulcere uirulento. ¶ Si autem morbus non sit isto modo extinctus tunc curatur morbus iste ut cancer ulceratus curatur primo cum incisione z caueas bene q totum incidatur cum radicibus suis aliter nihil ualeret immo esset nouissimus error peior priore quia adhuc rediret z post incisionem exprimatur ut sanguis melancolicus extrahatur z post cum ferro ignito cauterizetur. Secundo remoueetur corrosione z mortificatione z totum extirpet nam forti egritudine fortis debet applicari medicina secundum sententiam Ipocratis prima afforismorum: ad ultimas egritudines ultime curationes sunt potentes z in hoc arsenicum non habet par ut iam alibi dictum. Caueas tamen locum ubi operaris z quantitatem arsenici: hoc peracto mitigetur dolor et remoueatur escara mortificato ipo q cognosces p bonitate carnis z carentia uirulentie: incarna z psolida: caute tn pcedas cu mortificatis quia cum cauteriis procedas quia sensibilis et tenuis est locus z ossa spongiosa z cartilagiosa sunt et faciliter alterantur. ¶ Et propter hoc aqua fortis cum pecia securius adaptatur quare operare cum illa si libet tibi. ¶ Et pro clariori huius noticia recurre ad primum librum ad capitulum de cancro ubi de ulcerato facio mentionem. ¶ Aliter autem non loquor: hic capitula uideantur. ¶ Si autem alia ulcera fiant in facie ista curentur sicut z alia ulcera aliorum locorum quia istis nihil est proprium.

¶ Tractatus tertius de ulceribus oculorum.
Capitulum primum de ulcere supcilii siue palpebre.

Postquam feci sermonem de ulcere quod accidit uel accidere potest toti faciei quia cuilibet parti de nolimetangere mentionem faciam de ulcere cuiuslibet istarum partium faciei. ¶ Et primo incipiam a palpebris sepe accidit scabies in palpebris cum ulceratione ut sepe uidi z uidetur: z licet hoc capitulum potuerit situari in tractatu de decoratione: hic tamen ipsum situaui. ¶ In cura ista habes tres intentiones. primo fiat purgatio cum re euacuante humores acutos facientes scabiem z ulcera: z est electuarium succi ro. et pillule de fumo terre. ¶ Sirupus sit d fumo terre uel uiolatus secundu tn materiam ad oculu currente z sic completur prima intentio. Consueui etiam facere euacuationem cum pillulis de iera quia cu. ℈.ii.uel cum. ℈.i et.z.i.electuarii succi ro. z simul incorporentur z fiant pillule. ¶ Secunda intento consistit in debito regimine: respiciat se a crapula z specialiter a uinis magnis: utatur ipse rebus non habentibus multum humectare ne caput humiditate repleatur. ¶ Tertia intentio copletur cum localibus Et primo dixit Rasis q fel ericii terrestris si fiat ex eo collirium z immittatur oculis confert contra lepram eorum. Et lepra idem est quod scabies mala eorum cinis ostracorum ustorum lotus primo sicut lauatur climia z tritus subtilissime ualet scabiei palpebrarum. ¶ Dixerunt alii q erugo ferri subtiliter trita z cum radio immissa confert. ¶ Serapio tamen dixit q si lapis emathites dissoluatur in aqua granatorum ualet ad scabiem eorum. ¶ Auicenna dixit cum aduritur seratura eboris super sartaginem dein abluitur confert ulceribus antiquis z optalmie sicce z scabiei oculi. ¶ Serapio dixit si camomilla decoquatur in forma emplastri z super ponatur scabiem ulcerosam sanat: confert corrosioni palpebrarum succus foliorum oliue et maxime siluestris cum zuccaro mixtus z cu radio impositus. ¶ Confert etiam thucia lota in aqua mirabolanorum citrinorum scabiei z ulceri palpebrarum. ¶ Pro quo nota q aliter et aliter lauatur thucia. unde in egritudinibus calidis cum aqua ro. lauetur z in frigidis cum uino potenti et in istis lauatur cum mirabolanis ualet etiam licium superpositum. Et hoc est si iste egritudines non fuerint multum antiquate fricetur tamen primo cum foliis fici locus et post inungatur cum licio dissoluto in aqua.

¶ Postquam feci mentionem de simplicibus medicinis de compositis modo loquar.

¶ Si scabies fuerit crossa et cronica: tunc factis uniuersalibus debes mouere asperitatem cum foliis paritarie uel ficus et non permittatur q locus ille non efficiatur tener. ¶ Aliqui autem primo apponunt spumam maris cum zuccaro: deinde fricant locum. deinde lauant cum uino bono: deinde ualent ista. Recipe cerusse uiride eris an. partem unam: tere contritione ultima confice terendo contritione multa cum uino albo

bono ꝛ succo misꝰqꝫ quo fiat ad spissitudi/nem mellis clari ꝛ utere mane ꝛ sero ¶ Aliud ꝙ ualet Mesue ℞.sandarugi.ʒ.iii.eris vsti.ʒ.ii.mirre croci.an̄.ʒ.i.piperis.ʒ.s.et est leue si vis fortius facere pones flores eris uel folis armo niaci.ʒ.s.¶ Hamech dixit confectio sanās sca biem oculorum ꝛ consumens pannum ꝛ vngu lam ℞.floris eris colcotar adusti spume ma ris an̄.ʒ.ii.carcule.ʒ.iiii.baurach salis armonia ci arsenici rubeii sublimati.an̄.ʒ.i.ꝛ fiat sief cū succo celidonie ꝛ aministretur.¶ Item sief cō ferens scabiei ꝛ pruritui ꝛ sebel ꝛ humiditati superflue in oculo Recipe ceruse croci gūmi arabici.an̄.ʒ.vi.armoniaci agreste an̄.ʒ.i.s . con fice cum aqua pluuiali sief etiam uiride ut di/xit Rasis ualet ad scabiem ꝛ sebel ꝛ ad ungu lam ꝛ ad tenebrositatem uisus. Recipe floris eris.ʒ.iii. colcotar adusti.ʒ.ii.arsenici rubei cū succo rute dissolute.ʒ.i.s. fiat sief ꝛ si sic non sanetur radatur vngula cum spatumine obtuso ꝛ postea distilletur in oculo aqua cumini masti cati ut oculus non incarnetur :deinde cum pul uere citrino posito in optbalmia calida curetur ¶ Et desuper in ieme cum amigdalis amaris ꝛ in estate cum uitello oui ꝛ oleo ꝺ violis em/plastretur.¶ Si autem scabies fuerit leuis ua/let aqua rosacea in qua fit modicum de cuposa aut viride eris aut secundum alcobati de albu mine ꝛ croco est utilis ꝛ pulchra ¶ Collirium Beneuenuti Recipe thucie alexandrie .zucca/ri an̄.ʒ.xii.ro.ru. siue puluis.ʒ.i. coquantur ad lentum ignem cum. ʒ.ii. boni vini usque ad consumptionem medietatis ꝛ coletur ꝛ vsui re seruetur ꝛ si adderetur aliquid de antimonio ꝛ ere usto esset melius ꝛ consequenter fiat euapo ratio cum spongia infusa in aqua calida ꝛ pau co aceto.Demuꝫ super locum ponatur hoc em plastrum. ℞.farine fenugreci.lbr.s.pul. ro.ʒ.i. pul.camo.ʒ.ii.coquantur cum uino ꝛ collatu ra inspissetur cuꝫ uitellis ouorum.¶ Auicēna laudat hic emplastrum de maluis. ¶ Sanies autem extergatur cum zucharo ꝛ parum thucie preparate de ulceribus frontis ꝛ superciliorꝫ non loquar quia nihil habent proprium et ut alia ulcera communia curantur.

¶ Capitulum secundum de ulcere oculi.

Ulcera oculi fiunt aut propter humores acutos calidos mordicantes locum aut propter apo stemata uł pustulas uel exituras illic aduenien tes aut etiam ꝓpter uesicas:ꝛ licet multe sit spe cies quia secunduꝫ doctores ꝛ specialiter secū dum Gali. nihilominus quia non multū diuer sificant intentiones curatiuas ideo de presenti omnes illas omitto.Et si placet ulcera oculoꝝ comprehenduntur in tribus speciebus in puris ꝛ uirulentis in maximis et cancrosis in medio cribus ꝛ sordidis pro quo nota ut dixit Jesus. ¶ Et Auicē.si ulcera sunt in cornea apparet al bedo ī loco.Si uero ulcera sūt in coniunctiua appet rubedo.¶ Judicatur de ulceribus istis ꝙ si fuerint maligne disrumpetur cornea et eleua bit uuea ꝛ per consequens timor erit de perdi/tione oculi ꝛ ad talia ulcera sequntur cicatri/ces albe:eo quia ista sunt membra spermatica que non recipiunt consolidationem per uiam prie intentionis:quare ē necesse aliquod medi um itercidē.Jterū dico ꝙ si cū ulcere coniūga tur dolor capitis uel optalmia primo remouea tur optalmia uel dolor capitis antequā oculus patiētis fatigeť:deiń ueni ad ulcerū curā.¶ In cura ista hēs q̄ttuor intētiones.Pria ē in uita: Secūda ē in materia an̄cedēte ꝛ in illa q̄ est in fluxu.Tertia ē i localibꝰ.Quarta ē in accn̄tibꝰ qꝛ accn̄tiū correctio.¶ Pria intentio ꝛ secūda completur ut dixi in libro secundo capitulo dē optalmia ꝛ illic uide.¶ Saluo tamen ꝙ si passio sit in oculo dextro dormiat supra sini/strum ut dixit Auicenna ne sanies corrodat tu nicas oculi neque clamet neque sternutet neqꝫ euomat. ¶ Et subdit ꝙ fiat assiduatio solu tionis ventris omnibus quattuor diebus cum eo ꝙ educit superfluitatem acutam ꝛ patet ali/ud ¶ Tota ergo tua intentio sit prohibere ma teriam reumatizantem uenire ad locum etiam remouere dolorem quantum potes ¶ Tertia intentio completur hoc modo considera si pu stula sit apostemata uel non ¶ Si non aperias cum aqua fenugreci aut melliloti quia aperiūt festinanter ut dixit Jesus: licet tamen de hoc in secundo libro sit satis dictum ¶ Si locus sit apertus mundificetur cum melle rosaceo di stillato in eum uel cum sirupo de melle vt di/xit Auicenna facta mundificatione repleatur locus carne cū sief albo:Cuius hec est recepta Recipe antimonii scelide an̄.ʒ.x. acacie. ʒ.tres aloes.ʒ. i. fiat sief ex succo rubi est autem sublimis.¶ Aliud sief faciens nasci carnem in ulceribus ꝛ prohibens exitum vuee. Recipe climie thucie tritarum ꝛ ablutarum multotiens ī aq̄ pluuiali ceruse āmonii olibāi.an̄.ʒ.i. mirre ʒ.i.sarcocolle sanguinis draconis aloes opii an̄.ʒ.i.s.ꝛ fiat sief ꝛ administretur expertum est ¶ Sief etiam de plumbo ualet ut dixit etiam alcoati ꝛ Mesue replet ꝛ consolidat ulcera o/culorum . Recipe plumbi usti antimonii thu/cie ablute calcecumenon gummi arabici dra/ganti an̄.ʒ.8.opii.ʒ.s. ꝛ fiat sief cum aqua pluui ali:puluis olibani ut dixit Auicen.replet vlcēa carne ꝛ cinis obstracoꝝ ablutus ꝛ plumbū adu stū ablutū pix puluerizata cū zuccaro ꝛ īmissa in oclo cū radio curat ulcēa ocloꝝ ꝛ mixta cū

melle melius. ¶ Galienus isti septimo dixit quod fumus olibani consolidat ulcera oculi: et idem dixit Auicē. et Serap. Galie. iterum dixit de cinere ligni olibani. i. thuris hunc sermonem mox ligni olibani cinere utuntur miscētes ad optalmias adhuc autem et ad eas que competunt oculis et que reuertizant et ulcera habent etenim expurgāt hec et carnosantur ab eis. ¶ Dixit etiam ipse in nono de lapide ematite. Ipse autem ulceribus que sunt in oculo confert ipse quidem solus cōtritus et impositus. Et idem dixit Diascorides et Auicenna dixit quod abstergit et consolidat ulcera quando administratur cum albumine oui ¶ Et Bartholomeus dixit quod lapis emathites sit primo ustus et ablutus et mixtus cum melle et cum modico de cortice thuris. ¶ Et Galienus iterum dixit in nono pomfolix omnia ulcera et uesicas sanat miscetur illa in colliriis que conficiuntur ad reuma quod est in oculis et ulcera in ipsis sanat. ¶ Auicenna sic dixit olibanum consolidat ulcera oculi et replet ea et maturat apostemata antiqua in eo. ¶ Et dixit mirra resoluit saniem in oculo absque mordicatōne. ¶ Et Bartholomeus dixit quod potest imponi sola uel cum melle. Et iterum dixit aloes confert ulceribus oculi et apostematibus eius et dolori ipsius ¶ Et dixit etiam lac lactuce siluestris abstergit ulcera cornee et lac lactuce domestice est illi propinquum. ¶ Et dixit etiam quando ex tuderi fit collirium cum melle mundificat ulcera oculi. Et dixit etiam stercus limacie aduste confert ulceribus oculi. ¶ Serapio dixit fumus olibani replet et mundificat ulcera oculi: quemadmodum facit fumus mirre et storacis. ¶ Et dixit mirra ingreditur in confectionibus colliriorum que fiunt ad ulcera in eis: et ipsa replet ulcera oculi et cōfert obscuritati uisus et asperitati palpebrarum. ¶ Et dixit etiam dragantum confert ulceribus oculi et limpitudini eius quando infundatur et dissoluitur et collirizatur cum aqua eius. ¶ Et Bartholomeus dixit quod idem potest collirizatus cum melle uel zuccaro Et ego credo quod aqua dissolutionis eius ualet quando ulcera sunt munda: sic enim consolidat et prohibet ulcera dilatari et dixit etiam quādo armoniacum miscetur cum melle mundificat ulcera que sunt in oculo. ¶ Et dixit etiam ossa dattilorum combusta et cinis eius extincta ualet ulceribus oculorum. ¶ Et dixit etiam ebanum ingreditur in medicinis oculorum conferentibus ulceribus antiquis eorum et humoribus fluentibus antiquo cursu. ¶ Dixit etiam quando fit alcohol cum floribus et summitatibus papaueris cornuti aufert ulcera que fiunt in cornea oculorum. ¶ Et Bartholomeus dixit quod tota planta in hoc confert et debet coqui cum uino dulci et sedat tumorem oculorum et eius caliginem. ¶ Et dixit etiam lentes conferunt ad ulcera magna oculorum patet ut dictum est in optalmia. ¶ Et dixit quando lapis emathites fricatur super cote cum aqua et ex illa fricatura fiat linitio confert ulceribus omnibus et quando fit ex eo puluis subtilissimus et pulueризatur in ulceribus aufert carnem superfluam et consolidat ulcera oculi. ¶ Et dixit antimonium aufert sordiciem ulcerum oculorum. ¶ Et dixit batitura eris ingreditur in commixtione medicinarum oculi et vesiccat ulcera que sunt in eo. ¶ Et dixit de climia metallica id est omnis metalli et proprie quando lauatur: quod ipsa fit medicina que abstergit cum temperamento sine mordicatione et confert ulceribus que sunt in oculo que indigent medicina que repleat carne. ¶ Et Alchin᷒ dixit quod ipsa confert ulceribus humidis humiditate multa et putridis que fiunt in corporibus mulierum sicut etiam sunt corpora infantium et eunuchorum. ¶ Diascorides dixit de pul. olibani sic ulceribus oculorum medendo succurrit. ¶ Et simili modo fumus mirre facit et storacis quia similes sunt naturaliter et uirtus est una et dixit etiam anulum alta uulnera oculi replet. ¶ Constantinus dixit cortex oui pulуerizatus immissus pannum rumpit et ulcera sanat. ¶ Et dixit corallus ulcera oculorum sanat et putrefactionē eorum sanat lacrimas siccat et pruritum oculorum tollit. ¶ Et Bartholomeus dixit quod iste puluis coralli adusti abluti et mixti cum modico puluere zuchari et immittatur. ¶ Et dixit etiam cathimia argenti usta uisum mundificat et desiccat sine morsura uulnera oculorum replet et alia uulnera exiccat ¶ Sed cathimia auri magis desiccat et clarificat usta et lota uulnera oculorum sanat sic molestia. ¶ Dico etiam ego quod litargirium lotum impositum uulnera oculi carnem replet et scoria stagni confert etiam in hoc et ponitur loco merdasegni. ¶ Haliabas dixit sic lapis marchasita qui de terra portatur si collirizetur ex eo soluit saniem: que est in oculo. ¶ Et dixit etiam si plumbum ustum abluatur desiccat sine morsura. Et est medicamen utile ulceribus pessimis et maxime oculorum. Desiccat enim eorum humiditatem et cicatricem super inducit. ¶ Et dixit etiam cerusa prodest optalmie si misceatur oculorum medicaminibus cicatrizat que eorum ulcera. ¶ Eminentiam autem ulcerum et albedinis eius sanat hoc alcohol. ¶ Recipe ceruse folii eris combusti ana dragmam unam draganti dragmas tres mirabolanorum citrinorum co. alli margaritarum zuchari tabarzet ana ʒ. i. terantur subtilissime et immittantur. ¶ Et ex istis simplicibus potes facere colliria et fiet et alcohol ut tibi uidetur. ¶ Quarta itentō cōpletur

secundum naturam accidentium. vnde si sit do lor remoueatur ut dictum est in optalmia. Si sit optalmia uide etiã illic et sic etiam de aliis accidentibus.

Capitulum tertium de ruptura cornee.

Quandoque ex cor rosione in ulcere existente in oculo rumpitur cornea et apparet uuea: ita q apparet quedam elegatio ipsius uuee et licet multe sint species vt dixit Auicenna. tamen de ruptura manifesta cornee cum apparentia uuee mentionem faciam. Fac ergo in cura ista flobo tomiam si opus fuerit eam facere et caput et to tum corpus purgetur cum euacuantibus humo rem illi corpori predominantem. Cibi eius sint boni chimi et sint frigidi uel temperati: et tu considera localia ualentia sunt sicut citonia et lentes decocte cum melle et sicut aqua grana ti et oliue et uitellum oui aut granatum muzum decoctũ cum pauco aceto et aqua agreste et bis cotum deinde exinde fiat emplastrum. Item ualet compressura bona et ligatura in hoc cãu lapis etiam ematites cum albumine multũ ua let et sief ematites est mirabilis. ℞. lapidis ema titis abluti. ʒ. iiii. ceruse climie añ. ʒ. ii. eris usti a midi gummi arabici dragãti opii añ. ʒ. i. et fiet sief cum succo foliorum oliue et si egritudo fu erit antiqua de uno aut duobus annis non ap propinquas stricturam cum lamina plumbi ut dicunt aliqui quoniã hec egritudo ut dixit Je sus non recipit curam. Et si uolueris oculum decorare. Aliqui dicunt liga eminentiam cum filo de sirico et infrigida et conforta oculum usq quo cadit ipsa et filum.

Capitulum quartum de fistula lacrimali.

Fistula lacrimalis fit ut plurimũ ex apate paruo dicto garab q nascit ibidẽ qr i lacr͞iali de xtro ut dix Auicẽ. in ca° de garab. Tardat autẽ istud apa ad apiendũ. vnde sanies acquirit quan dam nitrositatem ratione cuius ulceratur locus usq ad os et fit fistula: et qñq exit sanies per lacrimale et aliqñ p exterius et aliqñ p utrũq la tus et aliqñ. exit p nares et aliqñ terminat ad os et ad carnẽ aliquãdo. Signa fistule sũt qñ i lo co anceffit apa: 2° qr i loco ẽ quedã callositas et duricies profunda. 3° a loco exit sanies se rosa et glutiosa. Exit aũt quãdo cõprimitur p locũ iliũ et aliquando p oculũ. 4° oculi istorũ sũt optalmici qr rubei. Si aũt fuerit in carne uel osse manifestat proba quia tenta: quoniam si sētit aspitas ẽ i osse si leuitas est in carne. Hec nanq cura est difficilis primo ppt subti litatem loci quia carnis et ossis. Os nanque

est uelud carta ut iam in anothomia mõstraũi Secundo propter propinquitatem oculi quem oportet te custodire. Tertio quia illa pars est ualde sensibilis et est uidere in opere. 4° quia ad locum currunt multe superfluitates que cũ difficultate exiccãtur. Caue tamen quantũ po tẽs ne area palpebre rumpatur quoniam locus remaneret difformis et semper lachrime flue rent. Et ex hoc patet causa huius fistule quoni am causa est humor grossus qui in longitudi ne temporis maturatur cum garob in loco fue rit. vnde ratione magne more acquirit maligni tatem et nitrositatem. vnde locus fistulosum fa cit. Cura ista habet tres intentiones obmissis tamen uniuersalibus dictis in prio libro smo ne uniuersali de fistulis pro illis illic recurre.

Prima intentio est in principio repercutere ga rab et resoluere et maturare. hoc tamẽ totũ fiat secundũ sua tempora et aperire ipsũ quoniam non ẽ aptum. Secunda est mundificare locum quando non ẽ mundificatus. Tertia ẽ mundifi care fistulã quando est confirmata. Prima in tentio completur cum repercussiuis dictis in li bro secũdo de optalmia: et illa repercussiua so lutiua et maturatiua illic posita hic applicentur temporibus debitis et non replico gratia breui tatis maturatiuũ tamen hoc consueuit fieri. ℞. fa. ordei croci aloes mirre añ. et confice cũ op poponaco. dissoluto in aceto. Maturat enim et p se rũpit apostẽata. Si uero ñ apiat p se apiat cũ ff'omo longe tamen a lachrimali ppter di ctam cãm. Secũda intentio est mundificare fi stulam: mũdificetur cum aqua rute mellita. Et inter omnia ista mundificãtia inuenio tria. Pri mum ẽ Auicenne: secũdũ est Rasis: 3m ẽ Guil. de saliceto. Primo dixit Auicenna q sumatur sudor arundis inuenta in interiori parte eius q̃ grossitudinẽ quandam hẽt et aggregetur tantũ de ea q possit impleri tota pfunditas et cohoperiatur hec aliquo unguento appropriato.

Huic et his in die remutetur postquã erit satis mundificatũ consolidet: et subdit q expertum ẽ sief memite. Rasis dixit hoc colliriũ ualere ℞. thuris sarcocolle aloes sanguis dra. balau stie antimonii alumis añ partes equales et de flo re eris addatur quarta pars unius partis et fiat sief cum aqua pluuiali de isto tamen collirio fe cit mentionem Auicenna et dixit deinde distil letur in ea colliriũ algarab q filius zacharie si bi comparat et proprie de eo quod dissolutum ẽ cum aqua gallarum. Istud autem collirium ẽ tante uirtutis ut dixerunt alii doctores et Ra sis q fistulam sanat in una edomada aut ipam ita disponit q ipsam occultat per aliquos dies Aliqui doctores dicunt hoc collirium occulta re fistulam per tempus. Ego autem expertus sum istud collirium et non inueni illud qd isti dicunt. Credo tamen q illud forsan fuit q os corruptum erat in istis. Guilgielmus de salice. dixit q mundificetur cum unguento uiridi fa cto de flore eris alumine et melle. Est autem

hoc unguentum egiptiacum aut mundificetur cum pul.affodilorum de quo sepe facta est mētio et post mundificationem cum consolidantibus sanetur modo loquar de simplicibus. Dixit primo Auicenna quod lac lactuce siluestris impositum ualet fistulis. Et dixit etiam quod folia maluauisci cruda masticata cum sale et supposita multum conferunt fistulis et proprie panis et in oculo quod expertum est esse uerum. Et Serapio idem dixit de folio malue. Et cōueniunt ambo quod talia faciunt nasci carnem.

¶ Et dixit folia rute cum aqua granatorum super posita ei et multum ualet: et dixit crocus cum aq̄ atarasacon ualet. et sine cessatione permutetur. Serapio dixit quando fit emplastrum cum foliis plantaginis et sale confert fistule lacrimali Et Fidelis dixit quod solus succus arnoglosse cū bombice oculo apponatur et infra nouem dies tollit ulcus siue fistulam oculi. ¶ Et idem facit succus ungule caballine appositus primum sū expertus et de plantagine minore idem dixit Dia. si eodem modo ponatur. Et Alchi. dixit cinaglossa siue lingua canis sanat fistulam que est sub oculis iuxta nares et alias fistulas que sunt in lacrimali quando administrantur ī prīcipio earum. Et dixit oleum antiquum nucum confert fistule lacrimali. et dixit etiam quando interius nuces antique masticantur et apponiť ualet et curat eam. Et Bartholomeus dixit quod nux uetus antiqua et contrita cum cortice suo et apposita cancrenis et carbunculis et tumoribus fistulosis que fiunt circa maius oculi lacrimale ualet. Alchi. dixit aloes facit consolidare fistulam profundam in angulis oculorum. ¶ Et dixit agresta coagulata secundum artem quando miscetur cum aceto ualet fistule oculorum. Si isto modo fistula curari non poterit signum ē tunc os fore corruptum. Et tunc accedat tertia intentio que est mortificare fistulam. Prio ergo incidas locum cum lanceta uel rasorio ł gamaū ut tibi uideť et scinde in longum et elōga te a lacrimali quantū potes et post impleať locus cum stuppis balneatis in albumine oui Et consequenter in secunda uisitatione inspiciatur os et si corruptum fuerit cauterizetur os cū ferro rotundo et precustodias oculum cum canula ita quod ferrum ponatur per canulam et cauterizetur et isto modo facto sedetur dolor cum infrigidantibus et procuretur casus escare et exfoliatō ossis. vt dictum est supra in cōmuni li.º primo: aliqui mortificant eam tenta imposita ī aliquo caustico et ponunt super locum: hoc autem non est mihi dilectum. Primus modus magis diligitur ut dixit lanfrancus quia cauteriū non sic mēsuratur sicut ferrum ignitum. ¶ Si tamen hoc uelles facere custodias oculum cum rebus frigidis ut dicit Auicenna quod spongia infusa in aqua frigida. Aliqui tamen faciunt cauterium cum ferro punctali. et faciunt materiam descendere ad nasum. Et ego uidi unum iam curatum illo modo et iste modus fuit Guil. de sali. et consequenter locum mundificant et icarnant et consolidant. Et ista uidetur etiam esse intentio Auicenne in capitulo de garab ubi dixit. Quandoque est ut in osse corrupto fiat foramen et intendatur cum hoc ut fiat cauterium q̄ profundius in infimo concauitatis non declinando ad nasum neque ad oculum et eleuetur coniunctiua a latere nasi in profundo ita ut cum perforetur locus uno foramine aut foraminibus paruis tribus et penetret et currit sanguis ad partes oris et nasi. Si autem non potes fistulam istam aliquo modo curare tunc palietur. i. mendose curetur cum isto collirio. ℞. climie et desrugi añ. ʒ. ii. cineris fornacis in qua purgetur es ʒ. iii. mirre aloes memite croci opii añ ʒ. i. confice cum uino et administretur. Et cari fratres si hec cura non perficiatur a uobis ita cito sicut uoletis uel infirmi non turbētur neque formidet cor uestrum et non solum in istis casibus. sed etiam in aliis quia he cure longe sunt ut sepe sū expertus.

¶ Capitulum quintum de dolore oculorum.

Oculorum autem dolores qui. quandoque impetuosi sūt quia ratione rei extrinsece eueniunt et malorum morborū sunt causa: curam deinceps dicamus: et licet hoc capitulum debuit situari in tractatu de contusione uel in tractatu de apostematibus oculorum: hic tamen incidentaliter ne hoc indiscussum permittatur mentionē facio scilicet de dolore oculi proueniente a percussiōe. Ueteres multi dicunt quod quando dolō oculi a percussione causatur uitellum oui cū nigro et oleo ro. impositum confert ualde: per nigrū autem intelligunt isti attramentum quo scribimus quod uerum est et a me probatum. Haliabas tamen dixit si uitellum oui permisceť cum oleo ro. cui percussio accidit illi proderit. ¶ Et Auicenna dixit sic: vitellum oui confert croco et oleo ro. confert percussioni oculi ualde: et dixit idem Alchi. Dia. dixit crudum ouum et uitellum etiam eius assum facit ad dolorem oculorum mixto ceroto ex oleo ro. Rasis dixit uitellum oui coctum cum oleo ro. mixtum oculo superpositum sedat dolorem calidum. Serapio dixit uitellum oui elixatum quando misceť cū croco aut oleo ro. confert pulsationi oculi. Et Bartholo. de va. dixit quod quando de influētia timetur reumatis ponatur oleum ro. quādo autem queritur amplior resolutio addatur croc. Serapio dixit etiam albugo oui miscetur ī doloribus omnibus in quibus est necessaria medicina que non mordicet sicut sunt dolores oculorum et quando distillatur modicum de albumine oui tepido in oculo sedat dolorem et hoc ego in doloribus oculorū calidis expertus

fum:pono tamen cum albumine parum lactis mulieris feminā lactantis ad dolorem ēt ocli a percussione factum coquantur folia sisami in ui no aliquā stipticitatē habente sisamū ipsū oculo superponatur. ¶ Serapio dixit folia bethonice trita ꝛ emplastrata super frontem mirabiliter do lorem oculoruꝫ sanant:imo uolunt doctores ꝙ oībus uiciis oculorum imposita conferant ¶ Cō stantinus dixit bethonica catapl'ata oculis abiec ta lesis ualet. ¶ Et Auicēna dixit ponūtur fruc tus et aqua salicis super percussionem pupille ad dolorem oculorum causatum ex materia reu matizante ad oculum ꝛ ad eminētiam ipsius pu pille quando omnia ista causata fuerint a casu ꝛ a percusione. ℞.farinam fabarum ro. thus ma sculuꝫ ꝛ albumen oui hec simul mixta oculo su perponantur ¶ Et Dia.huic emplo addidit vinū Unū recolo ꝙ primo fiat flebotomia ꝛ purgati ones ꝛ diuisiones secundum tamen necessitatē.

¶ Tractatus quartus de ulceribus nasi in vni uersali ꝛ fetore eius.

¶ Capitulum primum de vlceribus nasi.

De vulneribus na si modo loquar: ꝛ primo loquar ī vni uersali dixerunt aliqui ꝙ aloes pulue rizatus ꝛ naribus inflatus vlcera eorum sanet ꝛ contusioni eorum etiam confert. Auicenna di xit ex aqua ficle cum felle gruis ꝛ delet torturaꝫ ꝛ valet ad ulcera narium ¶ Et dixit radix cipe ri confert putredini narium ꝛ oris ꝛ alcole. Et dixit etiam ziniar assumptum cum sale armoni aco ꝛ aceto ꝛ alumine cum teritur ꝛ insufflatur naribus ꝛ impletur os aque ut non perueniat ad guttur prohibet fetorem narium ꝛ fetorem ma lum in ipsis. Sera.dixit quādo succus granorū granatorum ꝛ ꝑprie acetosorum coquit̄ ꝛ per miscet̄ cū melle confert etiā ulceribus putridis narium. Unguētum factum ex succo ru. uel ex foliis eius siccis ꝛ tritis cū cerusa ꝛ oleo ro. Di xit etiā vlcera narium antiqua curat succus cus sus distillatus in naribus. Et Bartho.dixit: ꝙ succus edere nigre que idem est ꝙ ¶ cussus missus in naribus cōfert polipo ꝛ ulceribus pu tridis narium cancrosa ꝛ corrosiua prohibꝫ suc cus vue serpentarie naribus immissus cuꝫ lana vel spongia ꝛ idem operatur semen eius. Ser. etiam dixit quādo auripigmētum citrinū misce tur cum adipe resoluit exituras ꝛ ē conueniens vlceribus que sunt in naso ꝛ ore ꝛ vlceribus aliis ¶ Et dixit etiā puluis vitrioli ponitur in naribus ꝛ mundificat ulcera eius ¶ Et Auicē: dixit ꝙ cōfert vlceribus nasi qꝛ pulsulis. Et se cundū hoc Bartho.interficit v̄mes qui sunt il lic cum tn̄ immittitur immittatur cū melle addu catur etiā hic vnguētū chiranni scriptuꝫ in secū do libro ca.de polipo ꝛ hic ualet ¶ Si autē cō tingeret ꝙ fetor esset ex ulceribus istis solum ꝛ nō ex alia causa tūc dico ista ꝯferre. Cōfert fe tōri nariū in oībus putredinib' puis que sunt in eis ziniar sicut iam dictum ē ciperi insuflati ēt ualēt ¶ Et Sera.dixit quādo succus sumita tum cussus nigre ponit̄ in naso purgat fetorem putridum ꝗ est in eo. Et Appu. dixit ꝙ suc cus sit bene collatus ꝛ hoc expertū ē ¶ Et idē dico de succo yreos ꝙ fetorem tollit. Inunctō ēt facta cum oleo facto ex floribus yreos cum speciebus fetorem auris non admittit ¶ Cōstan. dixit ꝙ spica in vino cocta ꝛ lixiuia intincta et naribus immissa ualet fetori narium ¶ Et Me sue dixit ꝙ caput purgiū factū cum oleo de cu cumere asinino ualet ad fetorem nariū. Et Ga. dixit i.x°. ꝙ vrina asinoꝝ ꝛ est ex melioribus la uatris ꝛ infusionibus ad fetorē narium ¶ Et Auicenna dixit de vrina cameli ꝛ de succo cu cumeris asinini cū pauco lacte caput purgiū fit nam plurimas superfluitates a capite educit et fetori confert ꝙ uerissimum ꝛ a me expertum. est. Sint tn̄ purgationes facte ꝫ necessitatē p°

¶ Capitulum secundum de vlceribus putridis ꝛ virulentis ꝛ corrosiuis ꝛ siccis nasi.

Ulcera que fiunt in naso quedā sunt cū carne addita ꝛ quedā nō: de primis faciam mētionē in capi.sequēti de secūdis mō loquar vlcera ꝗ sunt sine carne superflua:quedā sunt uirulēta et quedā sordida ꝛ quedā corrosiua ꝛ quedā cru stosa. ¶ Causa hoꝝ vlcerum sunt acuti uapores aut mali aut humores a capite descendētes qui si sunt acuti ualde ulcus corrosiuuꝫ faciunt si n̄ putridū uel uirulentū agūt ¶ Cognoscunt̄ autē illa ulcera ad solem cū visu:ꝛ dixit Hali. ꝛ hoc si nares aperiantur cūꝫ speculo paruo ¶ In cura ista habes tres intētiones ¶ Prima est purgare ¶ Secunda est dietam ordinare ¶ Tertia est lo calia applicare ¶ Prima intentio completur cū rebus purgantibus ipsum caput.s.cū rebus pur gātibus ipos hūores acutos sicut cū electuario suci ro:uel melācolicos:uel fl'aticos ꝛ d̄ eis pur gantibus sepe ē dictū ꝛ diuertere materiā ēt ad alium locum ē ualde bonū.s.cum uētosis ꝛ fri cationibus:ut dixit Auicēna ¶ Un̄ dixit Galie. siccare debes ꝛ roborare caput totū ut nulla ab eo supfluitas ī inferioribus partib' fluat ꝛ hoc ī caplo de obtalmia ēt dixi ¶ Scōa ītētio ē ī ui ta:uita eius sit scōm necessitatē ulcerū ꝛ hūoruꝫ peccantiū:qꝛ ꝯria illi humori peccanti:hoc perac to ad tertiā deuenio ¶ Et dico primo de mente Auicē.ꝙ nasus est membruꝫ humidius aure et siccius ocl'o quare oꝫ:ꝙ curatio eius sit ꝓxima curationi aurl et oculi.oꝫ ēgo ut sint medicīe ex iccātes ulcera naris uel nasi maiorl exiccationis ꝗ̄ medicine exiccantes ulcera oculi ¶ Et Gal'. in.v.terapentice dixit naribus uero quidē ml'to siccius ꝗ̄ oculis:minus uero ꝗ̄ auribus oꝫ esse farmacū.si uero ulcus fuerit uirulentū unguētū d̄ litargirio ualꝫ ubi addat̄ scoria plūbi d̄ plūbo

vsto. ¶ Et similiter dico de unguento de calce
ꝛ de unguento de plumbo. Unguētum Gal'. de
flore eris bonum mundificans vulnera saniosa:
consolidans ipsa ē hoc. ℞ cere. ʒ. iiii. ol'i antiqui
uel facti ꝺ oliuis īmaturis. ʒ. vi. floris eris pulue
ritati sicut alcool. ʒ. ii. fiat ex eis vnguentū ꝛ itē
cum lixiuio ꝛ aliqñ addas uel minuas de flore
eris scōm ꝙ exigit necessitas. ¶ Filius Serapi
onis dixit vnguentū cōferens ulceribus nasi ex
pertum. ℞ ceruse merdasengi plumbi vsti añ. ꝑ
tes equales abluantur postq̄ʒ fuerint trita ꝓlu
ribus vicibus deīde fac vnguentū cum vino ꝛ
oleo mirtino diu terendo ī mortario nunc oleū
nunc uinum infundendo vsqꝫ dū īpinguetur ꝛ ē
expertum. ¶ Itē ualet hoc Auicē. ℞. ceruse lib.
i. merdasengi scorie plumbi adusti amboꝝ añ. ʒ.
iii. misceantur cum vino ꝛ oleo mirtino. ¶ Ista
aūt exiccāt ꝛ ꝓhibent materiā ad locū deuenire
¶ Si aūt ulcera sint sordida ꝛ crustosa locus dꝫ
lauari cū vino et melle ꝺcoctōis camomille mel
liloti nastursii. elebori: et mirre et si cū lixiuio la
uetur et paruꝫ mel'. uel alūis esset bonū facta lo
tione mundificetur cum unguento apl'oꝝ. ¶ Et
dicunt aliqui magistri ꝙ si tenta de radice acori
infusa diu in oleo iuniperi in quo scamonea fu
erit dissoluta optime mundificat et sanat si ipōa
tur. ¶ Quattuor magistri in hoc dixerunt ꝙ si ꝺ
menta et agrimonia et oculo christi et berbena
trita ad 'inuicē cū assungia porci fit mundifica
tiuū optimū in hoc: istis peractis locus consoli
detur cum vnguentū alb. in alia ꝑticula īmedia
te posit'. ¶ Si ulcera sint corosiua fiat remediū
Gal'. in icamur. primo dixit ipse ꝙ capiantur de
tribus generibus granatorum maloꝝ muzorum
dulciuꝫ ꝛ acetosoꝝ: oꝫ aūt ista īcidē mala frustr
anti: ut exprimi possit sucus ab eis. reponē āt oꝫ
sucum in vase de piltro ꝛ ipsū bulire donec me
dietas 'resoluatur. lanā aut lixiuium ī isto sic bu
lito suco balnea ꝛ in nare ponatur. ¶ Si āt suc⁹
iste inspissaretur sicut agresta que fit artificialr̄:
ꝛ in naribus insufflaretur ualēt ēt. Auicē. autēꝫ
hoc idē dixit: sed ꝺ granato acetoso solū locut⁹
est. ¶ Si āt ulcera eēnt ex materia acuta currēte
aut mala ꝛ fetida: ex partis rufi valet hoc. ℞. ci
peri alūis galc: mirre croci añ. arsenici paꝝ et ad
ministretur. ¶ Si āt hoc nō valēt troc'. andrōis
et calidiconis positi a me supra li°. p̄rio. ī ca°. de
formica distēperati cū vino ualerent ꝛ multa ēt
dictꝫ ī ca°. vl'i. hic cōueniūt quare vide si modo
accidat ꝙ istis vlceribus esset dolor vehemens
tunc conueniūt vnguenta alba posita in prima ꝑ
te h⁹ capl'i. addat tñ in eis paꝝ opii. al'r aūt non
mitigarent dolorem. ¶ Auicē. dixit hoc valere.
℞ plūbi usti abluti ceruse ꝛ merdasengi añ. ꝛ 'fi
at ex eis vnguentū cū cera ꝛ oleo ro. ¶ Si tamē
paꝝ opii addatur forti⁹ opabit. ꝛ nō ꝙ loco sco
rie plūbi ponas plūbū ustū. ¶ Si āt ulcera eēnt
sicca: siue essēt ragadie siue: fissure curentur cuꝫ
isto. ℞. medule cruris uituli ꝛ mucilaginis se. ci
tonioꝝ draganti olei amigdalaꝝ ꝛ cum cera fiat
unguentum. ¶ Aliud ad idē Auicen. ℞. medule
cruris vaccini olei ro. ꝺē oliuis īmaturis ꝛ cū ce
ra fac vnguētū. ¶ Itē valet hoc. ℞. ysopi adipis
anatis galine ceruī mellis añ. ꝛ cum cera citrina
fac vnguentum.

¶ Capitulum tertiū ꝺē polipo quia carne
addita in naso cum vlceratione.

Dico ꝙ ulcera que fiunt in naso. quedā fiūt cūꝫ
carne addita: ꝛ quedā nō. ¶ Et
de istis facta est mentio in ꝑcedē
ti ca. ¶ Et, istoꝝ que fiunt cū carne addita: qꝛ su
ꝑflua. quedā sunt quoꝝ caro est mollis ꝛ pēdēs
¶ Et apud Auicen. uocant albarbet. ꝛ scōꝫ Gal'
vocant ozea ¶ Et etiā scōm Auic. uident uoca
ri emoroides nasi. ¶ Et dixit Auic. ꝙ he emo-
roides aliqñ ita crescūt ꝙ exeūt a palato: ꝛ aliqñ
a naso. quedā aūt sunt quoꝝ caro nō est sepata a
naso dura nec pendens: sed adherens: ¶ Et a
Galieno dicit' polipus: ꝛ ab Auicen. uocat' cācer
verūtñ dixit Auicē. ꝙ cancer ꝛ emoroides diffe
runt qm̄ caro mala si ē post egritudines ī capite
ꝛ cataros est emorois: ¶ Si aūt accidat ex cla
ritate nasi ꝛ incipiat ad quantitatē fabe uel aue
lane cancer. vocatur. ¶ Istaꝝ aūt emoroidarū q̄
dam fiunt ex carne alba ꝛ molli nō dolorosa et
cura est facilis. Et quedam fiunt ex carne rubea
dolorosa ex qua egreditur sanies: ꝛ ista ē diffici
lis curationis. ¶ Cura ista habet tres intentiōes
prima ꝛ scōa perficit' ex localibus ¶ Et p̄rio di
co ꝙ si caro fuerit mollis uideas si ipsa fuerit
in alto uel non: si non capias ipsā totam ꝛ incide
ꝛ si aliquid remanserit ꝙ non sit possibile inci
dere rade ipsam cum facilitate. ¶ Et si sanguis
impedit te stringere modo dicto in primo libro
¶ Et Auicēna dixit ꝙ rasorium sit sicut ēbula
et ꝯseqn̄ter ꝙ lauetur cuꝫ aqua ꝛ aceto: si modo
illa caro fuerit in altū: tunc ē tibi necesse ūt tu ca
pias filum: et extrahas ipsū per nasū ꝛ cōseqn̄t
spuas per os: sit tñ extremitate fili acus plumbea
sic ꝙ per os exeat: ꝛ fiat totiens q; per os exeat:
deīde secando conducatur filum donec tota sit
incisa ꝛ consūpta: si tñ filum inungeretur salsam
to uel aliquo alio liquore forti non essꝫ malum
deinde trahe filū. ¶ Dico ego et aliqui ut q̄ttuor
magistri dicunt ꝙ qñ nō est possibile eradicare
illam carneꝫ: et consumere vsqꝫ ad radicē ꝙ bo
num ē scindere nasum vsqꝫ ad os deinde remo
uere carnem illam: deinde cauterizare: deinde su
munt locum ꝛ cōsolidāt. ¶ Ego aūt dico ꝙ si
ista caro bene radicitus non tollatur ꝙ redibit:
quare sis caut⁹ ut añq̄ꝫ locus suatur ꝙ bñ remo
ueat'. al'r aūt tua operatio est frustra. ¶ Rogerius
aūt incidit carnē illā cū ferro calido. ponēdo ip
sū per canulā. ¶ Si tñ patiēs timuerit ferrū iubꝫ
ipse rogerius ponere tentā infusā in ruptorio et
circa nasū ponunt defensiuū ꝛ remota escara cu
rant illā ut alia vlcera. polipus autē vlceratus ex
toto genē ē pernisiosus nam de genere cancroꝝ

absconditorũ indicat: quare meli⁹ est nõ curare q̃ curare · dixit Ipo: sufficit enim cura blanditiam curare. Si tñ nasus eẽt tractabilis bõi coloris ꝛ sine tumore curari potest. Si esset male tractabil' et mali coloris: et spãliter sine tumore fuge curã: ut dixi ẽt in libro scđo in ca° de polipo non ulcerato.

¶ Tractatus. v. de ulcerib⁹ auriũ. Capl'm pᵐ ð ulceribus putridis et virulẽtis et cõrosiuis auriũ.

Ulcera aurium habẽt easdẽ distinctiões q̃s et ulcera nasi et hñt ẽt easdem cãs et signa q̃ re illa non recap°. Quare g° ulcera ista quo ad primã ꝛ 2am intẽtionẽ eodẽ mõ curant. ¶ Quo ad tertiã dico ꝙ medicine debent eẽ eodẽ sicciores tñ parũ: vñ dicunt aliq ꝙ sief memite cuꝫ aceto cõuenit ꝛ scoria cũ aceto cale facto ad ignem ualet linita super peciã. Dico tñ magis ordinate p° g° mundificetur locus si op⁹ fuerit cũ aqua mel'l aut cũ vino ꝛ melle aut cuꝫ oximelle. ¶ Et fm Mesue cũ oximelle squiliti co ꝛ proiiciat liquor iste cũ siringa uel cum pẽna subtili deinde absterge cũ bombice aut cum lana subtili. deinde facta extersione exiccet loc⁹ mõ dicto supra. ꝛ valet ẽt olibanũ solutũ cũ vio ꝛ melle pauco ꝛ ẽst expertũ bonũ Mesue. ¶ Itẽ valet mirra ꝛ aloes trita in uino. ¶ Itẽ sandaraca trita cũ vino ꝛ melle trita cũ lixiuio sanat et dolorẽ tollit. Itẽ aliud expertum est alumẽ tritũ cõtritione vltima cũ aceto. ¶ Itẽ sarcocola cũm melle ualet. ẽt. Itẽ liciũ cũ sief memite alumẽ Jamenũ mirra ꝛ aloes ꝛ sandaraca ꝛ sarcocola cũ vino ꝛ melle sũt ex sũma eoꝝ que valẽt. hec aũt valent si vlcus non fuerit antiquũ. si ãt fuerit antiqum mundificetur p° cũ istis. ¶ Et primo cũ leuibus deinde cũ fortioribus. ¶ Prĩo valꝫ vrina pueri cũ melle ꝛ absinthio cũ vino ꝛ melle ꝛ modico sal'gẽme ꝛ oximelle squilitico cũ modico flore eris ꝛ fortius ẽ ꝛ ultimũ cũ melle. Et ex eis est vinum decoctõis luf cũ melle: aut puluis affodilloꝝ cũ melle: ꝛ adhuc fortius est fel thauri cũ vrina pueri. ¶ Sitr dico ꝙ vnguẽtuꝫ egiptiacum descriptione Mesue ĩ Antidotario suo dissolutũ in vino aut aceto ꝛ distillatũ summe valet: facta mundificatione caro genẽt. ¶ Et primo dixit Rab. hanc confectõem ualẽ ĩ vlceribus auris et ẽ expertũ. ℞. sarcocolle sã. dra. mirre baurach albi alũis boli armeni scorie floꝝ. eris aloes terantur ꝯtritione subtili: ꝛ ex media parte eius fiat sief ꝛ distillet ex eis in aurẽ cum aqua mel'l aut mellicrato aut cum oximelle. Et ex alia medietate fiat volutio licinii in melle ꝛ ĩ puluere ꝛ iponatur lota primo aure ex aceto ꝛ aq. ꝛ exiccata cũ bõbice aut lana. ¶ Serapio dixit vnguentũ egiptiacũ conferens ad vlcera sordida ꝛ putrida ꝛ fetida siue ĩ aure siue vbicũq̧ fuerint est hoc. ℞ mellis dispumati. ℥. iiii. aceti boni. ℥. v. ziniar. ℥. i. confice igne leui donec mel habeat spissitudinẽ. ẽ enĩ abstersiuuꝫ sublime ꝛ

¶ Item modus cõfectionis scorie ferri Mesue cuius iuuamentum est sublime ad ulcera' q̃ fiunt ĩ aure: ut ẽt dixit Theodoricus accipe scoriam ferri ꝛ laua cũ aceto forti postq̃ ipsa trita fuerit vehementer: deĩde exicca super rẽ calidã et lauetur sic septies. deinde teratur donec fiat sicut puluis subtil' ꝛ decoquatur cũ aceto decoctione vehementi usq̧quo habeat spissitudinem mellis ꝛ distilletur ex eo in aure aut intromittat cũ licinio: si tñ locus esset exiccatus sic ꝙ nõ indigeret exstersiõe et exiccatione ualent illa que supra in parte precedẽti: q2 in vulnere non ãtiq⁹ noiata siẽ liciũ sief memite thus sarcocolla mirra: et sic ð aliis. ¶ Si tñ fistula esset aut caro addita procedat ut supra ẽ dictũ ꝛ in oĩbus istis dispositõibus semper sedetur dolor: ut ĩde apostematibus est dictũ.

¶ Capitulum secundum de sanie aurium et vlceribus earum in vniuersali.

Consequẽs sermo modo sit v'lis de sanie ꝛ vlcere auriũ. ¶ Et primo dixit Gal. ĩ octauo de cẽtũ nodia iuuat ulceribus que sunt in aure: ꝛ saniẽ exiccat ꝛ ꝓprie de masculia est verũ. ¶ Et amplius. idẽ dixit de suco eius. Et al'r de ꝟga pastoris q̃ centum nodia vocat ꝙ exiccat saniẽ auris. ¶ Serapio dixit decoctõ folioꝝ sumach distillatur ĩ aure ubi fluit sanies et ipsã exiccat. Et de hoc idẽ dixit Auicẽ. dixit ẽt agresta confert auribus a quibus emanat sanies. ¶ Et Bartho. dixit ꝙ misceatur cũ melle ꝛ mundificat ꝛ abstergit. ¶ Et si dolor adsit iponatur cũ passo vino. nam sic mitigat ꝛ cõfortat. ¶ Et dixit iterum Serapio quãdo pix hũida admiscetur cuꝫ oleo ro. confert auri a qua egreditur sanies. ¶ Et valꝫ. utraq̧ pix posita cũ oleo ro. ꝙ sepe sum expertus ꝛ operatus. ¶ Et iterũ Serapio dixit: sꝫ ꝓpea nota ꝙ medici viderũt ꝙ vrina multum extergit curant cum ea ulcera profunda ꝛ vlcera plena multa sorde et administrant eam in ulceribus aurium. ¶ Et dixit ꝙ vrina uetus est melior q̃ recens. ¶ Gal'. autẽ ĩ. x. solũ dixit ꝙ vrina hoĩs cõfert auribus q̃ saniesꝫ emanant. ¶ Et Haliabas dixit sic urine pueroꝝ qui non nouerunt coitum fortius operantur saniem que ab auribus fluit desiccant si misceant cum corticibus granatoꝝ. ¶ Et ẽt Haliabas dixit vrina cerui distillatur in auribus eaꝝ medet vlceribus. ¶ Dixit ẽt sãguis porci sedat dolorẽ et curat ulcera que sunt in auribus ꝛ cõfert ulceribus ꝛ dixit quãdo sucus cussus distillat ĩ aurem curat humiditates que currunt ad eã ꝛ que sunt inueterate ꝛ curat ulcera que sunt in ea ꝛ naso. ¶ Et Gal. dixit de flore cussus ꝛ cronica sanat reumata antiqua scđꝫ aures ꝛ nares: si uero acrius appareant cum oleo dulci ĩmisceantur.

¶ Dia. dixit radix affodilorũ dolorẽ antiquum auriũ ꝛ saniẽ habito ꝛ olibano ꝛ mirra ꝛ melle

detergit. ¶ Et Fide. idē dixit de succo affodilloꝝ sine melle. ¶ Et Auic. dixit qn̄ succus affodilloꝝ solus aut cū thure, aut cū melle ⁊ vino ⁊ mirra distillat̄ in aurem ꝯfert saniei. Dixit etiā quando succus cuiuslibet ptis feniculi tepidus auri immissus confert puri auriū ⁊ vermibus. ¶ Et dixit etiā flos salicis auriū saniem purgat. ¶ Auicē. dixit vlcera etiā auriū ⁊ sordes debet succus alchechengi immissus: ⁊ hoc etiā si sint antique facit: ⁊ etiā ꝑm eum solus succus folioꝝ salicis si iniciat̄ nihil in hoc magis utilissimū reputatur. ¶ Et dixit etiā succus folioꝝ nucis in aurē tepidus ⁊ ꝯfert saniei in aure. Dixit etiam liciū confert ulceribus auris. ¶ Et Sera. dixit licium confert cursui antiquo samositatis aurium. Et Bertho. dixit q̄ dissoluat̄ cū aqua mellis ⁊ immittat̄. ¶ Et dixit Auicen. sanat saniem ⁊ ulcera ⁊ dolores auris: mirra quando cū fiet memite opio ⁊ castoreo admistrat̄. Et dixit etiam licinius inuolutus in melle deinde in sarcocolla ⁊ impositus samē desiccat ⁊ sibillū recouet. ¶ Et idē dixit Alchi. Dixit etiā fel hircinū ⁊ taurinū cōferūt ulceribus recentibus in aure. Et Bartholo. dixit q̄ iste cole cū melle imponant̄ ⁊ q̄ ista quantitas diuersificet̄ ꝑm diuersitatē quātitatis saniei ⁊ sensibilitatis ⁊ naturā cōporis. ¶ Et dixit etiā q̄ calcantū est ex summa medicinaꝝ q̄ mundificat aures ⁊ ꝟmes interficit. ¶ Et Sera. dixit etiā q̄ calcantū stringit sanguinē influētem ab ipa. ¶ Et Bartho. dixit q̄ sit vitriolū q̄ dicit̄ colcotar ⁊ cū melle misceat̄ ⁊ cū licinio imponat̄ ⁊ si solū insufflet̄ erit actō fortioꝝ. Sanat etiam hec ulcēa putrida auris. ¶ Constan. dixit succus mercurialis prohibet pus in aurē descēdere ⁊ si lauet̄ ex eo sanat ulnera antiqua auriū. ¶ Et dixit etiam succus lupuli auribus instillatus mundat eas ab omni putredine. Et Valia. dixit q̄ sanat ulcera que ī eis fuerūt: ⁊ dixit etiā succus mirti auribus instillatus hūiditatē eaꝝ desiccat ⁊ apostematis putredinē mundat. ¶ Et Ser. dixit succus mirti distillatur in aure3 qua emanat sanies ⁊ virus ⁊ ꝯfert. ¶ Et ꝑm Dia. idē potest vinū mirtinū iniectū ⁊ idē ꝑm Alchi. ⁊ Bar. pōt decoctio folioꝝ mirti ⁊ similit̄ eius oleū. Et uult etiā Rasis ubi dicit q̄ oleū mirtinū iniectum in auribꝰ in quibꝰ ē uenenum illud exiccat. ¶ Et dixit ēt Constan. q̄ semē danete cū vino ⁊ oleo rosac. mixtū ⁊ guttati auribus distillatū dolores earū sonitus ⁊ putredinē curat. Alch. dixit succus folioꝝ oliuarū ualet saniei auriū ⁊ ulceribus earū Dixit etiā uapor absinthii curat saniē aurium. ¶ Dixit ēt mumia ualet saniei q̄ emanat quando pondus grani xilo charate cū oleo ⁊ succo agreste tepidum stillat̄ in aurē. ¶ Ras. dixit q̄ si cū mucillagine limaciarū ponat̄ thus donec ingrosset̄ modicū erit medicīa iuuatiua ⁊ desiccatiua ulcerū ex apostematibus auriū desiccatione uehemēti. ¶ Et dixit cinis oūum ꝟperum testudinis ꝯbustarum ꝯfert ī cura ulcerū prouenientiū ⁊ apatibus in pte aurium ⁊ ꝓprie cū aq̄ mellis ⁊ per testudinē uidet̄ intelligere limacias. ¶ Inuenio q̄ multi faciunt hoc ad antiquū fluxū saniei ex aure terat̄ cacatura ferri prius ꝯbusta ⁊ cū aceto misceat̄ ⁊ imponat̄. ¶ Gali. uō dixit in nono. ea ꝟo q̄ ferri ⁊ maxīe ⁊ subtilissime faciēs eam ī aceto tritā acerimo ac demum coquēs ad aures saniem manēte3 diutius siccātia medicaīa ut mirati fuerūt q̄ uiderūt ipam ꝯfici hāc desiderant añ experimētiā aures posse pati hāc medicinā. ¶ Et Bartho. dixit etiā q̄ iō pōt erugo ferri ⁊ adhuc magis in q̄m p subtilitatē substātie magis exiccat. verū Aui. sic dixit de ipsa qn̄ erugo ferri teritur cum aceto forti ⁊ coquitur in ipo ē illud acetū medicamē saniei antique curręti ex aure ex istis ergo ex te procedas ut tibi uidetur.

¶ Tractatus. vi. de ulceribus labioꝝ
Capitulum pm de scissuris eoꝝ.

Scissure labiorum

loquelam impediunt quoniam multa aīalia sonū ex illis faciūt ⁊ aliq̄ assumūt nutrimentu3. hoc aūt ex illis ꝑfert sermonem q̄re ergo scissure curande sūt. ¶ In scissura ergo hēs duas intētiones. Prima ē materia3 antecedentem que salsa est purgare. Secunda est scissurā ⁊ locum curare. ¶ Prima intētio cōpletur per hunc modū: capiat pillulas de fumo terre. ʒ. i. uel. ʒ. iiii. et sirupū sirupus fit de fumo terre cū aqua eius ⁊ respiciat se a salsis uel ab acutis. ¶ Scōa intētio cōpletur per hunc modū que ab antiquis reputatur difficilis. ¶ Constātinus dixit galla cu3 stipite brusci distēperata scissuras labiorum sanat. ¶ Et Serapio dixit quādo ex foliis fructuum ⁊ radicibus uite albe cū sale mixte in forma ēplastri superponunt̄ curat scissuras labiorum. Et dixit ēt radix polipodii trita et cū melle mixta ⁊ superposita scissuras labioꝝ sanat. ¶ Et Alch. dixit cū mastice misceat̄ cum oleo ro. et cera alba et fiat vnguentū ualet scissure labioꝝ. ¶ Et fidelis dixit q̄ mollificetur mastix cū albume oui crudo. ¶ Et Rasis dix q̄ oleū ro. mixtū cū succo plantaginis ual3 scissure labioꝝ. ¶ Et idem dixit de solo oleo viola. inuncto. ¶ Hamech dixit q̄ si fumus iusquiami per embotum ueniat ad aures vermes occidit et ad sodam labii ad scissuram ualet. ¶ Dia. dixit asininus adeps rimas labioꝝ et totius vultus frigore factus rimas optime sanat. ¶ Sextꝰ plato dixit adeps capre siue sepū ad scissurā labioꝝ facit remediū. ¶ Et Serapio dixit adeps anatis ⁊ galline conuenit scissure labioꝝ. ¶ Et Auicē. dixit adeps anseris ualet ad scissuras labiorum et faciei. ¶ Chirannus dixit q̄ cerebrū anseris domestici cum medulla cerui inunctum labiis et scissuris eoꝝ cōuenit dixt ēt pellicula oui que ūnen dicitur scissure labioꝝ confert: et idem dixit de pellicula anseris et pauonis. ¶ Et Guil. de ya. dixit q̄ hoc est expertum. Auicēna

dixit sordicies q̃ est ab aure hoīs egrediť inun cta labiorum scissure ꝯfert. ¶ Guil.ō va.dixit tera tur radix portulace sicca ⁊ cū melle mixta super ponať scissuris labiorum ꝯfert. ¶ Aliud ad idem in ungant̄ scissure labiorum cū oleo de frumento ꝙ sic fit ponať frumētum sup laminā ferreā ⁊ cum alia lamina ignita cōprimať nō tñ multum ⁊ ema nabit plūbū aut frumētū excorticatū ꝑ alēbicū sublimeť cū oleo ro. ⁊ succo agreste tepidū. In stillať in aurē ⁊ magister iste dicit ꝙ exprimen tū sit ꝙ mēbrana q̃ in contano cane reperiť q̃ est alba scissuris labiorum ꝯfert multum ⁊ verū ē Unguentū Bartho.ad scissuras peduū manuum labiorum sanat etiam in scissuras q̃ fiunt in cruri bus equorum que dicūť rape. ℞.cere citrine adi pis anatis ysopi hūide olei ro.vn̄.ptē.i.draganti anuli mucillaginis se.citoniorum an̄.pt[.]ʒ.gallarū cinerum pillorum caude equi furfuris usti plūbi usti oium an̄.ptē.i.ʒ.terant terenda ⁊ misceant ⁊ fi at unguentū quo prius locus inūgať ⁊ deinde puluis iste supaspergať. ℞.gallarum masticis cine ris pillorum caude equi plumbi usti corticis granatorum ceruse dragāti corticis thuris an̄ ptes equales infūdātur oīa ꝯ diē ⁊ noctem ī vino pō tico ⁊ postea exiccent̄ oīa sup laminā ferream positā sup carbones aut sup laminā ērea ⁊ po stea terantur ⁊ fiat puluis subtilissim⁹. ¶ Ego āt de isto unguēto ꝙ nūc ponā uidi in vna nocte effectū. ℞.litargirii argētei mirre.zinziberis an̄. pulueriʒēť subtiliť ⁊ cū cera ꝟginea ⁊ oleo ⁊ pa rū mellis fiat unguentū:verū inpueris diminuo de ʒinʒibere. Cū aūt istud debet apponi unguē tū p⁹ locus saliua patientis bñ madefiat: postea cū pecia ponať unguētū ita ꝙ tota scissura int⁹ ⁊ ex ꝯtineat ⁊ teneať tota nocte:mane aūt cū aq̄ tepida locus laueť:magnas ēt scissuras papilla rū māmillarū sanat simili mō appositū in scissu ri etiā manuū factis a frigore ꝑpe solum illud fricari iubes sine saliua ⁊ nō solū illud citissi me sanat:ſʒ ēt manus decorabit ī ragadiis ani ⁊ scissuris ꝟge ⁊ aliarum ptiū corporis illud ualet Democritus dixit hoc fore exptū ad scissuras labiorū. ℞.furfuris ⁊ pilorum caude eq̄ ptes eq̄ les ⁊ ꝯbure sup laminā ferri ⁊ misce cineres eo rū cū melle ⁊ inūge locū sero ⁊ mane usquequo saneť. Me.dixit hoc fore expertū. ℞. glutinis albotin mellis masticis ysopi hūide an̄ . partes eq̄les fac sicut cerotū ⁊ utere. Aliud ad idē ꝭm ipsum ℞.gallarū ceruse an̄.pt[.]i.amidi dragāti an̄. ptē.ʒ.ꝯfice cū adipe galline q̄tū sufficit ⁊ utere sicut prius. Dia.dixit. ℞.gallarū ⁊ pulueriʒa sic achool ⁊ misce cū melle et utē aut misce cū tre mentina et adipe galline. Guil.de sa.dixit ℞.a dipis galline anseris liquefacte et collate.an̄.ʒ. iii.rasine et tremētie an̄.ʒ.i.cere ʒ.ʒ.farine fenu greci.ʒ.ii:argēti viui ʒ.ʒ.liquefiant gūme et ce re ad ignē et coleť et misceant̄ cū adipib⁹ predi ctis et fenugreci et ī fine addať argētum viuum extinctū et inūgať oī sero p⁹ lotione facta ex de coctione sulfuris fumi ēre et rose. Aliq̄ cauteri ʒāt locū cū lamina argenti uel auri calci uel fiat adustio cū alūie fecū mollificato in loco hūido et ponať hoc alumen supra scissuras et dimitta tur ꝑ horam hoc aūt cauterizat locū ut ferrum ignitum:illud āt ꝙ dixi ī scissuris nariū hic ua let. Roge.dixit et allii cū eo ꝙ oleum qđ exit a nucleo nuc[l] dū ꝯbūriť mirifice applicatū sanat eas Albu.docet cū puo cutello cauterizare et dī de curare. Nō ꝙ de ulcerib⁹ labiorū hic nō fa cio mētionē:ſʒ habeas ꝑ certo ꝙ illa q̃ dicent̄ in ca.de vlcerib⁹ oris et ptiū eius ualent hic et similiť illa que dicēť ī ca.de ulceribus ꝟge hic ualēt. Quare illa nō hic scribo:alternatim ergo requirant̄ illa capitula.

¶ Tractatus septimus de ulcerib⁹ gingiuarum et palati habens unum solum capitulum.

Sermo modo in hoc loco sit de ulceribus gingiua rū et palati:primo nō ꝙ illud qđ ualʒ vni ualet alteri. Et nō ꝙ si aliqđ defecerit hic cōplebiť cū ꝭmo defecerit de ulcerib⁹ oris quare ista cā.alternatim uideāť. Dixit Dia. elixa tura rubi tritas gingiuas a putredine sanat. Et dixit etiā ꝙ ulcera gingiuarū et alcola sanat lici um. ¶ Et Constantin⁹ dixit licium oris pustu las ⁊ gīgiuarum putredines sanat. ¶ Et Guil.di xit licio utunť ad fl'ones qui ī ano ⁊ ore vlcera tōes hñt. ¶ Et Bartho.dixit ꝙ liciū dissoluať cū aq̄ mellis. ¶ Cōstantin⁹ dixit a spina rose.i. semē pulueriʒatū putridas gingiuas sanat. Aui. dixit tribulus ē bonus gingiue ulceribus putri dis ⁊ tollit dolorē earum sed applicetur totū cum melle. ¶ Et Serapio dixit de flore vitis siluris qz vulgariter ⁊ ꝭm ipsum diciť tamia ꝙ mixtus cum croco melle oleo ro.⁊ mirra confert vlceri b⁹ gingiue. ¶ Et Bartho.dixit ꝙ idē facit flos contritus ⁊ mixtus cū melle solū ⁊ postea ad v sū cū aqua tepida dissolutus curat ulcera oris ⁊ gingiuarum ⁊ materiam earū cōpescit. ¶ Dia.dixit flos uitis siluestris.i.labruce siccus ⁊ viridis ul ceribus oris ⁊ gingiuarū utile ē ⁊ melle addito reuma gingiuarū et ulcera curat. ¶ Dixit ēt Dia. si dentibus plurima creuerint incōgrua carne ⁊ ulcera fecerit purpura maria cōbusta ⁊ reducta in puluere ⁊ purgat ⁊ cicatrices facit ⁊ cortices cōbusti hoc faciunt.de hoc tñ ī decoratione dē tium aliquid dicā. Cōfert ēt ulceribus palati q̄ fiunt ab hūiditate fluente ēt ad gulā agresta dis soluta cū uino uel aq̄ ⁊ gargarizata. ¶ Cū āt ta les curationes sint difficiles recurať ad cap[l]'um de ulceribus oris.⁊ siliter si locus eēt fistulatus recurať ad cap[l]'ʒ de fistula lacrimali ⁊ fiet ut ibi dictum est.

¶ Tractat⁹.viii.ō ulceribus oris ⁊ ptib⁹ ei⁹. Ca pitulū p^m ō ulcē putrido ł sordido uel corrosiuo uel cancroso oris.

Accidūt ulcera in ore que aliqñ sunt putrida uel sor

dida: uel corrisiua: uel aliquando deueniunt ad herpestiomenũ uel cãcrosa uel fistulosa sunt quare de õibus mõ sit sermo. ¶ Et primo ð vlceribus putridis ⁊ sordidis loquar. Judicatᷓ aũt materia hꝰ ex uisu ⁊ ex tactu ⁊ ex colore. Quoniã si materie fuerint rubee arguitᷓ sanguis si citrine arguitur colera: si albe arguitᷓ fl'a: si nigre arguitᷓ mel'ia. ꝓ quo nõ. ꝙ talia ulcera sequũtᷓ ad alcolla: qꝛ ad pustulas ⁊ apata oris. ¶ No 3º ꝙ ulcera oris sũt difficilia ad curandũ: qꝛ sunt in loco calidoꝝ ⁊ humido ĩ quo cito multiplicatur putrefactio ⁊ corrosio. ¶ Et ẽt locus est ualde ĩeptus pro appositiõe medicinaꝝ: ⁊ ẽt qꝛ saluia mltũ miscetur cũ medicis ⁊ operatõem eaꝝ ꝓhibꝫ ut sũ expertus ego in uno. ¶ Cura ista hꝫ tres ĩtentões. prima ẽ in vita. scda ẽ in purgatõe. tertia ẽ in localibus. ¶ Prima ĩtẽtio pꝫ: qm̃ dieta ⁊ vita debent ordinari ſm materiã peccantez. vnde si materia fuerit colerica respiciat se a rebꝰ col'icis si fl'atica respiciat se a fl'atic]. si mel'ica a melancolicis. ⁊ hoc totũ clarũ ẽ ex sepe dict]. ¶ Scda intentõ cõpletur hoc mõ fiat purgatio ſꝫ hũorẽ peccantẽ: ut sepe dictum est. ⁊ similitᷓ fiat flõia. fiat aũt de vena existente sub lingua qm̃ euacuat ab ore ⁊ partibus eius ⁊ similiter digeratᷓ materia ſm ꝙ ipsa peccat cũ sirupo sibi appropriato. ¶ Tertia intẽtio cõpletᷓ hoc mõ. ⁊ primo loqr de vlceribus putridis vel sordidis. si maťia sit calida curentur ista cũ rebus paꝝ exiccantibus: sicut sunt cortices nucũ recentium ⁊ nuces cipsi ⁊ spãliter succus illaꝝ: ⁊ in. v. terapentice hoc ponitᷓ. A. ãt dixit lẽtes valẽ ⁊ sumach. ⁊ sil'r aq̃ plãtagĩs ⁊ ro. mastica° rubi valꝫ ẽt ⁊ acacia ro. ⁊ spodiũ ualꝫ ⁊ fac ista coluẽ ĩ pueris. Dixᷓ gal. ego aũt in puulis lentẽ cũ pauco pãe ⁊ medulla ceruina aut uitulina do ego. ⁊ fructus stipticos cum cibis permisceo velut sũt citonia ⁊ nespule. ¶ Et aliqñ de lactuca endiuia portulaca administro ⁊ facio eis colluere moderate stiptica sunt sicut sumach ⁊ ro. ¶ Dixit Auicẽ. ista ualẽ fortius sicut ẽ pul'. ro. gallaꝝ ⁊ sil'ibus istis ⁊ cũ stipticis inest operatio mirabil' in alcola dixit ⁊ cãphora ẽ mirabil' opationis ĩ alcola. ¶ Si tñ vlcẽa sint putrida ⁊ ex materia flegmatica uel ¶ melãcolica fiat cõruptio cũ vino stiptico ⁊ melle aut cũ vino decoctionis celidonie cipressi ciperi mẽtastri galle croci atqꝫ mirre. ¶ Dixit A. adiuuate in vtriusqꝫ mẽbus fris cũ extersiuis ⁊ exiccatiuis ⁊ ꝓpe in fl'aticis ⁊ cũ resolutis fõtis resolutionis ⁊ exiccatiuis in melãcolicis sicut ẽ farina orobi ⁊ mel cũ gall' ⁊ rasura pergameni ẽ in hoc magni iuuamẽti ⁊ ꝓprie qñ miscetᷓ cũ aceto ⁊ dragãtũ cũ aceto ad ulcẽa cal'a ℞. se. ro. sumach amili se. põtulace lẽtiũ excõtitacaꝝ spodii scãdoloꝝ al. alcãne balaustie. añ. ꝑtes equales cãphore ꝑtẽ istius. 4. ⁊ administretᷓ Aliud hamech in cõporibus teneris exptũ ℞. amili. ʒ. vi. spodii. mẽte. añ. ʒ. ii. se. ro. ʒ. iii. croci ʒ. i. zuccari taberzet: ʒ. 4. cardamõi. ʒ. i. cãphore carati. i. 5. tere quodlibet ꝑ se ⁊ fac collutiõem cũ succo uel vino citonioꝝ in fl'atico ualere. ℞. orobi gallaꝝ rasurẽ ꝑgameni. añ. ꝑtẽ. i. memite cõticis radicũ cappaꝝ colcotar añ. ꝑtem. 5. alũis balaustie añ. ꝑt] istius tertiã alcanne. ꝑtẽ. 5. ꝯfice cum aceto ⁊ melle ⁊ tere ⁊ applica sup morbo ex puluẽ eoꝝ deiñ collue cũ aceto ⁊ melle. ¶ In fl'atico ⁊ colerico. ℞. sief memite spodii seminis plantaginis capita ro. mirabolanoꝝ citrinoruꝫ folioꝝ oliuaꝝ siluestriũ siccarũ alũis iameni añ teratᷓ ⁊ administretᷓ sicut diximus. ¶ Aliud ſm Me. ℞. cõticũ radicis capparũ gallarũ memite mirre zinziberis pipis adusti calidiconis. añ. ʒ. ii. cartarũ ꝯbustarũ. ʒ. ii. arsenici. ʒ. ii. 5. fiat ex eis puluis subtilis ex vna ꝑte fiat fricatio ⁊ ex alia linimẽtũ ⁊ ponatᷓ sup ea frustrũ carte madefacte ⁊ circundes sup ea. ¶ Et plura scripta sunt in ca. de ulceribus gigiuarũ q̃ afferãtᷓ ad istũ locũ si materia sit acuta sic ꝙ causetᷓ ulcꝰ cõrosiuum facta purgatione. ¶ Dixit Me. hoc ualere. ℞. sumach ro. añ. aur. i. spodii albi balaustie. añ. auri. 5. ramich. ʒ. 5. ⁊ accipe ex eo ⁊ misce cũ rob citonioꝛũ ⁊ fiat ex eis collutio ⁊ fiat hoc sepius. Auicẽ. dixit in alcola pueroruꝫ corrosiua mala valẽt galle qñ coquuntᷓ cũ aceto ⁊ sale ⁊ cũ eis fiat collutio oris. Aliud ſm ipm. ℞: gallarũ alũis balaustie buliantᷓ in rob citoniorum ⁊ fiat collutio: ⁊ aliqñ necesse ẽ ponẽ de flore eris uel de alia forti medicina ut de colcotar. ¶ Itẽ ualet puluis gallarũ alũis balaustiarũ ⁊ sup locũ fricentᷓ. ¶ Et cinis almezereon hẽt ꝓprietatẽ in alcola mala: ⁊ alumẽ pulaerizatũ ⁊ aqua erea ⁊ fex aduste. Si materia fuẽit melãcolica adusta ⁊ mala facta purgatiõe. Valꝫ hoc ſꝫ Serapi. ℞. foliorũ oliuarũ ⁊ foliorũ citri siccarum acatie añ. ʒ. viii. alũis iamẽi colcotar añ. ʒ. ii. croci. ʒ. i. teratᷓ ⁊ admistrentᷓ. ¶ Aliud ad id. ℞. arsenici rubei piretri añ. ꝑtes eq̃les teratᷓ ⁊ cribeletᷓ ⁊ ꝯfice cũ aluta ⁊ ꝯburatᷓ ⁊ administretᷓ. Si tñ ulcẽa cãcrosa eẽnt in gingiuis ipis pꝛiꝰ fricaũs ⁊ sil'itᷓ in ore qꝛ ista ca. alternatiꝫ uideatᷓ ⁊ expssis a sanguĩe lauetᷓ cũ aceto sqllitico decoctõnis foliorũ oliue deiñ liniantᷓ cũ tali medicaie ℞. utriusqꝫ alũis adustorũ salis gallarũ psidie copularũ glandiũ gariofl nucis musca. aristol'. saluie rosarũ ossium dattillorũ tibiarũ cãcroꝝ adustarum añ. ꝑtẽ. i. puluerizentur ⁊ cum aceto dicto ⁊ melle misceãtur ⁊ fiat linimentum aut ut pulueres administrentur ⁊ si ista non valent trocisci calidiconis ⁊ andoronis dicti in prio libro ualent ⁊ apponantur aut trocisci affodillorum aut aqua fortis. ¶ Si autem esset fistula sic ꝙ corruptio sit in osse siue gingiua rẽoueatur si est necesse dens ⁊ dilatatur vulnus et mortificetur fistula cum aqua forti aut cum arsenico sublimato. ¶ Et si fistula non poterit illo modo mortificari discoperiat os ⁊ ꝙ corruptum fuerit cum acu argentea aut aurea cauterizetur. ¶ Et ut fuerit necesse et sepe dictum procuretur difficile tamẽ est curare proptᷓ saliuam ut sum expertus. ¶ Si tamen esset dolor curetur intus ⁊ exterius cum oleo ro. ¶ Cum autem fuerit fistula mortificata ⁊ mũda tunc

ꝑcedat̃ ad incarnãdũ abluẽdo cũ vino ⁊ melle
ꝯcoctiõis thuris cũ linimẽto facto de aloe mir
ra ⁊ sarcocolla mastice thure sã.oꝛa.⁊ melle ro.
Si tñ caro addita ĩ oꝛe eẽt dura ⁊ cãcrosa non
tãgas curãdo ꝫ palliãdo.Si mollis ⁊ bñ trac
tabilis fuẽit cauterizata si fuẽit necesse ꝺm mo
dũ dictũ in naso. Et si posset ligari cũ filo via
esset securioꝛ ꝓpt̃ sanguĩs ⁊ infirmi timoꝛem.
Loquoꝛ mõ de simplicibꝰ ualẽtibꝰ in vlcẽibus
oꝛis ⁊ gingiuaꝝ ⁊ differẽt̃ in cal'is ⁊ frĩs. Ser.
dixit tribulus miscet̃ cũ melle ⁊ curat alcolam.
Et Appu.dixit de herba elissa ⁊ trita cũ melle
oẽs oꝛis putredines curat.Et Bar.dixit ꝙ ĩtel
ligit̃ de tribullo siluestri.Dixit ẽt folia ⁊ sumi/
tas rubi curãt ulcẽa oꝛis masticata.Dia.dixit ce
pe cũ pane comesta oꝛis vlceribꝰ medet̃.⁊ dixit
flos uitis siluestris qꝛ lãbꝛusce siccus ⁊ viridis
vulneribꝰ oris ⁊ gingiuaꝝ utile ⁊ melle addito
reuma gingiuaꝝ ⁊ vulnera curat Et dixit etiaꝫ
ẽ in ꝗntino flosculꝰ añꝗꝫ ex eo mala figura foꝛ
met̃ quã greci balaustiaꝫ vocãt maxie q̃ miran
de ꝟtutis ulceribꝰ oꝛl.Et dixit succus maligra
nati exp̃ssus ⁊ coctꝰ melle admixto ulcẽa oꝛis
⁊ nariũ curat ⁊ doloꝛẽ auriũ tollit.Cõstã. dixit
camõilla masticata oꝛis ulcera sanat. ¶ Et Se
ra.dixit ꝙ curat alcola : dixit ẽt ꝙ mõa spinea
ualet oꝛis ⁊ ulceribus palati ⁊ ẽ succus rubi.
Dixit ẽt flos ro.in oꝛe retẽtus oꝛis ulcera sanat
⁊ maxĩe cũ lẽticulis ⁊ cãphoꝛa mixtis. Et dix̃
ẽt spodiuꝫ cũ ro.pistatis ualet ulceribꝰ oꝛis et
gingiuaꝝ ⁊ alibi dixit soluꝫ spodiũ sanat ⁊ de
siccat pustulas in oꝛe pueri natas. Ra. dixit ab
luto oꝛe cũ oleo ro.ualꝫ eis ulceribꝰ ⁊ uesicl.Et
ego dico ꝙ ẽt doloꝛẽ mitigat.Alchi.dixit cico
rea ualet ulceribꝰ oꝛis qñ masticat̃ ⁊ tenet̃ ĩ õe
ꝑ lõgũ tp̃s.Et dixit ciperus ꝯfert ulceribus o/
ꝛis qñ adurit̃ siccus ⁊ ꝯtritꝰ ⁊ ẽ bonus gingiuis
Auicẽ.absolute dixit de radice eius ⁊ dixit ꝙ
liciũ ponit̃ in medicinis istis. Et dixit qñ se.
staphisagrie miscet̃ cũ melle ualet vlceribꝰ õis
Et Appu.dixit ꝙ qñ coq̃t̃ cũ aceto ⁊ fiat collu
tio oꝛis putredinẽ oẽm tollit.dixit ẽt succus ar
nolgose sanat ulcera oꝛis ⁊ ualet gingiuis san
guinolẽtis .Idem dixit Appu.Galie.dixit in.x.
ꝙ lac coctũ cũ ferro ignito ꝙ ẽ melius: aut cũ
lateribꝰ vtilissimũ ẽ ad ulcera oꝛis:iõ dix̃ Dia.
Sera.absolute dixit qñ fit collutio oꝛis cũ lac
te ꝯfert vlceribus oꝛis.⁊ oẽ lac in quo ẽ extĩcta
aqueitas cũ lapidibꝰ calefactis ꝯfert ulceribus
interioꝝ mẽbꝛoꝝ ⁊ ꝓp̃e illis q̃ fiũt in gutture:⁊
canna pulmõis.Dixit ẽt solum butyrũ sufficit
ad sanationẽ ꝑfectã ulceꝝ p̃dictoꝝ in cõpoꝛibꝰ
mollibus medicamẽ ꝯpositũ.Dia. terant̃ mala
granata .detracto coꝛtice ⁊ ex his succus expꝛe
mat̃ coq̃tur ad ꝯsumptionẽ tertie ꝑtis ⁊ cuꝫ ad
sestariũ de veneris:Est aũt sestariũ absolute.li.
ii.℞.croci.℈.vi.alũis scissi ℈.vi.mellis opti/
mi lb.i.Hoc medicamẽ ꝑcipue vicia oꝛis.i.ulce
ra sanat mitigat ẽt nariũ ⁊ vitia auriũ expurgat
vlcera ⁊ genitalibꝰ curat si vlcera sint mõ putri
da ⁊ difficilia.Dixit Dia.succus plãtaginis ulce
ra putrida sanat gargarismo.Et alii dicũt ꝙ cũ
oleo ⁊ sale fiat collutio.Dixit ẽt ad oĩa vlcera
oꝛis difficilia radix cipi qñ admĩstrat̃ sicca cõ
t̃ta mirabil' ẽ.Dixit ẽt cinis papaueris ulcẽa oꝛis
soꝛdida totius coꝛpoꝛis sanat:dixit ẽt ꝙ plãta
aspalti cocta ĩ vino ista ulcera sanat: Ser. dixit
succus moꝛoꝝ maturoꝝ ꝯfert multũ in medici
nis oꝛis.Et Bart.dixit ꝙ ad ulcera oꝛis tollat̃
succus moꝛi celsi coagulatus in vase eneo suꝑ
carbones ⁊ mixtus cũ aqua plantagĩs oꝛi im
ponat̃.Et si alumẽ ⁊ mel imponat̃ adhuc foꝛti
us ẽ:⁊ adhuc foꝛtius ẽ si appõat̃ alumẽ scissũ
⁊ galla ⁊ cipeꝝ ⁊ mirra ⁊ semẽ croci. Ueꝝ hoc
ꝯpetit in coꝛpoꝛibus siccis ⁊ ulceribus q̃ antiq̃
⁊ difficilia sunt .Et dixit ẽt ꝙ alũia ꝯbusta et
ꝓp̃e iamenũ miscet̃ cũ melle ꝯfert aliq̃d alcola
⁊ Barth.dixit ꝙ curat ulcera difficilia q̃ sunt ĩ
oꝛe.Dixit ẽt ꝙ auripigmẽtũ citrinũ miscet̃ cum
oleo ⁊ adipe resoluit exituras et ẽ ꝯueniens ul
ceribus q̃ fiunt in naso et oꝛe et ẽ ꝯueniẽs ulce
ribus aliis:Hec aũt ulcera sꝑ sunt difficilia.
¶ Isaac dixit tollat̃ sucꝰ mali granati accidi pista
ti cũ totalitate sui ⁊ in melle coq̃t̃ usqꝫ ad spissi
tudinẽ vnguẽti hoc itaqꝫ fricatũ rasurã gingiua
rũ ⁊ oẽꝫ fetoꝛẽ expellit.Et Sara dix̃ hoc ꝯfẽre
ulceribꝰ oris. Chirãnꝰ dixit.ꝙ oẽs fere medici
cũ eo ꝯueniũt ꝙ fel testudĩs ꝯfert ulceribꝰ mal'
q̃ fiũt in oꝛe pueroꝛũ ⁊ frauduleẽt̃.Et Bartho ꝺ
ua.dixit ꝙ mel admiscet̃ cũ eo ⁊ totũ dissoluat̃
in aq̃ ⁊ iñ lauet̃ ⁊ extiꝰ sine aq̃ ꝙ ꝟissimũ ⁊ ex
pertũ ẽ. Rasis.dix̃ ꝙ cinis limaciarũ ⁊ ostraco
rũ ꝯuẽit ulceribꝰ put̃dis oꝛis.Et idẽ dixit Chi
rãnꝰ ⁊ Sera.Galie.dixit in.8..thucia in ulcẽibꝰ
oꝛis saniosis ẽ medicina ꝑutil' siue ipa ꝑ se ĩpo
nat̃ siue cũ melle dispũato.Haliabas dixit bolũ
armenũ cõuenire ulceribꝰ putridis in oꝛe. Et
Auic.dixit ꝙ ꝯfert alcole:⁊ si mõ ulcera sint cõ
ꝛosiua:qꝛ cãcꝛosa ul' herpestiomenata.Dico ista
ꝯposita duo ualẽ ⁊ ista simplicia ⁊ in õibus dis
positõibus supradictis hoc est mirabile. ℞.utri
usqꝫ arsenici.s.rubei ⁊ citrini calcl gallarũ alũis
õiuꝫ añ ꝑtes eq̃les ex his pulverizatis cũ aceto
mixtis fiat trociscꝰ puꝰ:cũ ãt necesse ẽ sũat̃ ex e
is.ʒ.s.⁊ fricent̃ ex eo gingiue optimũ:⁊ sic ma/
neat parũ.Deiñ ol'm ro.teneat in oꝛe:hoc ãt san
guinẽ sistit ⁊ oẽꝫ putredinẽ ⁊ õia ulcera exñtia
ẽt in toto coꝛꝑe et herpestiomenuꝫ tollit. ¶ Ad
idẽ.℞.tartari albi.ʒ.iii.limat̃e auri ad ꝑciũ triũ
soldoꝛũ bonoñ.cinamõi opt̃i.ʒ.s.auri pigmẽti
garl.mellegetarũ añ.ʒ.i.fiat puluis oĩuꝫ q inter
duo folia ficꝰ sub pꝛunis ignis magni dimittat̃
una nocte:mane ãt ꝙ inuenitur globatũ teratur
ex hoc itaqꝫ pulũe gingiue putride et ꝑtes alie
oꝛis fricẽt̃.nã statiꝫ sanãt̃:dentes ꝯfirãt et fetoꝛẽ
oꝛis tollit. ¶ Auicen.dixit glans ꝓhibꝫ ãbula
tõeꝫ alcole qñ ulcera sũt ãbulatiua qñ aduritur
et administratur. ¶ Ideꝫ dixit de cinere papaue
ris.dixit etiaꝫ ceꝛotũ factũ ex arsenico cõfert et
ꝓprie ex rubeo herpestiomeno exñte in oꝛe et
aure et ulceribꝰ eoꝛũ.Sera.dixit lapis frigiꝰ cõ/
solidat et incarnat ꝯsolidatione bona et confert

vlcẽib⁹ cõrosiuis ⁊ igredit̃ i medicinis vlcerũ q̃ fiũt in ore in.c.d vlcẽib⁹ corrosiuis fit mẽtõ ab aliis. Chi. dix̃ ꝙ cinis irũdinũ cũ melle intus vlcẽa q̃ st̃ in gutt̃e ⁊ in lingua ⁊ in gula ⁊ oĩa ꝯpasentia ⁊ cãcrenas pfce sanat. Si mõ ulcera st̃ cãcrosa ista ꝯuẽiũt. dixerũt aliq̃ ꝙ collutio oris fcã cũ ꝺcoctiõe betõice m̃ltũ valz: chi. dix̃ ꝙ vidit curare linguã marcidã ⁊ cãcrosam ut ⁊ gingiue cũ solo succo folioꝝ vitis albe apponentes deĩñ aspgentes ireõ siccã ⁊ replentes ulcus carne. Missios ãt ẽ spẽs vitrioli: s; subrubeũ ẽ: ⁊ ꝯsonũ ẽ dictis. Alch. q̃ dix̃ ꝙ pul̃. uitrioli põit̃ in inflatiõib⁹ gingiuaꝝ ⁊ plagis mal̃ ⁊ ualz m̃ltũ qñ fit ẽpl̃z cũ eo ⁊ ualz cãcro oris ⁊ fistule q̃ fit in ore ⁊ ulcerib⁹ nariũ: Se. ⁊ Cõ. dixerũt bo: ar. ualẽ in cãcros ulcerib⁹ q̃ st̃ in õe ⁊ putridis m̃lta ẽt alibi dcã st̃ q̃ hic valerẽt q̃z ca. sepe adinuicẽ discurrantur.

¶ Ca. secũdũ d excõiatione palati ⁊ gigiuarum.

Excoriãt̃ qñq̃ gingiue ⁊ ptes palati sine ulcere q̃z de eis l; loq̃ q̃ excoriatio qñz ꝯuenit a cã ꝑmitia sicut a ꝯmestione reꝝ ualde calidaꝝ ⁊ aliqñ ꝯuẽit ex hũ orib⁹ ualde acutl ⁊ col̃icis q̃z illi purgẽt ⁊ alterẽt ut sepe ẽ dictũ: ⁊ dicet̃ h⁹ vl̃i pacto q̃z purgatiõe facta dix̃. Cõ. ꝙ ossa mirabolanoꝝ trita ⁊ pulueĩsata dẽtib⁹ laxatis ⁊ gingiuis ex cõticat] optie medẽt. Dia. dixit si ãt sit cũ ulcẽ tũc sal cũ melle illas tollit. Et affodillus q̃z radix ei⁹ masticatus excoriatõnẽ gingiuaꝝ ⁊ palati sanat. Et dixit ẽt Cõ. ꝙ flos maligranati ualet excoriatõi palati. Et id dixit de grãis viridib⁹ mirti: ⁊ id dixit de cinere papa. Fide. dixit si lingua sepe lauet̃ cũ decoctiõe bedeguar dẽtes firmãt ⁊ gigiue cõrose ⁊ excoriate sanẽt̃.

¶ Ca. 3[m]. de excoriatione lingue ⁊ scissura:

Sicut excoriãt̃ gingiue ⁊ ptes palati ligua sic ⁊ cũ hic scidũt̃. ⁊ q̃z ista mẽbra hñt diuersa approbata ca. diuersa feci: facta purgatiõe si expedit vẽio ad localia: Et p⁹ dixit Me. ꝙ si scissure in lingua fuerĩt fiat retẽtio i õe mucillagĩs psilii cũ zuccaro. ⁊ dixit ꝙ retẽtio i ore albũis oui recẽtis ꝯq̃ssati cũ oleo ro. ꝯfert illis. Et dix̃ ẽt ꝙ masticatio põtulace cũ aceto ꝯfert scissuris ligue ꝙ verissimũ sũ expt⁹. Itẽ ualet hec ꝑmixtio. ℞. mucillaginis psilii dragan. ⁊ gũi arabici. añ. ptl. eq̃les sirupi violati ptes. ii. tamarindoꝝ. ptes. iiii. seis põtulace assi pt]. i. spodii. ptẽ. i. tertiã cãphore ptẽ. i. & terãt ꝯtritione vltia ⁊ liniat̃ ex eo sup scissuras oĩ bõa ꝑcedẽte collutiõe fcã ex aqua ro. ⁊ aceto aut acetositate facta ex aqua rosacea ¶ Damech dixit h⁹ valẽ. ℞. seis põtulace seis ro. amidi zucari tabarzet spodii croci balaustie ro. draganti tere ⁊ ꝯfice cũ sirupo ro. aut viol̃ ⁊ inũge ex eo ꝯfert. n. cõpib⁹ te nuib⁹ teneris. Chi. dixit ꝙ cẽbrũ anser] domestice ea q̃ st̃ circa linguã sanat. Si ãt in lingua excoriatiões existãt sanat epatica mixta cũ melle: neq̃ dubito ego ꝙ illa q̃ valẽt excoriatiõi gingiuaꝝ ⁊ palati: eadẽ ẽt ꝯferũ excoriationi lingue de q̃ dcm̃ ẽ. Bar. d va. dixit h⁹ fõe exptũ ad scissuras ligue fiat ꝺcoctõ ordi ⁊ passulaꝝ riglicie psilii doec ad spissitudĩe ueñat ex hac ꝺcoctiõe p⁹ frequẽt̃ fiat collutõ p⁹ h⁹ tẽeat̃ sup liguã ℞. mucil. psilii mucillagĩs dra. gũi ar. añ. ptes eq̃les sirupi uiolati ptes. ii. tamarindoꝝ ptes. 3. se. põtulace assi ptẽ. i. spodii ptẽ i. ⁊ t̃tiã cãphõe ptẽ. i. ⁊ octauã terãt̃ doec bñ sil̃ misceãt̃ ⁊ admistrẽt̃: Scissuras ⁊ denigratões lingue ⁊ spasmũ ꝯtrahẽtẽ ipaz: ita ut ꝓhiberetur deglutio q̃ oĩa accidũt in febre lõga aut acuta sanaui cũ collutiõe fcã p⁹ cũ aq̃ ordei decocti ⁊ excorticati ex utroq̃ cortice eiecta ebulitiõe ꝑma ⁊ postea iteꝝ ordeo bulito cũ radice liquiritie mũde ⁊ in fine addito modico zuca. ⁊ p⁹ h⁹ fiat collutio cũ oleo uiolato in q⁹ dissoluta erat mucillago dragãti albi ⁊ cũ his gulã ĩũgebam exterius ubi dolõ percipiebat̃ cũ ol̃o uiolato ⁊ butiro est mirabilis operatio:

¶ Capitulum quartum de ulceribus lingue.

Ulcera lingue sepe fiũt ⁊ facta purgatione ⁊ dieta ordinata: ꝓ cura huius recurre ad ca[m]. de ulceribus oris ⁊ ad cap. de vlceribus gigiuaꝝ ⁊ aliaꝝ ptiũ oris ulcerib⁹ nãq̃ ligue ꝯferũt hic ergo tanq̃ necessaria adducãt̃ ⁊ ꝓpe adducat̃ hic illõ ꝙ dixi in ca. de scissur] labioꝝ de irundinibus. dico ẽt hoc fore expertũ ulcerbus oris q̃z palati ⁊ lingue ubi illa ulcera fuerĩ ex pustulis. ℞. saturegiã ⁊ fac ipsaz bulire in uno ⁊ cũ illo fiat collutio sepe ⁊ in duobus ul̃ tribus dieb⁹ erit curatus: ⁊ hec est medicina q̃ ist ꝑsbyteri sancti Georgii faciũt pueris hñtibus istas pustulas in ore ⁊ veꝝ ẽ ⁊ cẽties expt⁹ su;

¶ Capitulum quintum de ulceribus vuule

Accidit sepe ꝙ ipsa vuula apat̃ cui⁹ rõe nccẽ ẽ ipsã icidẽ ⁊ ꝑ ꝯñs ipsa ulcerat̃: facta incisiõe ⁊ ipa exñte ulcerata. dico ista ualẽ fact] vl̃ib⁹. Sera. dixit ego ãt admistraui lapidẽ frigiũ p⁹icisionẽ vul̃e ẽt stati fui usus eo ipsa donec fuit consolidata ⁊ curata. ¶ Et Bartho. dixit ꝙ lapis iste sit ustus ⁊ ablutus ⁊ sublilissime tritus. ¶ Et Guil. de ua. dixit ꝙ põt apponi cum melle. ¶ Bal. dixit in nono de thucia garganeo nãq̃ incidens solum statim visus fui et usq̃ ad clausionem sepe ualde strictam cicatricem non al̃r faciens tam buius membri q̃ aliorum ulceratorum loquitur hic de vuula. De ulceribus aliis uuule nihil aliud dico: q̃z nõ inueñio aliquid appropriatum sed recuratur ad capitulum de ulceribus oris ⁊ sufficit qm̃ illa hic ualent. Qualiter autẽ uuula debeat incidi inferi⁹ in sequenti libro dicam.

¶ Tractatus non⁹ de vlceribus colli ⁊ dorsi et brachioꝝ ⁊ pectori. Capl̃z p[m] de ulcẽib⁹ colli:

Ulcera colli curãt̃ isto⁹ facta purgatõe cũ euacuãtib⁹ l̃ ab illa pte: ut cũ turbit ꝑpato

uł alio⁹ ut aȝ tibi necesse. Et quia nō iucio me
dicinas appꝛatas huic loco: iō de eis aliq̄ n̄ facio
mētōez. Nō tn̄ ꝙ i isto loco fiūt sepe scrophule
q̄ pn̄t ulcērari eo: qꝛ cū mā flātica. pt mā coꝛtica
pmisceri q̄re pōt saniari. Si gᵒ ulceratꝰ cura ē re
mouē ipaȝ cuȝ tota chisti vt dictū fuit de nodo
remoueꝰ ēt ł cū putrefactiuis ut cū assūgiis ⁊ a
liis ut tota maria cū chisti putrefiat uel remoue
atur cū foꝛtibꝰ medicis ut cū saliamēto vigoꝛa/
to uel cū alia medicīa foꝛti cū catelua tn̄ ne ner
uus uel uena destruatur. ¶ Et iō pp hoc ulcera
isti⁹ loci sc̄ tioꝛosa. hoc toto pacto exigas locuȝ
cū ūguento uiridi uel alio mō: ut tibi plȝ. ⁊ car/
nē genēs ⁊ illo mō cures. Et sił illud idē dico
de nodis qn̄ aūt veniūt ad saniē putrefacias be
ne eos cū putrefactis ut tota chisti putrefiat bn̄:
⁊ pn̄t facto hoc apias ⁊ pcedas iteꝝ cū coꝛrosi
uis ł putrefactis ut tota chisti remoueaꝰ ⁊ cōso
lideꝰ. Si nodᵒ fuerit mellinᵒ ł fauosus recuras
ad pᵐ lib. qꝛ illic satis de eo dixi. Et i tn̄ ptigēt
ꝙ ista ulcera fiēnt cancꝛosa ł alia silia: tūc di/
xerūt aliq ꝙ amigdale dulces cū melle mixte ⁊
trite subuēiūt ulceribꝰ cācꝛoꝶ. ꝙ aliq sc̄ experti.
sc̄. Sap. dix qn̄ lentes coquūꝰ cū aq̄ marina curāt
herpetē ⁊ erisipillā ⁊ ulcera cācꝛosa fomtatio sa
scā cū farina lupinoꝝ cocta cū aq̄ ualet. Dia. dix
semē bautie siluris ipositū cū melle ualet. Dixit
ēt d̄ radice agrimōie ꝙ uiridis trita i iposita cu
rat Et Apuli⁹ dix ꝙ cētaurea minoꝛ trita ⁊ ap/
posita sup ulcera cācrenata tumoꝛē fieri n̄ pmit
tit. Gal. sic dixit d̄ lacte titimali abstergit ulcera
carbūculosa ⁊ crācꝛosa. Qm̄. n. calefacit foꝛtiꝰ et
abstergit iuuare aptū natū ē: si qs in tpre ⁊ mēsu/
ra eo utiꝰ. Dixit ēt in. ix. ⁊ Sapio ꝙ oleū ro. ł mir
tinū uel citōioꝝ uel cōe uel aliud frigidū ē mira
bile ad ulcēa cācꝛo sa. Dix. ēt i. ix. de plūbo vsto
sit igiꝰ hec eadē medicīa. s. plūbū vstū bōa me/
dicīa ē. s. ꝯ male moꝛigēata. cū āt lotū fuerit mł
o magl ad repletōem ⁊ clausiōem ipsoꝝ optīa
ē medicina. ꝯuenit āt ipsū ⁊ p se ipsū vniꝰsas:
nec nō mixtū cū aliqbꝰ. Et subdit maneat ēt de
foꝛis spōgia ex fria aq̄ madefacta q̄ pᵒq̄ dsicca
ta fuerit madefiat. Illud idē dixit. Sapio ⁊ addit
ꝙ qn̄ misceꝰ cū oleo ro. cōfert ulceribꝰ difficił
ꝯsolidatōis ⁊ coꝛrosiuis ⁊ vłr ꝟt eiᵉē silis ꝟtu
ti tucie. Barth. dixit tollaꝰ scoꝛia plūbi lota ⁊ si
bi addaꝰ climie ps. 5. ⁊ addaꝰ sibi mel. Et hec
opatio est fructuosa in ulceribꝰ q̄ sūt in locl dif
ficił exiccatōis sicut anᵒ ꝟga māille ⁊ iūcꝰe ⁊ su
pponaꝰ spongia sicut paꝝ an̄ dixit. Gal. dixit ēt
in. ix. ē āt ponfolix si lota fuerit medicina fere p
cipua oīum q̄ nata sūt siccari sine molestia. Ueꝝ
ad cācꝛosa ulcera idonea ē nec n̄ ad oīa alia ma
li moꝛis. Et Aui. dixit de thucia. Et Alchi. dix.
Smilio. i. cenabꝛiū pulueriȝatū ponꝰ i ulceribus
putridis canceratl. Et Gal. i. x. dixit de lacte mu
lieris ualere si coctuȝ fuerit cū lapidibus uł fer
ro. Et sextᵒ plato dixit stercᵒ hōis ꝯbustus ua/
let. Et Ebirānᵒ dixit urinā hōis ualere.

¶ Capitulū sc̄m de doloꝛibus doꝛsi.

Ista ulcera nihil hn̄t pro/
priū q̄re pauca
loquoꝛ de eis uerūtn̄ tioꝛosa sūt rōe nu
che. curenꝰ ergo sicut ⁊ alia ulcera curanꝰ. ⁊ patȝ
Unū tn̄ nō q. illa ulcera aliqn̄ penetrant. ⁊ si sic
recurre ad 3ᵐ libᵐ ad caplm de uulnē penetran
te ⁊ facias ut dictū ē illic: uel ut diceꝰ in sequen
tibus. Si āt ulcᵒ eēt fistulosū. qꝛ uulnᵒ trāsiuerit
ad os uel neruū recurre ad pᵐ lib. ad caplꝫ de fi
stula. siłiter si fuerit putridū uel uirulētū ad pro
pꝛia capitula primi libꝛi recurre.

Capitulū tertium de ulceribus bꝛachioꝛum.

Ista vlcera nullā diuersi/
tatē hn̄t ab aliis
ulceribus q̄re fiat ut dictū ē in aliis. Et
de istis nihil aliud loquoꝛ: ⁊ satis est.

Capitulum quartum de ulcere pectoꝛis.

Ulcera que sunt in pectoꝛe:
que non pene/
trant curanꝰ ut alia q̄re de his nihil ē lo
qui nisi qꝛ si sint putrida recurre ad pꝛimū libꝝ.
Si fistulosa ad eūdē librū ⁊ sic d̄ aliis. Et si ne
cessaria fuerit icisio fac eā obſuatl dictis i prio
lib. de mō incidendi. si tn̄ penetraret ulcᵒ sine fa
lo eēt fistula ł ꝯuerteꝰ. q̄re nō reqritur curatio:
sȝ sufficit paliatio. si tn̄ eēt penetrās modū hēs i
ētio libꝛo. Cura. tn̄ paleatiua ē ista. Et prio regi
men sit bonū ut dictū ē in vulnē cassali. purgaᵒ
fiat sepe cū pilluł acutl aliqliꝰ foꝛtificatl ne ma
teria multū multipliceꝰ. Si ergo occurris talibꝰ
uideas ꝯn̄ si materia ꝯgregaꝰ in cōcauitatibus
pectoꝛis uel non si congregatur ita ꝙ impediat
motum anhelitus ⁊ non possit expirare: tunc di/
lates foꝛamen cum tenta de gentiana ligata ne
ad concauitatem pectoꝛis cadat ut cannula pos
sit per foꝛamen intrare. ¶ Et consequenter mun
dificetur pꝛoiiciendo intus mellicratum. ¶ Ut
dicebat Galienus qnto terapētice aut vinū mel
litum aut aliqua de lauamentis dictis i cura uul
nerum pectoꝛis ad quem locum recurre pꝛo illa
materia. ¶ Et nota ꝙ medicamina acuta vt vi/
ride eris in istis locis non iniiciantur. Si auteȝ
n̄on dossit bene expurgari aperiatur ut dictum
est. ibi inter quartam ⁊ quintā costā. Et pꝛocure
tur illud uulnus de nouo factum cum unguento
apostoloꝛum uel cum alio mundificatiuo ulce
rum antiquoꝛum ⁊ consequenter presūpta calo
sitate fistulari cum istis uel cum cauterio conso
lidari permittatur. Aliqui auteȝ dicunt cardonē
fullonum uel radicem eius tritam cum melle et
mixtam mane ⁊ seꝛol in quantitate nucis cōmu
nis ualere. unde auerois quinto colliget Carsos
idest cardo fullonuȝ est calidum in secundo sic
cum in tertio mundificat oēm putredineȝ p vri
nam coctā in uino ⁊ a toto coꝛpe remouet feto
rem ⁊ generaliter hȝ remouere ⁊ resistere a tota
specie oī putredini ⁊ est medicina cibalis ⁊ bōi
sapoꝛis. ¶ Et multa alia pn̄t dici que dicta sūt
supra in capitulo de ulceribus putridis ⁊ ind̄ ul
ceribus pfundis ⁊ cācꝛosis. Quare ad ista ca.
recurre: ut est tibi necesse ⁊ pȝ.

Tractat⁹ x⁹. de ulceribus māillaꝝ ⁊ sciſſur] earū
Capitulum primum de ulceribus mamillaruꝫ.

Ulcera māillarum sequunť ad apata uel duricies eaꝝ q̄r expedit illa curare hec nāq3 cura cōsistit ī trib⁹ pricipl'r. p°. ī dieta. 2°. ī purgatōe. 3°. ī localibus. Prio ergo dicta sit sicca ⁊ abstinēti am a superflua cōestione faciant ⁊ potatōe. Et sint quieti. et non utatur exercitio ⁊ portent illā ligatā collo ne mamilla debilitetur ex grauedie ei⁹ debilitatōe qua currant hūores ad locum: et hoc fiat cum faſſia facta in forma cofie: purgatio fiat cū pillulis acutiſ cōibus uel aliis ut tibi videť: ⁊ hoc frequēter localia ſint iſta. Et primo loco exñte inciso mundificeť loc⁹ cū farina ordei termentina et melle uel mellē ro. vel vnguento ap'loꝝ: ut ē ncce. pro quo nō. q in hac cura duo facient tibi honorē. prio q orificiū ulceris ſit in pte inferiori. 2o q fiat crebra mutatio. Et ubi iſta duo deficiant cura erit lōga: fcā mundificatōe locū incarnes cū vnguento basiliconis uel alio mō vt tibi videť neceſſe. Dei de locū sigilla. Si tn̄ cū ulcē eſſ3 apa ut ſepe accidit tunc emplastreť loc⁹ cū faria ordei fabarū et volubili incorporati cū oleo ro. l' cū aliis dictis in. i. libro de cura apatis iūcti cū ulcē. Si tn̄ ulc⁹ eēt difficilis cōſolidatōis ut sepe accidit uel q2 fundū ulceris fuerit in parte īferiori orificiū āt in ſupiori uel aliq̄ alia de cā: tūc dico ego q cōuenit aqua vitis cū pulue̅ oſtracoꝝ: ⁊ ēt ualet orificiū facē q ſit in pte īferiori ſi adeēt poſſibilitas. Si autē adeſſet duricies cū ulcē p remotione eius recurre ad 2m librum d duricie mamillaꝝ pter illa dicta inuenio alia ualē d mēte doctoꝝ. Sera. dixit q̄n radix affodillorum coquiť cū fece vini. ⁊ fit ēplastrū cū ea cōfert ulceribus ſordidis ⁊ apatibus mamillaꝝ ⁊ testiculorū ⁊ carbūculis ⁊ aliis exituris. dixit ēt q oleum cōe fricatōe plumbi uel ro. uel: mirtinū ul' citonioꝝ ē ꝯferens valde apatibus qd̄ ſū exptus. Et Gal. ī nono. dixit q eſt ſingularis medicia ī pudibūdis teſticulis et mamill': qd̄ ēt ſū expt⁹ cōfert ēt ulceribus māillaꝝ ſcoria auri ⁊ argēti trita ſubtiliť ⁊ appoſita. Dixit Dia. q optima medicia ē unguentū factū ex fricatura plūbi cū oleo ro. ego aūt facio ꝯducere oleū in mortario plūbeo cū piſtello plūbeo vſq3 ad ſpiſſitudineꝫ olei: ⁊ tūc utor eo: Uo tn̄ q quecūq3 diceňť infra de ulceribus teſticuloꝝ cōferūt ⁊ valēt in ulceribus mamillaꝝ ⁊ ita hic dicta ualent. Ca. ergō ad īuicē uideanť ⁊ quecūq3 ulcerib⁹ ani cōferunt ⁊ vge ⁊ labioꝝ ulcerib⁹ ꝯferūt ⁊ eꝫ. ⁊ papillaꝝ ualent: adducāť ergo hic cū expedit.

Capitulum ſecundum de ſciſſuris papillarū.

Ad ſciſſuras papillarū. Dixit Raſis q cōburatur tortura ⁊ miſceať cū albūie oui ⁊ lacte aſine ⁊ locūs inungať ⁊ tollit has ſciſſuras papillarū. Et Bartho. dixit q bene terať ille cinis ⁊ poſtea in corporibūs duris īponať cū albūie ⁊ in teneris cū lacte. Unguentū ſcriptū ſupra de ſciſſuris labiorū: e ēt ī ſciſſur] papillaꝝ mamillaꝝ mirabile veruꝫ applicēť in papillis ſicu ibi dictū eſt debere in aliis applicari. Et breuiter illa que ualēt ī. ſciſſuris labiorū. et in hoc valent q̄r illic uide: ſic et ēt puto hic conferre q̄ inferi⁹ in illo libro dicentur.

Capitulum tertium de dolore mamillarum.

Quia ad oīa iſta dicta in mamillis ſequitur dolor vt iſti ſcias ſuccurrē aliqd loquar l3. d eo de buerim loqui in ſecundo libro tractatu d apoātibus mamillarum. Serapio dixit lactuca ſedat dolorem mamillarum in ieiunio comeſta: ⁊ loquitur de ſilueſtri. Et Alchi. hoc ideꝫ uoluit d domeſtica. Et Diacorides dixit ad dolorem mamillarum thus cum oleo ro. ⁊ chimolea eſt preſidiuꝫ ſingulare. Et Serapio dixit q hoc confert ad apoſtemata calida mamillaꝝ que fiunt poſt partum. Fidelis dixit ſi caput mamille balſamo inungatur dolorem tollit. canapis etiam ſilueſtris dolorem mamillarum tollit. Et Dia. dixit iterum ad mamillarum iſlaturas ⁊ dolorem ipſarum vitellum oui crudi cū lana impoſitum eſt utiliſſimum. Et ſext⁹ plo ſic dixit de dolore ⁊ tumore mamillarum leporis coagulum cum melle impoſitum remittiť. Et chirannus dixit ſtercus muris cum aqua diſſolutum ⁊ inunctum ulceris dolorem: ⁊ duriciem ⁊ tumorem ſoluit. pro noticia huius vidē as ex qua cauſa. prouenit dolor uel ex mala cōplexione calida uel frigida uel ex conculcatione materie uel ex vtroq3 ⁊ ſic in remediis proceď: ut tibi libet habita intentione. Dico ēt tibi breuiter q ne carte in uanū repleantur q quecūque dicta ſunt dicta ualere in dolore teſticulorum. hic etiā ualēt q̄re iſta ad inuicē uideanť.

Tractatus xi⁹. de ulceribus. uētris ⁊ inguinis.
Capitulum primum de ulceribus uentris.

Ulcera que nō penetranť curantur ut alia ulcera cōia et nihil ppriū iſtis īnuenio quare ⁊c. Uerum tamen iſta ulcera aliqn̄ penetrantia ſē ēt in genē fiſtularū ſūt ad q̄ parū ualet cura⁹ ſufficit ut confueněť q3ᵐ pn̄t ꝯſeruari cū bono regimine ⁊ ꝯueniēti potione ⁊ mūdificatione. Et p maiori declaratione h⁹ recurre ad illud q dictū ē i ca° de ulcerib⁹ pectoris ⁊ illic uide ⁊ operis. Si tn̄ ulc⁹ eēt magnū. ⁊ hoc ſit dictū generale ſēper uideas an ſit putridū. uel ſordiduꝫ an virulentuꝫ an cauernoſum an fiſtuloſum. an canceroſum ⁊ ſic de aliis. Et tūc hoc uiſo recurre ad primū librum ad capᵐ proprium in tractatu de ulceribus ⁊ ibi oper] ⁊ illic ē dictū tibi: ⁊ hoc ſufficit hic ⁊ in oī alio mēbro q̄re ⁊c.

¶ Capitulum scdm de vlceribus inguinis.

IN inguine sepe accidūt vlcera que ēt nihil hñt propriū: sʒ qñ uis illa curare facias ꝙ sint lata ⁊ ꝙ inter oīa illi sobrie uiuant ⁊ nō ambulēt ⁊ principaliter corꝰ sit solutū semper. ¶ Ista ulcera nil hñt propriū cū cōibus ergo curent̄ sicut cū vnguento aploꝝ cum albūe ⁊ cū basilicone uel cū alio puluere generā te carnē. ¶ In loco accidit bene qñqꝫ ꝙ in loco ulcus efficitur cauernosū quare laborē multum sepe hēs: ⁊ sepe hūi tunc nihil melius ꝙ̄ recurrere ad propriū capitulū: ut dixi tibi īmediate ca. ¶ Consueui ista lauare cū lixiuio ⁊ aliquotiens cum vino stiptico qñ volo locum cōfortare: ne superfluitates recipiat: ⁊ super locum appono stuppā balneatā in istomet vino ꝯñter lauo cuʒ lixiuio si fuerit necessaria exiccatio uel cū aqua mellis si fuerit necessaria extersio uel appono alia extergentia fortia ſm necessitatē. deīde appono in lixiuio alumen: ⁊ aliqñ appono cinerē sicꝰ quē dico fortiter incarnare uel puluerē limaciarū cōbustaꝝ cū aqua uitis. ¶ Et sic vltra procedo donec locus fuerit ꝯsolidatꝰ. factis tñ purgatōibꝰ vlibꝰ ⁊ uita ordinata ut sēp in mei sermone ꝑsuppono: ⁊ ꝑ istā viā curaui qui habuit vlcus in inguine in ꝓfunditate vnius spāne. de quo oēs fuerūt mirati qñ tēptabam cū ꝓba ð ꝓfunditate ulceris. ¶ Et nō solū opor. hoc hic. imo ⁊ in oī alio vlcere similis natē currente cursu eiꝰ ⁊ ē claꝝ: videas ergo alia dicta alibi ⁊ sufficit tibi: qꝛ multa alia ponūt̄ ⁊ accipias tibi placita ſm intentionē operatōis tue.

¶ Tractatus. xii. de ulceribus uirge ⁊ scissuri. Capitulum primum de ulceribus uirge.

VLcera in virga fiūt ex apāte aut ex inordinata fricatōe aut ex inōdinato tactu aut ex uulneribus male curatis: ¶ Signa istoꝝ nō. Iudicatur aūt ꝙ ipsa sint difficilis curatōis. eo ꝙ ē est membrū ualde sensatū: ⁊ ēt ad ipsā curūt mlte supfluitates: et ēt medicīe male applicant̄ hic quare ⁊c. Ulcera ṽge sic se habent quādo aliꝗ sūt sicut pustule ⁊ aliꝗ sic excoriatō ⁊ aliꝗ sicut ulcera uirulenta corrosiua ⁊ aliqua sūt antiqua ⁊ putrida ⁊ cauernosa ¶ Et aliꝗ sūt maligna sic ꝙ locus ꝯnigretur. In cura ista hēs. iiii. intētōes prima ē in ṽuita. Scđa ē i purgatōe. Tertia i localibus. Quarta i correctōe accñtiū. ¶ Pria ītētio cōplet̄ hoc mō utat̄ ipse dieta tenui ⁊ utat̄ carnibus bonis ⁊ uino bono ex qbꝰ generat̄ nutrimētū bonū ⁊ respiciat se ab hūidis: ⁊ quiete utatur ꝙ̄m pōt. ¶ Scđa ītētio cōpletur cū euacuatiōe. fiat āt ſm hūorē peccantē uel cū pillulis cōibus paꝝ acutis ut facio ego. acuas tñ scđm intentōes tue opationis. ¶ Tertia ītētio cōpletur cū localibus. ⁊ prio dico ꝙ fuerit excoriatio sola ⁊ sola sup calefactio sufficit lauare locū cū aqua ro. uel plātaginis uel cū uino stiptico. aliꝗ tñ dicūt ꝙ finaliter qꝛ ultio possumꝰ apponere aquā aluminosā ubi fuerit necessitas maioris exiccationis ⁊ ī illo casu non indiges alia opatōe. ¶ Si modo eēnt pustule ꝗs isti uocāt caroli. ¶ Ego eas ꝯsueui remouē cū aꝗ uiridi fcā ex uirið eris ⁊ aꝗ ro. ł solatri. sit tñ paꝝ mordicatiua ⁊ ñ mltū: ⁊ in illo loco ñ operat̄ aliud puluer. ēt mellis cōbusti optime ualet. ¶ Si ulcera sint noua uirulēta ⁊ quodāmodo corrosiua: tūc aloe est medicina sola bona. ¶ Et similit̄ ualet plūbū ustū climia abluta cū uino ⁊ thucia ⁊ litargiriū ⁊ cerusa. Si aūt indigueris fōtioribus istis es ustū cortices pini ⁊ lapis ematites ualent. ¶ Gal. āt ꝯponit hoc. ℞. cineꝝ carte de panno ꝯbuste albūs ꝯbusti cucurbite sicce aduste añ. ⁊ appoātur. ⁊ si libʒ tibi si cū termentina fieret unguentū bonū essʒ et si etiā cum cera ⁊ oleo de mirto fieret unguentum iterū optimuʒ. si āt uelles exiccare fortius dixit ¶ Auicē. hoc ualere. ℞. thucie aloes sarcocolle thuris lapidis ematitis cōticis canne combuste gallarum baulastiarum acacie pulueriʒentur: et cū oleo ro. fiat unguentū: ¶ Si autēʒ ulcera fuerint ad intus. quia inter pellem et prepucium ꝑcipiunt doctores ꝙ medicine ad intra inicīantur. ¶ Primo ergo in casu isto laues locum cum uino ⁊ melle ro. uel cum uino stiptico scđm intētionem tuam semper facta bona purgatione.

¶ Ego autēʒ consueui lauare cum illa aqua uiridis eris ⁊ bene mihi successit ꝙ ulcera fortit̄ exiccat. Si tñ uis istos pulueres potes distemperare cuʒ uino uel lixiuio ⁊ proiicere intus cū siriga uel cū alio iniectorio remoueatur tamen apostema quantum potes ut in loco suo dixi: qꝛ in libro scđo. remouetur ergo pro modo isto modo. primo fiat decoctio enule ⁊ ꝯñter suffūigium ex illa multum ualet in remouendo apātōnem flegmaticam. ¶ Et ꝯsequenter fiat desuper hoc emplastrum. ℞. camomilla melliloti fenu greci ro. añ. M. i. buliant in aqua uel lixiuio ut tibi uidetur et fac emplastrum. ¶ Unum nota. ꝙ hoc membrum semper stet fasciatum sic ꝙ non pendeat ne ratione grauatiōis membri materie ad ipsum currerent ¶ Si autem vlcera essēt antiqua et putrida uel cauernosa. tunc curantur isto modo. ℞ uini albi. librā. i. aque plantaginis aque rosa. ana quartaʒ. i. auri pigmenti. ʒ. ii. florū eris dragmā unā terantur ista subtilissime et misceantur cum his et fiat collirium: hoc enim mortificat desiccat et sanat: si tamen indigeres fortioribus: tunc troci sci affodillorum ⁊ andaronis conueñirent. ¶ Et arsenicum etiam conuenit ut dictum est in cancrena. ego autem talia vlcera uirge putrida penetrantia ab uno capite uirge ad aliud curaui factis purgationibus et iterum reiteratis cum lixiuio et melle primo et consequenter cum lixiuio et alumine combusto. et tertio cum lixiuio et puluere ostracoruʒ. ultimo cum aqua uite et puluer. ostracorum et mihi mirabiliter bene successit: et erat ille:

homo habens ulcus a capite virge usque ad pectinem inclusiue et erat octuaginarius et curatus est. ¶ Et plures habui alios siles ꝛ curati sunt. ¶ Et si aliqua deficiunt tibi recurre ad primuz lib. de ulceribus putridis cauernosis. ¶ Si aūt locus esset cancrenatus defende partē sanā cuz vnguēto ꝺ bolo. ꝛ aliis dictis in caº de cācrens et nigredinē ꝛ moueas si ibi fuerit cū dictl ī ca. de cancrena : ꝛ ꝓcura illic recurre hoc peracto mundifica locū cū mūdificatiuo de apio supius in pº lib. dicto ī caº de carbūculo uel cū ūguēto apłoꝝ. deiñ genēs carnē ꝛ ꝯñter ꝯsolida ꝛ istoº operatus sū in multis. ¶ Quarta itēº que ē remouere accidētia sic cōpletur. ꝛ pº: qꝛ in isto cāu sepe cōtingit fluxus sanguīs fac restrictionē cū pl' ueribus cōibus dictis in caº de fluxu sanguinis faciunt tñ aliqui puluēs de alcāna ꝛ filtro cōbusto ꝛ de pulueris gallie cōbustis et cū albūie oui appone sēp cū bona applicatōe manꝰ ut dictū est in ca. ꝓprio: ꝛ si hoc nō ualēt remotis trūbis sanguis appōas arsenicū: ꝛ hoc ñ fallit dūtaxat ꝙ cadat sup venā. ¶ Aliud exptū posui in suo ca. ꝛ illic vide. ¶ Aliud accñs ē dolor. dolor sedatur si mafia sit cal'a cū populeone l' succo solatri mixto cū pauca faria or. aut cū albūie oui et oleo violato ꝛ aliis succis fris. si tñ dolō eēt rōe cōculcatōis materie ī loco valet ēbrocaº de coctōe maluaꝝ ꝛ sil'iuz. ¶ Et ēbrocatō ꝺ camomilla fenūgreco ꝛ se. lini ꝛ aliis currētibꝰ cursū. istaꝝ: si dolor sit rōe ulcēis. ¶ Dixit Dia. ꝙ betonica cū vino trita ꝛ apposita ualꝫ: ꝛ fidelis dixit ꝙ oꝫ eē in vino cocta. ¶ Si rōe materie frie ualet oleū de cherua : ꝛ si frigꝰ fuerit uehemēs aliquid de euforbio dissoluat̄ ī ipo ꝛ in ūctōe fcā cū melle ꝛ felle thaurino. ¶ Valꝫ vt dixit Serapio: si sit rōe scissure: tūc qrat̄ caᵐ. de scissuris ꝟge: ꝙ si fuerit rōe cōtusiōis fac vt dicet̄ in se. ca. de dolore femoris. ¶ Et si multa materia curreret ad locū ꝓhibeat cū succl fris ꝛ bolo ar. ꝛ sil'ibus ut alibi satis dictū ē: ꝛ si cū istis eēt apa curet̄ prio: apa curet̄ deiñ vlcꝰ qliter oꝫ curari apa dictū ē s. prio lib. tractatu de vl'neribus ī vl'i: ꝛ alibi ēt dictū ē ꝛ ibi vide. ¶ Ista simplicia mōualent. ꝛ prio Rapio dixit ꝛ alii antiqui aloes incarnat vlcera q̄ sūt difficilis cōsolidatōis maxīe ea que sūt ī ano ꝛ ꝟga ꝛ aposteātibꝰ q̄ fiūt ī his locis qñ dissoluitur in aq̄ ꝛ fit liniñtū ī eo ꝛc̄. ¶ Et Auicē. dixit aloes ē cōueniēs vlceribus difficilis ꝯsolidatōis ꝛ ꝓprie ī ano ꝛ ꝟga ꝛ ore ꝛ fistulis: ꝛ Cōstantinus dixit de ipsa ꝙ ꝓprietatē hꝫ ꝯsolidādi oīa vl'nera recētia ꝺsiccādi ac mūdificādi eoꝝ putdinē ꝛ maxīe vl'nēa testiculoꝝ ꝛ ꝓpucii sanat. Dixit ēt qñ ꝺcoctio radicl ciclamis ꝓiicitur super tibias cōfert vlceribus q̄ fiunt in eis ꝛ qñ terit̄ radix: cū oleo ueteri ꝛ iungit̄ cum ea facit hoc: ꝛ cōfert vlcēribꝰ ꝟge. dixit scoria argenti est bona ulceribus ꝛ ꝓpter hoc ī greditur ī vlceribus ꝟge: qꝛ ꝯglutinat vlcera eiꝰ ꝛ cōsolidat ea ꝛ ē sicca attractiua. ¶ Bartho. dixꝫ ꝙ idē pōt scoria auri. scorie āt sūt feces istoꝝ ut voluit Auicē. debēt āt subtiliter teri ꝛ sup aspgi

aut cū melle misceri. ¶ Si volumꝰ fortiꝰ medicamē. Dia. dixit succꝰ maligranati expressus et totꝰ melle admixto vulnera oris nase ꝓcurat: puluis ēt solus floꝝ siccoꝝ maloꝝ pūicoꝝ: quia granatorum qui nascitur antequam formam pomi accipiat vlcera recentia consolidat. ¶ Sanat etiam vlcera ista antiqua succus florum uitis siluestris qui dicitur tamia impositus : aut etiam puluis ipse: dixit etiam ꝺ flore vitis lambruscę sic siccus et viridis vulnera veretri ad sanitatez perducit: dixit etiam amurca olei uulneribus nature affert sanitatem et matricis putredinem excludit si cū oleo onfacino sit mixta et cocta ꝛ ꝑuncta. ¶ Dixit etiam cinis corticum cucurbite sicce adūste vulnera in putredinem versa purgat et ad cicatricem perducit. ¶ Et Serapio dixit ea purgat et consolidat. ¶ Et nota quod hoc est expertum ꝛ pervtile. ¶ Uerum dixit Guil'. de va. prius lauetur talis cinis in corporibus humidis cum succo arnoglose uel alio consimili et est mirabilis. ¶ In corporibus ergo humidis hoc fiat. dixit Bartholomeus. dixit etiam allumen melli mixtum prodest vlceribus aurium nature. ¶ Galienus dixit in sexto. vstum uero anetum tertii fit gradus calefactiuum et exiccatiuum : et ideo lentis vlceribus appositum prestat iduamentum et maxime eis que in pudibundis existunt. ¶ Dixerunt aliqui ꝙ si membra genitalia fuerint plena sordicie et humiditate multa teratur anetum et superponatur et confert multum. Et idem faciat semen eius. ¶ Et idem dixit Bartholomeus de radice sua vsta. et Constantinus dixit qꝺ anetum assum et pulverizatum ualet antiquis vlceribus mulieris que sunt in pectine et mulieris vulua. ¶ Et Serapio dixit. tertia virtus aneti est ꝙ confert vlceribus habentibus plurimam saniem quando teritur et pulverizatur in eis et proprie quando in membris genitalibus fuerint vlcera que sunt in ano antiqua incarnat cito ꝛ consolidat ꝛ intellige de aneto combusto. ¶ Et dixit etiam Serapio quando semen ipsius combustum pulverizatur super vlcera virge consolidat antiqua etiam. Et Auerois dixit ꝙ bethonica vsta valet in vlceribus virge ꝛ est puluis calidior puluere aneti. ¶ Dixit etiam Galienus in nono. ꝙ si in mortario plumbeo teratur fortiter oleum rosatum: uel mirtinū: aut commune oleum : vt dixit Serapio cum pistello plumbeo. donec oleum ad aliquam spissitudinem veniat. et vlcera genitalium inūgat confert valde. ¶ Dixit etiam Serapio si vteris hoc medicamine in apostematibus que fiūt in virga pectine et ano cum vlceribus ani in medicamine emoroidarum confert valde. ¶ Dixit etiam Galienus in nono. in omnibus vlceribus mali moris et cancrosis multum laudauit ponfolicem in virga uel ano uel aliis partibus vbi suauis exiccatio. queritur, sine mordicatione. ¶ Est autem panfolex quoddam quod conflatur ex ere, et thucia dissolutis.

¶ Alch. dixit mumia iposita vge cofert z forami bus virge z vesice ualz pondus.3.i.distepata cu lacte mulieris: z tunc fac cu ea clistere. Guill. dixit pul' solus radicis cinaglosse aposit' valet ad ulcera vesice z partium genitaliu. Aliud ad idem. Re. thucie lote pt.i.ii. plumbi usti pte.i. ambo super laia plubea cu succo plataginis aut solatri z oleo ro. ta diu agitetur. donec pinguescat et loco applicentur.

¶ Capitulu scdm de dolore femoris.

Dolor accidit sepe in femore z lz. conferant illa q i dolore genitalium conueniunt: tn aliq appriata ut veteres posuerut dica. ¶ Constatin' dixit apozima camepitheos cu melle potat' dolores femoris z coxar tollit. ¶ Et dixit et ypericō dolore femoris aufert. Et Apuli' dixit ad pectinis mulieris dolore herbe iusgami albi succu mixtum cu croco dabis in potione mirabil' est. ¶ Serapio dixit aristol. ro. fomentata pfert doloribus pectinis accidentibus a ventositate grossa cruda: et hoc postq in uino decocta e: et expertu est. ¶ Dixit et Apulius herba ruta decoque viridem z cu oleo z cera fac cerotu: z in pano lineo ponas dolorem tollit. ¶ Auicena dixit maiorana ponitur in cerotis z tollit dolorem inguinum z dorsi: si dolor sit roe contusiois premissis vtibus: tunc epithimetur cum his q sut sicut viole nenufar et siliq. ¶ Et in processu cu mucilagine altee et' camomille empl et: si dolor sit roe apatis cura apa ut dictum est in prio lib. valet absinthiu emplastratu iusgami ligata in guine ut dixit Apulius.

¶ Capitulu tertiu de scissuris virge.

In virga fiut scissure que sunt sicut ragadie circa qs pauca pauci dixerut. extimo tn cam qr quecuq in ragadiis ani z scissure aliis cofe rut. z hic extimo coferre quare p copleméto h' recurre ad illa capitula i illomet li°. ex appropriatis e ut sumatur chimolea z thucia z alcana z trita misceantur cum draganto z cera z vitello ouor z oleo eor: z ex hoc fiat inunctio. ¶ Pro aliis recurre ad loca dicta: si aut pellis vge sit nimis curta z queritur eius elongatio. ¶ Tunc dixit Alch. q patiens intret balneum: z in eo trahat pellem z inungat cu melle z sale: z hoc faciat sepe z augebitur.

¶ Tractatus. xiii. de vlceribus ex apostematibus testiculor: et hz solu unu ca.

In testiculis sepe fiunt apostemata quare necessario sequutur vlcera z de eis est modo loquendu: z qr in ca°. de vlceribus mamillar sunt dicta multa que z hic conueniut ideo hic aliqua appropriata pona z seper ut al's dixi presupposita purgatioe z debito regimie z multa alia que hic non dicunt. ¶ Emplastru factu de ciceribus albis que orobo silant pfert qn apostea duru fuerit z peruecit ad ulcus q verissimu est ut expertus fui sepe z alii a me experti sunt: conseruatur at testiculus a putredine q et expertu e. ¶ Diascorides dixit terra gissanea. i. terra stelle facit ad ulcera itestinor z disinterioru z testiclor viror. oz at ipsa dissolue cu aqua z sic admiscere pnter oleu ne exsiccet. Serapio dixit qn radix affodilor coquitur cu fece vini cofert ulceribus sordidis z apatibus testiculor et mamillar. ¶ Et Gal. dixit in. ix. in ca°. de plubo de oleo agrestino vel ro. uel mirtino pfrica° in mortario plubeo sicut dictu est de vlceribus mamillar singulare presidiu est. ¶ Et dixit i. x° de lacte si quide utitur eo in ulceribus testiculoru z maxie qn coctu e cu lapidib' uel cu ferro qn eo solo vtimur ualet et mixtu cu aliis couenientibus z spaliter de lacte mulieris intelligitur.

¶ Et dixit in. x. de ouis utere igit albuie oui no solu in oculis: sed et in aliis que suauissimarum egent medicinar qualia sut vlcera que in ano et pudibundis z necessario oia male morigerata.

¶ Rasis dixit caro testudinis trita cum farina ordei z pulue molendini curat ulcera testiculor z p testudine itellige ostracu uel limatia. Si at excoria° cet i cute testiculoru tuc sic dixit. Alch fel bouis valz excoriatoi cutis testiculor qn inugit z no q dicetur ifra i ca. de vlcerib' ani hic et ualent z econtra.

¶ Tractat'. xiiii. de ulcerib' ex emoroidib' et habet solum unum capitulum.

Ulcera ex emoroidib' secut qr ex eis sepe accidit flux' sanguis z pnter loc' ulcerat' remanz qre hic lz d eis ulceribus loqui: emoroides aut sunt tumores z inflatioes dolorose generate ex fluxu huoru: in capitib' venaru emoroidar. vn in ano terminant qnqz uene q emoroides nucupant ut dicunt anothomiste. vn emorois grece ide e q flux' san. latie. exit at saguis z expurgat hoies z mulieres z aliqn natalit. z aliqn no naturalit: z hoc loquedo de naturali lz gd: fluxus tn mestruor e naturalis: fm gd: ordinat' tn ad pseruatoem spei. ¶ Fluxus at iste pseruat a multis egritudinibus: no obstate tn q dicit Gal. i de accidenti z morbo q ois fluxus sanguinis malus: excepto fluxu mstruali. Emoroidar multe sunt species: z per pns ear multe sut differentie qr quedam sumuntur a materia: et quedam ex pte loci: z quedam ex parte anexor. ¶ Ex parte materie sumunt differetie: qr ab oibus huorib' pnt fieri excepta colera. Un aliq sut morales z iste fiunt a sanguine grosso: aliq sut vucales: et iste fiut a melia. Aliq sut vesicales z iste fiut ex mediocrib' huoribus. Iste aut oes spes noiant a similitudine rer a qb' assumunt nucupatoez.

vide ... 80

Spes hemoroidarum

hec videtur esse intẽtio Auicẽ. in tertio canone.
Ex parte loci q2 q̄dam sunt manifeste ⁊ quedã
occulte: ex p̃te annexoꝝ: quia quedã sunt fluen
tes ⁊ quedã aperte ⁊ quedam nõ aperte. ¶ Aliq̃
dixerunt ut multi antiqui ut Ga. ⁊ alii antiq̃ ꝙ
qñ fluũt, iste emoroides ꝙ proprie emoroides
nuncupantur. ¶ Cũ autem tumẽt ⁊ nihil emit-
tunt cõdilomata nuncupãtur. ¶ Cause autem
emoroidaꝝ fm doctores ⁊ specialiter secundu3
Rabi moisen ẽ habũdantia sanguis grossi me
lancolici, ut plurimum: fit etiã ab aliis in' natu
ram tñ melancolie approximãtis: ingrossantur
aũt ⁊ aduruñtur humores ex malo regimine: de
inde sua ponderositate ad inferiora descendunt
⁊ replent uenas illas q̄ sunt in margine ani ⁊ ca
lefaciũt ⁊ dolorãt locu3: ex quibus inflamatur
crepãtur ⁊ faciũt fluxum ¶ Eas aũt exiccant
male mẽ acute currẽtes ad locũ aut acute medi
cine sicut ẽ aloes ⁊ scamonea ⁊ cõsimiles istis
ut dix̃ Me. ¶ Signa eaꝝ nota sunt per visum
⁊ tactum ⁊ si fuerint ad intra multum iuuant in
strumẽtũ habẽs dilatare locũ ⁊ nominatur spe
culum: q2 cum ipso aperitur ⁊ dilatatur anus: ad
eas aũt cõsueuerũt sequi dolor ⁊ grauitates an
charum ⁊ dorsi, ⁊ faciei coloratio mala ⁊ pluri
mũ ueniunt periodice de mense in mẽse3 uel de
quattuor mẽsibus in quat'uor uel de anno ĩ an
nũ: ¶ Si aũt moderate ueniũt conferunt ⁊ infir
mi bene ferũt tunc non sunt restringẽde q2 pre
seruãt cõpus a lepra mania stranguria ⁊ ab egri
tudinibus melancolicis. ¶ Si aũt superfluant
et non ꝯferant restringantur q2 male tollerat pa
tiens et ducunt ad idropisim aut ptisim. ¶ Et
ideo dixit Ipo. vi. p̃ticula ampho. Emoroides
antiquas sanari nisi vna relicta fuerit periculu3
erit idropisim aut ptisim fieri. Nõ etiã ꝙ si do
lor fuerit in emoroidibus ⁊ cito illi nõ succur
ratur cito locus ap̃atur ⁊ causat̃ fistula. ¶ Cura
⁊ regimẽ emoroidaꝝ ẽ duplex. s. vniuersale ⁊ p̃
ticulare. ¶ Uniuersale hẽt tres intentiões vna
ẽ in vita ꝙ nõ generet̃ sanguis grossus melãco
licus. ¶ Secũda ẽ in materia añte. s. ꝙ si gene
ratus est domestice expellat̃. ¶ Tertia ẽ in posi
tionibus ⁊ aliis dictis q̄ desiccãt ⁊ sanãt. ¶ Pri
ma complet̃ cum debita administratione sex re
rũ non naturaliũ ⁊ eis annexarũ quas uelle per
tractare nimis longũ esset ⁊ dominis phisicis
p̃ modo dimitto: sufficit tñ scire ꝙ a quibus
debẽt ista cauere habẽtes emoriodas: secundũ
Rabimoisen sunt ista: acetũ: fabe: lentes: caules
dattili: pisces grossi: carnes bouine: caprine et
salite carnes auium aquaticaꝝ capita aĩalium ca
seũs antiquus: panis azimus: ⁊ male coct⁹ sal ⁊
omnia acuta ⁊ etiã illa que dicta sunt in aposte
matibus melancolicis non bona sunt. ¶ Caue
ant ẽt isti a cõstipatione uentris ¶ Secũda cõ
plet̃ hoc modo accipiat infirmus diacatolicon
aut diacassiã fistulã aut pillulas de bdelio: cui⁹
R̃eta fm Ra. ẽ ista R̃: mirabolanoꝝ beliricorũ
indoꝝ. añ. ʒ. 4. serapini. ʒ. iii. nasturcii. ʒ. ii. requi
licie rase. ʒ. i. bdelii. ʒ. xv. cũ succo porri, fiãt pil
lule dosis sit a. ʒ. i. usq3 ad. ii. ¶ Tertia intẽtio cõ
pletur mõ mirabolanoꝝ indoꝝ beliricoꝝ embli
coꝝ lauatoꝝ cũ aqua buglosse usquequo dimi
serint eoꝝ amaritudinẽ. ʒ. v. radicis tassi barbas
si. ʒ. ii: zinziberis cimi galange nucis muscate
olibani. añ. ʒ. i. ameos spice squinanti. añ. ʒ. s. sco
rie ferri preparate ⁊ cocte; cũ aceto. ʒ. i. penidiaꝝ
lb. s. panis zucari. lb. ii. aut plus si fuerit delicat⁹
⁊ fac electuariũ. ¶ In cura p̃ticulari ista duo in
tendunt̃. Primũ ẽ ꝙ si mẽ fluant ꝙ restringant̃
fm ꝙ p̃ posse dolor sedetur: Primum ut dixit
Rainal. de uilla no. cũ tribus cõplet̃ p̃mo tales
uitẽt acria ⁊ acuta ⁊ inflantia ut ira coitus ⁊ ex
ercitium forte utat̃ autem reb⁹ stipticis nõ añ
cibum s3 post p̃pter constipationẽ uentris ut
sunt citonia pira cocta amidũ risum ⁊ ordeum
⁊ pedes ⁊ auricule porcorum ⁊ uinũ grossũ et
stipticũ ⁊ aqua ferrea: ⁊ potest uti miua citoni
orũ sine speciebus ¶ Radix tassi barbassi ⁊
sirupo acetoso uale ad ex̃ aũt amplicẽtur ista in
estate fiat sacculus ex tribus partibus ro. ⁊ una
mirtilloꝝ ⁊ buliãt in uino deinde exprimãtur ⁊
sup̃ applicent̃ aut etiam sup̃ sacculo isto possũt
sedere. Ra. apponit trociscos de charabe cu3 su
mach. Aui. precipit ꝙ apponãt̃ uẽtose in spatul'
int⁹ aut ad ex̃ licinia de pilis leporis ⁊ tela ara
nee et puluere facto ex aloe et thure et sang.
draconis balaustis et cõsimilibus incorporatis
cum albumine ouorum attramentum etia3 strin
git fluxum sanguinis ꝙ verissimum sum exper
tus in fluxu sanguĩs mẽstruorũ vt dixi etiã ro.
ãglicana. Multa alia exp̃ta põerẽ hic s3 domi-
nis phicl. dimitto. fm cõpletur cũ mitigantibus
dolorẽ. ¶ Mitigatur g° dolor fm magistrum
Rainaldũ multipliciter scđm a multis causis cã
tur p̃pter sanguinis euacuandi retentionẽ qñq3
p̃pter excrescẽtie ĩpulsionem qñq3 p̃pter earũ
inflationem: qñq3 p̃pter siccitatẽ ⁊ duricie3 ege
stionẽ: dolor causatur ex retentione sanguis mi
tigatur perfecta ut causa doloris tollatur ꝙ fit
si sanguis quẽ natura conatur expellere expella
tur per illas partes. s. per emoroidas. ¶ Et ideo
festinandum est ut ille partes aperiantur. fit aũt
hoc tripliciter. vno mõ cũ flomo: alio modo cũ
sanguisugis appositis cũ cãna. tertio mõ cũ me
dicinis. est autẽ melior medicinaꝝ foliu3 fic⁹ et
cũ eo fricentur emorroide donec ap̃iãtur Item
etiam supponatur aloes succotrin⁹. Quitus aũt
dixit sumãtur pulbe collogtið. ʒ. iii. ol'i. amigda.
amarũ. ʒ. iiii. et fiãt ex eis licinia longa et retine
antur in ano et apponant̃ de. v. in. v. horis. Si
vero tardetur eius op̃atio cõsulit Rainaldus de
villa noua ꝙ flobotometur vena magna su
p̃ dorsum pedis existens Et si de illa nequit
fieri consiluit fieri de basilca dixit. Secũde
ꝙ dolor fit etiam ratione excrescentie et in
pulsionis et in proposito calefactoria molia que
suauitatis et insensibiliter de tumescere faciũt
sup̃fluitatẽ sanguĩs resoluendo cõueniunt Dix
it autem Rainaldus ꝙ cum istis possumus fa
cere suffimigium et possumus facere balneũ cũ

appositione sacculorũ ꝛ spõgiaꝝ medicine q̃ bu liuntur in aqua sunt iste: folia: lingue canis : uel uiolarum uel bismalue. M .ii. uiolarum. M. i. mellilototi ꝛ fenugreci lb. s. cũ istis ego appono tassum barbassus. Ra. ãt accipit cepe lilii albi coctũ ꝛ tritũ cũ butyro uacino nõ salito ꝛ calidũ supponat. Auicẽ. laudat mellilotũ ꝛ lẽtes excoꝛticatas coctas ꝛ cũ uitello oui ꝛ oleo ro. mixtis. Et dixit ꝙ aliqñ apponat diaquilon mollitum cũ adipe anseris cũ aliquãtulo croci ꝛ opii. Gal. facit emplr̃m de camõilla ꝛ mellilotõ poro cõi ꝛ radice bismalue ꝛ trita iubet decoquere in aq̃ ꝛ post in moꝛtario terant ꝛ oui uitellũ supmisceatur deinde fa. fenugreci seis lini bdelii ꝛ adipe galline addant ꝛ misceat oia ꝛ fiat emplr̃. Rabimoyses dixit butirũ coctum ꝛ dispumatũ ductum in moꝛtario plũbeo quousq̧ ingrosset est mirabile in sedatiõe doloꝛũ ꝙ sum exptus de ñ cocto ꝛ ducto in moꝛtario usq̧ ad nigredinem. Et si misceat oleũ crisolomoꝝ ĩ quo resolutum est bdeliũ esset utile ꝛ assungia galline ꝛ anatis ĩ hoc ualet. Et ego dico ꝙ facto suffumigio iã dicto ego appono butirũ ut dicit Rabimoises Gui. de sa. cõpõit hoc ũguẽtũ. ℞. olei ro. ℥. 4. cere. ℥. i. litargirii. ℥. s. croci. ʒ. ii. opii. ʒ. i. coꝛticum mãdragoꝛe. ʒ. s. ꝛ fac unguẽtũ. Aliud Alexãdri ꝙ cõponit ẽt Lãfrã. exptũ ℞. thuris mirre licii croci. añ. ptẽ. i. opii ptẽ. ii. terant ꝛ ꝯficiant cuꝫ uitello oui ꝛ mucillagine psilii ꝛ oleo ro. ꝛ si uis intromittere infundas liciniũ in hoc ꝛ intropone ad ext ãt ponatur cum pecia uel cũ filis sup locũ ¶ Ego aũt habeo alia expta sed ista sufficiant ꝓ pñti quia ista expertus sum. Si aũt sint uuales sic ꝙ rõe excrescẽtie ꝛ retentiõis sanguis doloꝛ fiat dico ꝙ ualent q̃ dicta sunt ꝛ remedium ꝓficiũt. ¶ Si sint uerucales uitellum oui agitatũ cũ oleo ro. rẽouet doloꝛẽ ĩ estate. ĩ hieme uo agitet uitellum oui cũ oleo amigdalaꝝ aut butiro aut aliqua mucillagine mixtũ. Si sint moꝛales exiccatiua sine mõdificatione ꝓsunt uelud puluis factus de puluere tassi barbassi uel plãtaginis uel radice cannaꝝ adustarum adiunctis cerase litargirio: ¶ Si isto mõ non remoueat tũc laudat Rainal. ut auferãtur paulatim cũ suauibꝰ coꝛrosiuis qualia sũt sal nitri: sal gema: fex uini adusta incoꝛpoꝛata cũ melle. Alii mouẽt eas cũ trocisci s callidiconis. Alii dicunt ꝙ incidatur ferro ut Auicẽ Bru. ꝛ Albuca. ¶ Si sint occulte extrahũt eas cũ uentosa ꝛ aliqui cũ digito ꝛ eas incidũt: ꝛ aliq ligãt eas cũ filo ꝛ ꝯtinue talit strĩgũt quousq̧ ꝑ se cadant. Et semp si antiq̃ sunt una dimittat apta ꝑpẽ illa que dicta sunt. ¶ Et si doloꝛ fit ꝑpter duriciẽ fecũ utatur rebus linitiuis ꝛ detur ante prandiũ. ℥. i. cassie ptes inferioꝛes lauent in aqua decoctiõis maluaꝝ ꝛ inũgat anus cũ oleo ro. hic aũt multa possem ponere q̃ dominis phisicis dimitto: ꝛ etiã dimitto modũ aperiendi eas ꝛ etiam restringendi fluxũ earum ꝛ de exiccatione eaꝝ mõ dicã appꝛopꝛiata : licet nõ dubitem ego que dicta sunt in ulceribus partium genitalium ꝛ dicentur inde ulceribus ani

ut hic ualere q̃re pauca dicã ꝛ sola appꝛõꝛiata ut inuenio Serapio dixit si uteris medicamine facto ex oleo mirtino uel ro. uel citonioꝛũ uel oleo communi fricato super laminam plũbeam cum pistello plumbeo usq̧ ad spissitudinẽ olei in apostematibus que fiunt in uirga pectine et ano cum ulceribus confert ꝛ in moꝛoidarũ medicamine confert ualde ¶ Dixit etiam ꝙ plumbũ ustum miscetur cũ oleo ro. confert ulceribus ani ꝛ emoꝛoidibus a quibus fluit sanguis ¶ Dixit etiam erugo eris miscetur ꝛ coquitur cũ melle ꝛ mundificat ulcera soꝛdida ꝛ emoꝛoidas duras ¶ Dixit etiam lac est cõueniens ulceribus ani quãdo fiunt ex humoꝛibus acutis ꝛ moꝛdicationibus uenientibus ad locũ illum. ¶ Et propter hanc causam ꝯfert emoꝛoidibus ꝛ ulceribꝰ menstruoꝛum

¶ Tractatus. xv. de ulceribus ani.
Capitulum pꝛimum de ulceribus eius.

Vlcera fiunt sepe i ano et nõ mirũ: quia ibi fiunt apostẽata ꝛ vulnera quare ꝛ ulcera lꝫ antiqui sepe equiuocent de ulcere ꝛ uulnere: ꝛ idẽ dicãt esse premisso debito regimine ꝛ alia necessaria incipiam a localibus ꝛ appꝛobatis simplicibus ꝛ cõpositis. ¶ Serapio dixit olibanũ ꝓhibet ulcera fraudulenta que fiunt in ano ꝛ aliis mẽbris qñ cũ lacte miscetur ꝛ inde liciniũ admistretur. ¶ Et constantinꝰ dixit ꝙ puluis olibani in hoc casu est melioꝛ ꝛ fumus olibani in hoc casu etiã ualet ¶ Dixit ẽt Serapio anetũ cõfert ulceribus hñtibus plurimaꝫ saniem qñ teritur ꝛ pulueriza tur in eis ꝛ ꝓpꝛie qñ fuerint in mẽbris genitalibꝰ vlcera q̃ sũt in ano cito ꝯsolidat ꝛ incarnat ꝛ loquitur de cõbusto. ꝛ illud idẽ dixit ꝺ semine eiꝰ cõbusto ꝛ dixit ẽt de abrotano cõbusto ꝙ ipsuꝫ est conueniens ulceribus hũidis. In quibꝰ ẽ duricies ꝛ cõfert ulceribus recentibus que sũt in ano. dixit ẽt lapis frigius cõfert vlceribꝰ que fiũt in pectine ꝛ ano. Bertho. vult ꝙ lapis pᵒ sit ustꝰ ꝛ ablutus ꝛ subtiliter fricat ꝛ solus aut cũ melle incoꝛpoꝛatus solus quidem qñ ẽ magna necessitas exiccatõis ꝛ stipticitatis. qñ ãt nõ: impõat cũ melle: dixit ẽt qñ plũbũ ustũ miscet cũ oleo ro. cõfert ulceribus ani ꝛ emoꝛoidaꝝ a quibꝰ fluit sãguis ¶ Gal. dixit aloes cõglutinat ulcera difficilis cõglutinatõis maxĩe ea q̃ fiũt in ano ꝛ vga. ¶ Dixit in. x. ꝙ lac impositũ in ano ulcera iuuat ꝛ doloꝛẽ sedat ꝛ apata ꝛ idẽ facit lac in dolõe ꝛ apate femoꝛis fm Auicẽ. Et dixit ẽt Gal. qñq̧ uo vlcera q̃ sũt in ano sanantꝰ dolentia ꝑpter acros hũoꝛes aut floꝛes ꝛ ꝓpꝛie vult ꝺ lacte mulieris. Et dixit Sapio idẽ ꝛ dixit iteꝝ in. x. utẽ albũie oui nõ solũ ĩ oculis ſꝫ ĩ oĩbꝰ aliis quotquot suauissimaꝝ egent medicinarum qualia sũt ulcera que in ano et pudibundis fiunt. ¶ Et idem vult Dia. de toto ouo: et Auicenna dixit quod oua conferunt exituris ani et pectinis. ¶ Et

Et dixit etiam Gal.in.x.vrina hoīs abstergit et
dels vlcera q̄ plena sunt multis hūiditatib⁹ ⁊ sor
diciei:⁊ immūdicie:⁊ multo magis qñ habēt ali
quid saniosium. ¶ Et scdm Serapionē vlcera
virge cum sic paciuntur urinam ingerunt. ¶ Et
iterum dixit in nono in cap'lo de plumbo ꝙ ole
um mirtinum aut agrestinum aut ro.aut pominū
qñ confricata sunt in mortario plumbeo cū pi/
stello plumbeo ulceribus ani confert. ¶ Aliqui
antiqui dixerunt ꝙ ulcera recentia ani sanat ci
nis fermentorū uitis īposit⁹:prius tñ sit lotus et
idem scdm ipsum potest cinis quercus. ¶ Et
Bertho.de va.dixit ꝙ cineres isti pre infusi in
aceto ⁊ exiccati cōferūt ulceribus ani factis ab e
uulsione emoroydarū. ¶ Et scdm alich.constri
gunt sanguinem qui propter talem rem emanat.
¶ Et dixerunt etiā grana mirti pistata cum lacte
ualent tumoribus oculorū et similiter vlcerib⁹
ani exiccat ulcera que sunt in ano. ¶ Et dixerūt
et qñ sucus granatorū coquitur et proprie aceto
sorum ⁊ miscentur cum melle confert ulceribus
oris ⁊ ani ⁊ panaricio ⁊ ulceribus fraudulentis:
⁊ ulceribus que fiunt inter nares. ¶ Et Bertho.
dixit ꝙ puluis granatorum ⁊ proprie acetosorū
subtilis cum melle mixto : et impositus ulcera
ani mundificat ⁊ consolidat. ¶ Scoria plūbi cō
fert ulceribus ani ⁊ plumbum ustum. ¶ Sanat
etiā alumē scissum qñ cum melle miscetur ⁊ su
per linitur auri pigmentum etiā cum oleo ro.mi
xtum ⁊ inunctum ulceribus ani confert multū.
¶ Auicēna dixit fel thauri linitur ad ulcera que
sunt ī ano:⁊ alii dixerunt sic:ulceribus ani ⁊ ma
xime sordidis ⁊ oībus ulceribus que plurima
mundificatione indigent confert fel thauri cum
melle mixtum ⁊ appositum ⁊ hoꝝ ꝓportio inse
quitur uł immitatur q̄titatem saniei ⁊ sensibili
tatem loci ⁊ naturā corporis:⁊ sic pōt natura fel
lis uariari. ¶ Alch.dixit auctoritate Galie.sic fu
it quidam qui accipiebat capita paruorum pisci
um ⁊ dsiccabat et puluerizabat super vlcera ani
⁊ curabat ea ⁊ sic virtus coꝝ non est nimis cali
da.hec aūt appropriata sunt huic vlceri per me
reperta quare cōposita facias.

¶ Capitulū scdm de fistula ani.

Fistule fiunt in
ano rōe apostematis existentis ī
loco illo ꝙ non bene regulat̄ q̄r
retinētur humiditates multe que
ubicūqȝ corrodendo procedūt:⁊ sinum faciūt ⁊
fistulas. ¶ Fiunt ut plurimum ut uidi ex apostēa
tibus paruis illic exeūtibus neglectis ab infirmo
⁊ male curatis. ¶ Istarum nāqȝ fistularū quedā
sunt penetrātes ad intra in testinum :q̄r inrecto:
¶ Quedam vero non sunt penetrantes:sed tēdē
tes ad alia loca. ¶ Ista fistula non penetrat inte
stinum. ¶ Quedā aūt penetrat supra anū p tres
digitos versus ani musculorū mediū. ¶ Quedā
penetrant versus anum ⁊ marginem eius prope
ipsum per unū digitum uel duos uel tres ī mar
gine eius. ¶ Illa uero que non penetrant ad inte
stinum:sed tendunt ad alia loca.quedā incedunt
in carne ancharum ⁊ in margine exteriori ani.
¶ Quedam uersus ossa ancharū ⁊ caude.quedā
versus uesicā ⁊ radicē virge. ¶ He.n.sunt diffe
rentie que in cura ista diuersitatē faciunt ⁊ oēs
istas differentias uidi. ¶ Signa fistularū istarū
sunt duricies per existentes in loco ad quē noda
tio ⁊ alia ulcera que qñqȝ aperiunt̄ ⁊ qñqȝ clau
duntur ⁊ ex eis egreditur uirus aquosum siue se
rosum. ¶ Profunditas eius vero manifestatur
cum tenta de plumbo uel de ferro uel cum tenta
de capriolo uitis uel alterius herbe. ¶ Si pene
tret intestinū signum habet:q̄r per foramē illō
exeunt feces.s.fistule et uentositates. ¶ Etiā co
gnoscitur illo modo inungas digitū tuum cum
oleo oliue et ponas ipsam in ano:et deinde pōe
tentam in fistula:⁊ tunc si penetrabit senties ten
tam impositam cum digito ⁊ hoc clarū ē. ¶ Si
sit in musculis ani cognoscitur: q̄r ille talis non
poterit bene anum constringere. ¶ Neqȝ aliquā
rem in ano positam poterit constringere. ¶ Si
penetrauerit ad uesicā fistula illa cognoscitur ex
nocumento vrinandi. ¶ Qñ aūt incidit ad pes
ossis proba manifestat:ita ꝙ illud non indiget
declaratione. ¶ Dicunt tñ aliqui ꝙ si fistula ani
non fecerit tedium magnum dimittat̄ et teneat̄
munda cū pānis lineis leuibus ⁊ cotōe ⁊ lauat̄
cum colirio de ro.dicto ad fistulas oculorū.
¶ Eius nāqȝ cura est multis tediosa:⁊ rationē
adducūt isti:q̄r per istam fistulam isti plus uiuēt
cum ipsa stet in loco emoroidarū ⁊ est uelō emū
ctoriū. ¶ Dixit Albucas.ꝙ si fistula penetret ad
uesicā uel ad ossa ancharū uł caud. non curet̄
q̄r curatio earum non est nisi labor infirmorum
⁊ fatuitas stultoꝝ medicorum sufficit eis pallia
re. ¶ In filtrate ita sunt in particulis illis quod
medicus ad radicem deuenire nō pōt:q̄re negli
gatur amplius si ipsa fuerit supra anū per tres di
gitos:q̄r in medio musculi ani nō curetur eo:q̄r
peior egritudo q̄ sit exitus secū in uoluntarius:
peior nāqȝ egritudo ē alia:q̄r non curet̄. ¶ Alie
nanqȝ fistule que non penetrāt sed incedūnt per
carnem iuxta anū non elōgādo multum ab ano
potest curari sine timore:ut uoluit Rasis. In cu
ra ista hēs tres intētiōes. ¶ Prima ē ī uita:scōa
in purgatione:tertia in localibus. ¶ Prima com
pletur:ut dictū ē supra cū debita admistratione
sex reꝝ non naturalium ut cibi ⁊ potus. ¶ Scōa
completur cū medicina euacuante ⁊ in differenē
oēs humores si est necesse uel cum medicia eua
cuante unum solum scdm repletionē paciētis.
¶ Tertia intētio cpletur hoc modo si foramen
fit in carne solum:siue fistula ⁊ non alibi:tūc tu
debes dilatare foramen cū tenta de gentiana ⁊ ī
cidatur cauerna:deinde cauterizet̄ locus cū cau
terio actuali uel potentiali ut ē dictum. ¶ Ego
autē solum operor ⁊ sepe cum egiptiaco .brun⁹
autē ⁊ Theodoricus uolunt ꝙ hoc fiat cū cau
terio actuali.hoc autē totum fit ut caro callosa q̄

ē in loco remoueat: deinde incarnet loc⁹ ꝛ ɔso lidet. ¶ Si aūt fuerit penetrās ad intestinū qd ɔgnosces ex dict] tūc isto mō curabit. Prio ꝑ fistulā iponat acus plūbea cū filo: deinde cū digito trahas acū ꝑ anū ꝛ stringe filū sic oī die donec tota illa caro cū intestino sit fracta ꝛ desup pōatur: qd ꝓhibet dolorē. ¶ Si iste modus nō placet tibi quia mihi nō placet illo apposito filo iungas ipm cū aqua forti vel cū ruptorio ꝛ appone ꝛ strige ꝛ pōe desup quod mitigat ardorē ꝛ sic ꝓcedis usqꝫ quo tota illa ps sit incisa: deinde cōsolida: iste nāqꝫ modus ē Rogerii. ¶ Alii autē fit appoita illa cordula: intromittat gamau per partē superiorē ꝛ pūcta eius extrahat per anum ꝛ totū seca ꝛ tūc filū extrahet ꝛ iste ē bonus modus. ¶ Alii autē capiunt filū illud ꝛ super carnē apponūt ferrum ignitū ꝛ comburunt partē donec filū exeat ꝛ tūc mouent escarā ꝛ locum cōsolidāt. ¶ Ego autē cū filo ꝛ gamau feci sed cōiter nō appono filum sed facio gamaū penetrare ꝛ pūcta extraho per anū ꝛ traho recte quātū possum ne vena emoroidalis incidat facta icisione restrigo sanguinē cū stuppis ꝛ albumine oui ꝛ pulueribus constrictiuis: facto hoc ego in seq̄nti die appono trebētinā lotā cū aqua plantagīs vel aqua ro. ꝛ sic facio ꝑ aliquos dies deinde illa labia induro ꝛ cicatrizo: ꝛ hoc sufficit ad curā: non ergo expedit facē vt dixit Brunus et Theodoricus q dicūt ꝙ facta incisione ꝙ illa fistula mortificet ꝛ callositate destruatur quod nō uidet mihi necesse. Ego autē sepe cicatrizaui cum salsamento eo quia ratiōe sue magne exiccationis illa labia īdurat ꝛ ɔsiccat ꝛ nihil aliud q̄ro ego nisi ꝙ locus cicatrizet. ¶ Et cōsequēter sēper super ista appono peciam balneatā in uino stiptico ne locus recipiat hūiditates ꝓhibētes cicatrizationē. Iste directe est modus meus operādi: loquor modo in simplicib⁹ licet satis in p̄rio libro capitulo de fistula ī uniuersali sim locutus credēs multa hic ualere. Dixit tamen Galie. in nono ɔ̄ simplici ꝙ per solaꝫ īpositionē pul. boli ar. in fistula ani ꝛ sine īpositione licinii auferētis sordē uel tumorē uidit ipsam sanari. Bartho. de. va. dixit ꝙ bonum ē ꝙ ꝑmittat sēper lotio fistule cū aqua cineris fici ꝛ melle. ¶ Ego autē credo ꝛ sū expertus cinerē ficus mirabilit cōsolidare ꝛ verū ē. ɔfert etiā dico ego ī fistulis ani cinis solus sarmētorū uitis ipositus vel nō ablutus: lixiuiū etiam factuꝫ ex istis mirabiliter ēt ualet ꝛ nedū istis fistulis sed etiā aliis vlcerib⁹ īdigētib⁹ exiccatōe. et id pōt ēt cinis ꝛ lixiuiū folioꝝ ꝛ extremitatum querc⁹ Cōstantinus in pātegni dixit ꝙ papir⁹ ualet in fistulis in ano īfusus in aceto: fiat nanqꝫ ex eo tēta ꝛ balneet in aceto ꝛ īponat ꝛ dittatur donec tota sit exiccata. Exiccat nanqꝫ hūiditates. Serapio dixit quādo fit clistere cū succo plantagīs cōfert fistulis q̄ sūt in ano. ¶ Dixit ēt quādo cū semīe porri suffūigatur anus desiccat fistulas q̄ sūt in eo. ¶ Itē ualet hoc expertū tollat radix uitis albe ꝛ coquat perfecte cū rob donec fiat sicut cera ꝛ locus ēplastret cū ea: ualet etiaꝫ hoc Dixit Dia. capiātur radices cardorū cuꝫ quibus pāni preparātur ꝛ coquātur bene ī vino ꝛ pistet donec fiāt sicut mel: deinde pōantur ī uase eneo Curat nanqꝫ scissuras q̄ sūt ī ano ꝛ emoroidas ī tēiores si ītromittat cū aceto ꝛ fistulā ani curat.

¶ Capitulum tertium de ragadiis ani.

Ragadie fiunt in ano sicut ꝛ in ꝟga ꝛ in matrice: quare factis uniuersalibus ꝛ dieta bōa confert fomētare cū aqua decoctionis maluarum ꝛ radicis eius atqꝫ se. li. deinde fiat inūctio cū illo vnguēto quod ē Rasis. ℞. olei ro. ℥. iiii. cere. ℥. iii. opii cāphore an. ℨ. 5. albumīs ouorū duoꝝ ꝛ fiat vnguētū. Lanfrancus hoc ēt scripsit dixit sic Serapio: quādo radix sicca keiri citrini miscetur cū ceroto facto ex decoctōne radicis cardorū dicto in fine p̄cedētis capituli ragadiis ani cōfert ꝛ scissuris digitorū. ¶ Et dixerūt aliqui ꝙ cinis foliorū uel semīs agni casti mixt⁹ cū cinere papiri ꝛ impositus cōfert ragadiis ani Dixit Dia. folia ro. sicca ꝛ in uino cocta sunt utilia ragadiis ani. Et Bartho. dixit ꝙ pul. ro. siccarū dissolutus cū oleo de crisomulis ꝛ inūctus cū plūbo ragadias ani cōglutinat ꝛ exiccat ꝛ sedat inflationē earū. Et idē pōt succus ro. cū uino. Oleū etiā solū de crisomulis aut cuꝫ adipe anseris uel anatis ragadias ani curat. ¶ Et Rasis dixit ꝙ oleū persicorū mirabiliter scissuris ani ꝛ apostematibus eius ualet scissuris ꝛ emoroidibus ani. ¶ Et Mesue dixit oleū de semīe lini ē egritudibus ani medicina magna ꝛ egritudibus emoroidarū ꝛ ragadie ꝛ dolori pulsatiuo. Et dixit Rasis ꝙ oleū nucū ualet scissuris ani ꝛ emoroidibus. ¶ Dixerūt aliq ꝛ ego cū eis ꝙ aloe dissolutus cū uino dulci ragadiis ani ɔfert: stringit ēt sanguinē emanātem ab emoroidibus. ¶ Auicē. dixit sanguis dra. cōstringit et cōfert disinterie ꝛ scissuris ani. Secūdū Dia. liciū mirifice ꝛ scissuras ani ꝛ ragadias curat. Et secūdū Serap. cōfert ragadiis ani ꝛ thenasmōi dissoluat tamē dico ego cū pinguedīe anatis: vtraqꝫ etiā pix. s. sicca ꝛ hūida linita. s. cū cera scissuras ani ꝛ pedū et tibiarū sanat. Dixit ēt Serapio sordicies parietū balnei ē cōueniēs scissuri q̄ fiunt in ano et emoroidibus quādo ponitur sup eas ꝛ cōferūt ficui ani. ¶ Et Auicē. dixit cinis cancroꝝ fluuialium ad istorū ragadii ani superpositus cōfert. Serapio dixit ꝙ iste puluis sit mixtus cū melle cocto ꝛ cōfert etiā scissuris q̄ fiūt in pedibus ꝛ māibus. ¶ Dixit etiā Auicēna puluis pesciculoꝝ paruorū adustorū impoit⁹ ragadias ani sanat sint tamē pesciculi ex aq̄ maris ꝛ sit puluis ex capitibus eorū. ¶ Sext⁹ plo dixit puluis capitis canis adusti callos ragadias ꝛ omnes aspitates curat. ¶ Unguētū etiam unū scriptū supra de scissuris labiorū: credo hic ualere. Itē ualꝫ pinguedo anguille tollat piguedo

o

anguille isto modo abiiciatur caput ꝛ cauda et assetur ꝛ pinguedo illa colligatur et iungantur ragadie. Itē ualet puluis pinearū siccarum i fur no abiectis granis pinearu. ¶ Et si puluis iste aggregetur super pinguedinem anguille mirifi ce ualet.

¶ Capitulum quartum de dolore ani.

Multociens ex multis dispositionibus existentibus in ano accidit dolor ei ꝛ intestio recto: q̄re de eo licet loqui. Auicē. dixit de hoc ꝙ semē squille tritū ꝛ positū in uase sicco permixtū cū melle et comestū linit naturā ꝛ ꝯfert dolori ani et matricis ꝛ stomaci et confert dolori pūgitio. Dia. dixit farina orobi cū aceto cocta super pectinē īposita tortionibus uesice ꝛ stranguriis et dolori ani medetur. Auicē. dixit decoctio rose sicce cōfert doloribus itestini recti. Dixit etiaꝫ succus foliorū uitis siluestris. s. tamie est conueniens disinterie ꝛ dolori ani ex caliditate ꝛ fructus eius ē bon⁹ ano ꝓuocat eniꝫ et stringit. ¶ Et dixerūt aliqui ꝙ dolores ani sedat et ꝯsolidat vulnera eius flos euisci maioris idest altee tritus cū mulsa uel uino et suppositus. ¶ Idē facit dialtea ut dixit Dia. magis tamē flos ei⁹ cuꝫ uino uel elixatura eius uel flos idē facit. ¶ Inunctio facta cū oleo de crisomulis mixto cum adipe āseris uel anatis et cōfert etiā tumori ani. Mesue dixit inunctio facta cū oleo de persicis ualet. ¶ Et dixit idem de oleo de crisomulis. ¶ Et idem dixit de oleo de piperibus quod ꝯfert dolori ani et uesice. Et dixit etiā oleū seīs lini medicina magna egritudibus ani et dolori pulsatiuo eius. ¶ Serapio dixit quādo fit clistere cū malua ē conueniēs mordicationi ītestioꝝ et ani: et Bartho. dixit ꝙ ouū dolorē ani sedat et ꝑprie cū croco et si dolor sit ratione ragadiarum semē agni casti coctū et supemplastratuꝫ dolorē tollit ut dixit Serapio: et dixit ēt: ꝙ adeps porcinus conuenit dolori ani: lac etiā īpositū ut dictum ē in capitulo de vulneribus ani dolorem tollit: puto nanqꝫ ꝙ oīa q̄ ualēt in dolore emoroidaꝝ et i dolore aliarū ptiū genitalium hic etiā ualere quare uide capitula.

¶ Tracta⁹ decimussextus de vlcerib⁹ matricis.
Capl'm primū de vlcerib⁹ matricis ꝛ colli ei⁹.

Ulcera in matrice ꝛ collo eius fiunt ꝛ nō mirū quia ī loco illo fiūt apostemata ꝛ exiture: q̄re ꝛ cetera. Et lꝫ multa dicta sint ī de ulceribus ṽge q̄ hic ēt ualēt ꝛ ī de vlceribus anī tamē aliq̄ ap.ppriata huic mēbro ponā posita ab ātiqs nostris. Dixit Auicē. oleū uetus ꝑparatū cū aqua agreste cōfert cū ex eo fit clistere ulceribus ani ītrinsecis ꝛ similiter matricis. ¶ Dixit ēt sessio facta in decoctiōe abrotani ꝯfert ulcerib⁹ matricꝭ ꝛ dixit: crocus cōfert ulceribus fraudulētis matricis cū administrat̄ cū fauo aut cum medulla cū duplo ipsius de oleo: ē autē fauus busta in qua apes mel faciūt. Medulla aūt est mel: ꝛ dixit ēt ꝙ portulaca confert ulceribus matricis: verū secundū aliquos intelligit̄ de ulcere adusto. Dia. dixit de succo uirge pastorꝭ quod cuꝫ uino cocto ꝛ melle ulcera nat̄e cōpescit. Dixit etiā amurca olei ulceribus nē aufert sanitatem ꝛ matricis putredinem excludit: si cum oleo onfancino fuerit mixta et cocta ꝛ peruncta. Fex etiā olei antiq̄ putredib⁹ mat̄cis confert. Dixit etiam ꝙ pruriginem matricis tollit inunctio facta cum butiro et tollit etiam ulcerationes. Si tamen uetus fuerit ꝛ non boni odoris. Serap. dicit: flos uitis siluestris que uulgariter dicit̄ tamia mixtus cum melle croco oleo rosa. ꝛ mirra confert ulceribus matricis. Et dixit radix aristologia ro. facit nasci carneꝫ in ulceribus matricis ꝛ aliis ulceribus et maxime hoc facit longa quoniaꝫ ipsa est debilioris siccitatis subtilitatis: et dixit etiam lignum granati confert ulceribus putridis et humoribus que fiunt in collo matricis: dixit etiam quando pensarizatur matrix cum urina hominis prohibet dilatari ulcēa que sunt in ea. Sanat etiam ulcera matricis alumen mixtum cum melle et appositum ꝛ proprie aqua eius mixta cum melle. Constā. dixit de semine aneti ꝙ ipsum assum ꝛ puluerizatum ualꝫ ruptꝭ apostēatibus ꝛ antiquis ulceribus maxīe que sunt in pectine ꝛ mulieris vulua. Dixit Galienus in. x⁰. fit clistere cū lacte ad ulcera que sē in matrice: aut cum eo solo aut mixto cum medicinis conuenientibus eis: sit autem lac mulieris recens multum: multa etiam dicta sunt ð vlceribus in uniuersali ī prīo libro que hic ualent ꝛ etiam quecunqꝫ ualent in ulceribus genitalium ꝛ hic: quare uideas illa capitula: obserua tamen purgationem et alia dicta in aliis capl'is.

¶ Capl'm scōm de scissurꝭ q̄ fiūt ī collo matricꝭ.

Scissure quādoqꝫ in collo matricis similes ragadiis q̄ fiūt ī ano que n̄ solū per seipas ledūt sed ēt doloris ꝛ apatū matricis sē cause. Cōstā. dixit ꝙ mellicratū ulceribus vulue ꝛ ani ꝛ aurium cū faba catapl'atū uel cū uitello oui uel cuꝫ polline seīs lini uel fenugreci ꝑdest: ꝛ dixit ēt pix ligda cū cera eq̄li pondē mixta sanat ulcēa vulue. Serap. dixit. Alumē ꝛ ꝑprie iamenuꝫ est bonū doloribus qui fiunt in collo matricis et scissuris eius. Bartho. dixit quando scissure ei⁹ sūt difficilis consolidatiōis tunc imponat̄ alumen cum melle. Et Auicē. dixit ꝙ puluis thucie subtilissimus cū uitello oui sepissime imponat̄: ego āt tale curaui cū uiride eris ꝛ aqua solatri ut scriptū ē de ulceribus uirge quecūqꝫ cōferūt scissurꝭ ꝛ ragadiis ani ꝛ ēt in scissuris vulue conueniūt. vñ scōm Gal'. ð similibus ad silia

transseundum multa dicta sunt supra ualere hic et patet totum.

¶ Tractat⁹. xvii. de ulceribus in tibiis et coxis genibus et pedibus.

¶ Capitulum primū de ulceribus omniū istorum.

Ulcera que fiunt i coxis tibiis pedibus et genib⁹ nihil hñt ꝓpriū ab aliis ulceribus cōibus: qꝛ si sint putrida ut putrida curent. si sint ꝯcaua: ut ꝯcaua curent: si sint sordida ut sordida curē tur: et sic de aliis ut dictū ē in primo li° de ulce ribus in cōi et illic recurre. Unū tñ sciās ꝙ ista loca indigent maiori quiete aliis ꝓpter ꝓmpti tudinem descēdēdi hūores ad ipsa: aliqua tamē cōia ponam q̄ ab antiquis ponūt. Dixit Dia. ma stix cū asungia curat ulcera tibiarū uel rupturas eius: dixit ēt ad molestiā ulcera tibiarū et cācro sa ficus carice sicce cū flore eris imponant: v/ tile tamē est cū eis permiscē calcātū ut dixit A/ uicē. Dixit ēt sic de ficubus crudis idest acerbis sic crude trite et cū calcanto mixte ulcera tibia/ rum curant. Et Serapio dixit: ficus immature cum melle ꝯferūt ulceribus ātiquis a qbus ema nat sanies similis melli: et Bartho. dixit ꝙ ulcēi bus molestissimis tibiarū et etiam cancerat] ua let ꝯferunt ficus carice pingues multū cū flore eris ut dictū ē ꝯtuse et superposite fortissīe enī exiccant. Serapio dixit q̄ndo decoctio radicis ciclaminis proiicitur sup tibias ꝯfert ulceribus q̄ fiunt in eis et scissuris q̄ fiunt in calcaneis et pedibus ꝓpter frigus: et secūdū Dia. quādo coq tur cū oleo magis opat̄ et quādo radix terit̄ cum oleo ueteri et ūgitur cū ea facit hoc et ꝯfert ulcēi bus uirge et pōitur in medicis que mūdificāt ul cera sordida. Scit̄ ēt expiētia ꝙ ulcera putrida mala que fiūt in cruribus sanat cardus bñdict⁹ tritus cū assūgia porci nō salita et impoit⁹. Sci tur ēt ꝙ vlcera difficilis cōsolidationis i cruri/ bus facta sanat stercus bouis recēs applicatum ver super eo quod ꝯsolidari os sēper fiat inun/ ctio cū unguēto facto ex thure mirra et sarcocol la facto ex oleo mirtio. Scit̄ ēt ꝙ unguētum fa ctū ex stercore canis cū lacte cocto cū ferro est mirabile in talib⁹ cācrosis ulceribus et difficili bus tibiarū et ꝓprie lotiōe p̄cedēte cū aqua dco ctionis radicis ciclamīs sicut dictū ē. Scit̄ etiā unguētū d minio hoc ualere: quā receptā quere i pricipio primi libri prīo capitulo. Aliud secre tū scio quod mō hic nō pono sed in ꝓcessu po nam: si accidat mō ꝙ os fuerit corruptū tunc tu debes iplere locū caustico aliquo ut caro illa re moueat̄: et circa locū pone defēsiuū et cōsequent̄ moueas carnē illā mortificatā cū butiro et cauli bus pistatis. Et postquā caro ceciderit os abra dat̄ et rēoueat̄ quousqꝫ remanet mundum. Et si fuerit necesse cauterizet̄ ut dictum fuit in p̄mo libro de osse corrupto: et post ut alia ulcera cure tur. In casu tamen ꝙ totū os eēt mortificatū et tabefactū dimittat̄ quoniam incurabile est. Ego in remotione huius ossis scindo cutem et carnem usqꝫ ad os et consequenter sepero carnē ab osse et facto hoc cū raspatorio operor. Caue tamen quantitatem caustici quia periculū est in quanti tate ut uidi: ego enī uidi unū scolarē nouū pra cticum qui alium scolarem uoluit curare d uno apostemate de coxa prope inguinem et apposuit ruptorium in magna quantitate et quasi totā co xam penetrauit cum isto ruptorio. Ego autem i cura ista uocatus et cū uidi ipsū indicaui eū mo riturū. Et ita fuit ex illo ruptorio tamē i secretis tenui propter scolarē illū satis mihi notum.

¶ Capitulum secundum de excoriationibus que accidunt in coxis vel inter coxas ex itinere.

Ex itinere causatur quandoqꝫ excoriatio: quare ista conue niunt. Primo dixerunt aliqui ꝙ dco ctio betonice facta in uino et sūpta in potu ꝓhi bet itinerantes ab excoriatione. Et Serapio e/ tiam dixit sic auctoritate Dia. Et putant quidam ꝙ si uiator facit baculum ex ligno agni casti quē deferat in itinere suo custodit eum ab offensiōe ad lap. et ad alia et ab excoriatōne que fit ꝓpter cōfricationem neruorum. Scissuras etiam et ex coriationes que fiunt in coxis et pedibus ꝓpter sudores sicut in itinerantibus sepe contingit sa nat pul. foliorum ro. et similiter puluis semis sup aspersus. Auicenna autem dixit ro. confert ulcēi bus et ꝓprie abrasionibus in coxis et generat carnē in profundum. Easdem etiam mirabilit̄ sanat ciñis solearum calceamētorum ueterū fra ctorū ut Galie. et Dia. uoluerūt qd sepe sū exper/ tus: et idem circa nates opatur. Serap. dixit litar girium confert excoriationi que accidit in co/ xis ꝓpter fricationem in itinere: Et Bartho. di xit ꝙ i hoc melius ē litargiriū aureum: et dixit: ꝙ sit ablutū et cū oleo admixtū et inunctū cōpo ribus mollibus: i duris potest poni solum et h°. ē expertū sepe: ēt expientia scit̄ ꝙ cōis pul. terre superaspersus excoriationes factas a fricatā ꝓ piter uel ꝓpter aliā cām tollit in corporibus du ris et que dicētur in hoc capitulo sequēti hic ēt ualēt quare uideātur alternatim.

¶ Capitulū tertiū de excoriationibus et attritioni bus que a calciamentis cōtingunt: aut qñ nimis scalpunt propter pruritum et propter motum.

Nunc autē fit ser/ mo de his q̄ ꝯferūt laudata p ueteres excoriatiōibus et attritiōib⁹ q̄ a calcea mētis ꝯtingūt aut q̄ndo nimis scalpūt ꝓpt̄ pru ritū et pp motū s̄m ueteres excoriatiōes tales q̄ a calciamētis cānt̄ sanat pulmo porci uel agni l' ursi qñ calidū applicat̄ et nō finit eas apa ri pul mo ēt arietis illas sanat et ꝓprie qñ fiunt in cal caneo: et secūdū sextū platonē tollit etiam earum

dolorē: ꝛ Galie. ſic dixit in .xi.° pulmo agninus ꝛ porcinus ꝯtuſus factas excoriatiōes ex calciamētis ſanat: ꝛ ſext⁹ Plā idem dixit ꝺ pulmōe apri ēt qn̄ ulceratō ē: ꝛ ꝯfert ēt ulcerib⁹ ꝛ duriciebus ꝓpter ſtricturā calciamētorum factꝭ pulmo leporis ſicc⁹ ꝛ tritus ꝛ appoſit⁹ ꝛ idē pōt p̄lmo apri. Eaſ dē ēt excoriationes a calciamētis fctās ſanat cinis ſolearū calciamētorum uetuſtorū ipoſitus: aut ēt ſi ꝓpter ſudorē fiāt. Et Serap. dixit ꝙ hic cinis ſanat attritiōes q̄ fiūt ꝓpter calciamēta. Galie. ſic dixit in .xi. veteres autē pelles uſtas ſcripſerūt ꝯuenire leſionib⁹ que ex calciamentꝭ ꝯtingūt ꝛ q̄i oppoſitiōe q̄dam hoc faciūt. Sera. uult ꝙ de pellib⁹ iſtis tollat̄ illud qꝺ fuit interius de ſola inferioꝝ ſotulariū quādo aduriẗ. Et uult ꝙ ſole ſint de cute arietis ꝛ ꝯſolidat excoriationē q̄ fit in coxis. Cinis iſte Chirānus dix̄ ſtercus gallſe recens inunctū ſanat attritōeſ que fiunt ꝓpter calciamēta: ꝛ dixit etiam cortex oui aſſatus cū mirto ꝯtritiones pedum ex calciamētis factas ſanat. Auicen. dixit: ponit̄ cinis pellis mulloꝝ ꝛ ſimilium ſuper aduſtionē ignis ꝛ ſuper ulcera calida q̄ ſunt ſine apate. Et ē medicamen excoriationi pedū a calciamēto et coſſarum et fiſtulis: ꝛ Auicen. dixit ſuccus cepe cum pinguedine galline ꝯfert ſtricturis que fiunt in pede propter calciamenta que dicta ſunt in precedenti capitulo in iſto dico ualere.

¶ Capitulū quartum de ſciſſuris ꝛ excoriatiōibus q̄ fiunt propter frigus in pedibus ꝛ calcaneis et uocantur le bugance bononie.

FIunt ſciſſure et excoriatiōes frequēt in pedibus ꝛ calcaneis ꝓpter frigus ꝛ in uulgari mō uocātur le bugance: ꝛ ſi in digitis pedū fuerint ſimiliter iſta ualerent. Et ī hoc dixit Dia. aqua marina ſola calida applicata ſciſſuras factas propter frig⁹ in membris ſanat. Urrū hoc ualet ātequā ulceret̄. Dixit ēt ſemē citri tritum ꝛ cum aqua mixtū ꝛ ſuperaſperſū ſciſſuris q̄ fiunt propter frigus in pedibus eſt illius p̄ſidium ſingulare. Cōfert ēt ſciſſuris eorum ꝺcoctio raparum cum pes in iſta tenetur: ſanat dictas ſciſſuraſ: ꝛ ego dico ꝙ illa decoctio frequentata tollit frigus manuū et pedum: ꝛ idem facit rapa cocta et emplaſtrata. dico etiam ꝙ inunctō facta cum oleo ꝛ bulito in rapa cōcauata illas ſanat etiā ſi ſint ulcerate. Oleum ēt bulitum in ꝯcauitate radicis affodiloꝝ et ſuperinunctū eaſdem ſciſſuras ſanat puluis pulmōis leporis aut ēt pulmo apri ulceribus q̄ fiunt a frigore ꝯfert. Serapio dixit: lenteſ cocte in aqua marina ſciſſuras q̄ fiūt propter frigus ſanat. Et Dia. dixit ꝙ maximū ſint p̄ſidiū. dicit etiam ꝙ aqua decoctionis orobi ſuper ſciſſuras p̄dictaſ piecta ſanat eas: ꝛ dixit Serap. decoctio radicis ciclaminis ꝓiicitur ſuper tibias ꝛ ꝯfert ulceribus que fiūt in calcaneis ꝓpter frig⁹ et qn̄ radix coquit̄ in oleo ātiquo ꝛ inūgitur cū eo facit: hoc dico ego ꝛ hoc ſenſit Dia. cū dixit ꝙ radix decoquat̄ cum oleo et prodeſt magis q̄ꝫ decoctō. Et dixit etiā folia dragātee coquūtur in uino ꝛ ponūtur ſup ſciſſuras que fiunt a frigore ꝛ iuuant. Auicē. abſolute dixit dragātea linitur cū uino ſup ſciſſuras frigoris. Et Dia. dixit elixaturā radicis ei⁹ prodē: dixit etiam decoctio blete ꝛ radicis ipſius proiicitur ſuper ſciſſuras et prodeſt q̄ fiunt a frigore. Et iteꝝ dixit olibanū mixtum cuꝫ adipe uel aſūgia porcina curat ſciſſuras pedūꝫ q̄ fiūt a frigore. Et Barth. dixit ꝙ ꝯfert thus aut cortex thuris mixta cū aſungia porcia eliquata et ſuperpoſita ſciſſuris pedū que fiunt propt̄ frigus: dixit etiam quando alumen iamenuꝫ in aq̄ cogtur ꝛ linit̄ ſuper excorticationes que fiunt a frigore ꝯfert. Et Bart. dixit ꝙ ualet ad tumorē qui ante ulcerationē exiſtit qꝛ matiā repꝛimit fluentem. Et ideꝫ credo ego ꝙ acit alumen ꝺ rocha. Auicē. dixit ficus acerba cum ceroto ponitur ſuper ſciſſuram frigoris: ꝛ ſimiliter lac eius dixit etiam apium ſilueſtre cōfert ſciſſuris frigoris. Confert etiam ſecūdū ipſum illinitio facta cū oleo de citoniis. ꝛ ꝓprie dicūt aliqui mixtū cū oleo amigdalarum dulcium: dixit etiam cinis cancroꝝ fluuialium ſuperpoſitus loco ſanat dictas ſciſſuras. Apuli⁹ dixit: herba ūbilici veneris cōtrita bene ꝛ in oleo ꝺcocta admiſceſ ceram cum calcanto ſecunde ſpeciei q̄ꝫtum ſufficit ꝛ facies cerotū ſi imponis ſciſſuris mirabilē rem dicimus eē. Et Dia. dixit ſuccus folioꝝ eius cū uino curat illas. Palla. dixit ſi ſquilla cataplaſmetur ſuper pedē utilis eſt ſciſſuriſ que fiunt ex frigore. Et Serapio dixit ſi illud quod eſt in medio cepe ſquille coquit̄ in oleo ꝛ diſſoluat̄ in eo raſina pini et ponit̄ in ſciſſuris pedū que fiunt ꝓpter frigus curat eas. Et Apuli⁹ dixit ꝙ ſi illud qꝺ ē in medio ſquille fit cōmode feruefactū ꝛ ſuperpoſitū curat eas: ꝛ dix̄ Bartholo. ꝙ coquat̄ uſq̄ꝫ ad diſſolutioneꝫ ipſius et ꝓdeſt. Cōſtā. dixit oleū muſolinū ualet ſciſſurꝭ eius in tempore hiemali. Sanat ēt mel ſilueſtre habēs odorē thimi coctū cū albumine oui mixtū ꝛ ſuperinunctū ſolū etiā mel coctū pōt ſed ī corporib⁹ duris. Raſis dixit cinis cancrorū cōbuſtoꝝ mixt⁹ cū melle coctus ſciſſuris manuū pedū ꝛ ani ꝛ excoriatiōi q̄ fit a frigore ꝛ cancro ualet. Dixit ēt emplaſtrū factū ex ungulis aſini ꝯbuſtis cū oleo curat ſciſſurā cutis ꝓuenientem a frigiditate: ſimiliter poteſt idē cinis epatis eius cū oleo mixtus ꝛ emplaſtratus. Et ſecūdū Auicen. idē pōt cinis carnis aſini. Sext⁹ plato dixit pulmo leporis ꝯtritus ꝛ linitus curat ſciſſuras ex frigore. Ego āt credo et ſcio ꝙ unguentū noſtrū ſcriptū in ca° ꝺ ſciſſurꝭ labioꝝ ſciſſuras manuū a q̄cūq̄ꝫ cā ſanat ꝛ ſimiliter pedū ꝛ aliaruꝫ ptiū. Mus ēt paruus ſi ſcindat̄ per uētrem ꝛ loco calidus applicet̄ ſanat excoriationē factam ī calcaneis propt̄ frig⁹. Scit̄ ēt ꝙ cāthabrū in uino coctū ꝛ ſuperpoſitum duriciebus que fiunt in manibus ꝛ pedibus illas ſanat.

Capitulum quintum de scissuris que fiunt i pedibus spōte et excoriationibus.

O Scam autem consequent in hoc cap'lo breuit de scissuris q̄ fiūt in pedib' spōte ⁊ excoriationib': ⁊ sic sermo me' hui' q̄rti libri erit finitus. Serap. dixit sissamū linitū cū melle ꝯfert hūtibus scissuras siccas in pedib' et illas mollit: et idē uoluit Auicē. ꝙ iō pōt eē oleū de sissamo: iste aūt scissure fiūt a siccitate: et dixit ēt quādo ficus crude terūt et miscētur cū calcāto ꝯfert scissuris cruriū. Barth. ēt idē pn̄t mature dixit ēt fit emplastrū ex polipodio et ꝯfert scissuris digitorū. Et Bartho. dixit ꝙ coquant in aq̄ uel in oleo et fiat linitio uel ablutio et ꝯsolidat scissuras manuū et pedū et aliarū ptiū corporis: et dixit Serap. qn̄ accipit ex sandaraca et oleo' ro. et linitur cū eis ꝯfert scissuris q̄ fiūt in mbris maībus et pedib': et idē similit dixit de sene: et expertū ē. Dixit ēt qn̄ mel coqtur et pōitur sup scissuras cutis ꝯsolidat eas. Cōstan. dixit: galla scissuris calcaneor ꝓdest si puluerizata cū sepo caprino tēperet: dixit iterū mirtus sicca cocta in uino ualet ulcerib' manuū et pedū: dixit ēt oleū mirtinū scissuris ualet et ragadiis et sicce scabiei et scissuris ani ⁊ emoroidarū: et Barth. dixit oleū mirtinū et semē mirti et extremitates eius cocte in uīo dulci lauatōe facta cū eo et cū illis suppositis sanant scissuras pedū q̄ fiūt ꝓpter iter ⁊ illa manuū q̄ fiūt ꝓpē opera alicui' rei dure: dixit ēt oīs medulla crurium ualet scissuris manuū et pedū: et Palia. dix medulla ossiū boīs ꝓdest manuū scissure ⁊ pedib. Laudabilior āt ceruina de hīc taurorum ⁊ caprarū sē eni hec plurimū sicce. Rasis dixit cerotū ex cera alba et oleo ro. factū curat scissuras manuū et pedū ⁊ ualet ubi fit dolō ⁊ pruritus. Et ē unguētū ro. cerotū hoc dixit etiā oleum de mastice curat scissuras manuū et pedū. Dixit etiā cancri marini positi sup scissuras ꝓuenietes in mēbris si ꝯficēt ⁊ superponūtur singulis dieb' ualēt cōtra hoc. Et ego dico ꝙ si scissure fuerit ꝓpter hūorē calidū uel propt siccitatē ꝙ tūc cōferūt: si āt ꝓpter frigus cinis eor ualet: dixit Aui. ex lactuca asini fit empl'm scrofulis cū adipe ⁊ linit sup excoriatiōes. Dixit ēt linitur elebor' albus et niger cū lacte ⁊ ad excoriationē ualē ⁊ fit cū nigro euacuatio. Dixit ēt aristo. ē mundificatiua ulcerū sordidorū ⁊ malignorū ⁊ excoriationū ⁊ generat carnē ⁊ ꝓprie longa. Et subdit qn̄ ē cū ireos replet ea carne ⁊ loquor d radice. Dix ēt cinis sol' scotani corticis pōitur sup excoriationē ⁊ sup vlcēa putrida ⁊ sanātur: exptū est ꝙ si tollatur radix vitis albe aut sūmitatis ipius ⁊ terātur cū sale ⁊ supponātur. vnguētū ēt supra scriptū de scissuris labiorū ꝯfert in hoc c. Et specialit vnguētū Guil. d ua. Fiat aūt in istis purgatio sp ut i aliis ca. dictū ē cū medicina euacuāte materiam adustā. Post purgationē fac hanc ablutionē. ℞. an̄ gule caballine barbe ircine ⁊ extremitatis rubi lapacii an̄. coquātur in aq̄ ex q̄ fiat ablutio. Unguentū ad iō si n̄ fuerit ulceratio ℞. thucie ablute climie argēti plūbi usti oīm an̄ terātur subtilissime ⁊ cū oleo ro. sup laminā plūbeā cū pistello plūbeo fricetur usqꝫ q°. ad sbāz mell' redūcatur ⁊ ex hoc locus inūgatur cū pēna. Si autē ulcerato fit in loco tūc pmissa dicta inūctione pul' supaddat hmōi ℞. stercoris pueri exiccati ptē i. pul'. corticū cucurbite sicce succi riquilicie an̄ ptē i. s. ⁊ fiat pul'. ⁊ addat par pul'. zuccari ⁊ magis exterget. Aliud ad iō ℞. lane succide uste ipoqstidos succi lactuce albūis oui an̄. ptē. i. sief memite ptes etiā olei ro. ⁊ mirtini q̄tū sufficit ad mollificationē addito modico vini granatorū. Exptū ēt ē ꝙ cinis foliorū glandiū cū melle sanat mirabiliter scissuras q̄ fiūt sub pedibus qn̄ sūt cū ulceribus ⁊ si vis uidere de ulcerib' q̄ s. in ca. ꝓprio. Et sic est finis huius quarti libri Amen.

Explicit quartus liber de vlceribus a capite usqꝫ ad pedes.

Incipit liber quintus de decoratione omnium membrorum.



Omnipotēs xp̄s q existens immobilis cuncta creauit et cuncta mouet in homine concreando ip̄m diuersas partes cōstituit quia diuersa membra in finem debitum ut cūcta sibi inuicem afferent iuuamentū. Cerebrum ergo in opposito cordis cōstituit ut immensaz ipius caliditatem cōtemperet: feruerent in tm̄ sp̄us cordis ⁊ prorsus inutiles corpori uiderentur quapropter in opposito ipius ga in supremo loco generatum ē cap in quo collatum est cerebrum. Istos spiritus recte contemperās: cum igit in summo collocatū sit caput cuius pars principalis est cerebrū merito a dispositione capitis ē incipiendū: primū aūt a capillis tanq̄ a partibus extremis capitis principium faciam ptermissa generatione pillorū ⁊ causis eius: ueniam ad colorationem capillorum.

Tractatus primus de coloribus capillorum. Ca. primū de denigratione capillorum.

Capillus assumit generationē a fumosa materia eleuata ad

ipm cap ex actiõe ipi⁹ caloris in ipm hũidũ q̃ i bibita in porositatib⁹ a frigiditate extranea cõ desat ꝛ formaꝫ pili acgrit:ꝛ ſm ꝙ porositates sũt maiores uel mĩores pili gnãt grossiores ꝛ subtiliores:ꝛ si porositates eẽnt recte pili erunt recti:si tortuose pili erũt crispi ut hẽt a Gal.2° de ꝯplexiõib⁹:ꝛ ex hoc ẽt pꝫ ꝙ si materia fuerit multũ adusta pili erũt nigri.si ñ pili erunt albi. Pro quo nõ ꝙ ubi fiet mẽtio de capillis ꝛ de pi lis intelligat.vñ dicit capillus q̃i capitis pilus. Secũdũ itaq Dia. ex denigrãtib⁹ capillos sũt stipites ꝛ folia rubi ꝛ ꝑprie rubi cãis ꝛ fructus e us ẽ rube⁹ ꝛ hẽt lanã int⁹ q̃ñ in aq̃ uł lixiuio coquũt ꝛ iñ cap lauet:ꝛ idẽ ẽ operãs flos eius dixit ẽt liciũ capillos inficit distẽperatũ tamen in lixiuio.Dixit itaq Serap.decoctio foliorũ sũach denigrat capillos:ꝛ ẽt ſm Auic.dixit est decoctio folioꝝ et stipitũ saluie capillos deni grat.Dixit ẽt decoctio foliorum mirti denigrat capillos ꝛ similiter grana i lixiuio cocta ꝛ pul. mirti dissoluẽdus in oleo denigrat capillos: hic aũt radices capilloꝝ corroborat.Et Barth. dixit ꝙ saluia siluestris fortius denigrat :dixit etiam indicum siluestre denigrat capillos et pi los barbe.Et Auicẽ.uocat ipsũ nil:dixit etiam nux cipssi quãdo teritur et miscet cum aceto ð nigrat capillos:ꝛ similiter folia eius i aceto co cta ut dixit Dia.dixit etiã quando cortex glan dis cogtur in aqua dõec mollescat et ponit su per capillos et dimittatur tota nocte tingit capillos in nigrũ: dixit ẽt oẽs spẽs mirabolanorũ quan do adurũt cũ emblicis et beliricis ꝛ miscet cũ eis modicũ amigdalarũ dulciũ et cõficiantur cũ melle tingit capillos in colorẽ nigrum q pa ti sũt fieri cani:dixit ẽt succus extremitatũ cus sus.i.edere nigre denigrat capillos. Rogerius dixit oleũ de fraxino habet hoc spãlissimum: morpheaꝫ albam soluere et ipsam et pilos de nigrare. Ebiran.dixit sanguis tauri nigri sicc⁹ et inunctus cũ oleo õnfancino canos capillos denigrat:dixit etiã oua cornicis denigrant ca pillos:dixit etiam oua ciconie cum uino solu ta denigrant capillos:oportet ãt cum pasta fron tem et oculos cohoprire ne liquor ille descẽdat et tingit frontẽ et oculos post tincturã capillo rũ oportet cap abluẽ et inũgere cũ oleo onfãci no in quo soluta sit adeps ursi uel apri. Et di xit etiam oua irundinis cum felle capre mixta capillos tigunt in nigrum:ꝛ quidam dicunt ꝙ lac asine summe denigrat capillos. ¶ Rasis di xit qui se suffumigauerit capilli eius fient albi. Si postea accipiatur cepum corui nigri et ruta recens et misceantur cum oleo et inungantur capilli efficiuntur nigri.Dixerunt tñc quãdo pi lis rasis a capite inunxeris cap cuꝫ ouis coruo rum efficiuntur capilli nigri. Et idem dixit se xtus Plato et Ebiran.dixit et etiam Rasis. ℞ mirabolanorum nigrorum galle añ.ʒ.i. mirti a luminis eris añ.aur.ꝫ.salisgeme dragãti añ.au rũ.i.pulverizentur et conficiantur cum decoctõ ne dattilorum et superponatur capiti et est mi

rabile.Dixit ẽt ꝙ galle ... quãtitatẽ libr. frixet in oleo et cũ oleo cocto et alcãne ꝛ dragãti et e re usto et salisgeme fiat linimẽtũ de quo liniat cap et barba prius tamẽ lauata cũ aqua calida ꝛ cũ mãibus exiccata et liniat locus cũ linimen to isto et dimittatur p sex horas et p⁹ lauetur :est enim optimũ ad caniciẽ denigrandã.Constan. dixit succ⁹ floꝝ fabe in mortario pistat⁹ ad so lem capillos denigrat et siccitatẽ tẽperat.Gali. aũt dixit flos fabarum si terit in mortario plũ beo ꝛ põatur ad solẽ fit de ipo spissitudo q̃daꝫ optime denigrans capillos.Auicẽ.dixit acacia capillos denigrat dissoluta in lixiuio et ẽt capi te loto.Dixit ẽt emblici mirabolani si i lixiuio coquãtur et iñ cap lauet a ꝑprietate capillos ð nigrat ꝛ cõfortat radices capilloꝝ et prohibet casũ eoꝝ.Dixit etiã aqua gallarũ capillos deni grat:verũ Serapio dixit ꝙ infũdant in aqua ł aceto.dixit ẽt es denigrat capillos.Cõſter ꝓpo nit hoc. ℞.mirabolanoꝝ nigrorũ et emblicoꝝ gallaꝝ ptl.x.laudani ptl.xx.folioꝝ mirti et gra norũ eius ptl.30.ponãtur p tres dies in tri... libr.olei deinde decoq̃nt dõec ingrossen... fricẽtur cũ eo capilli. Subdit ꝙ si põat.ʒ.i.ga rofiloꝝ denigrat ualde ꝛ ꝓhibet maliciaꝫ eius a cerebro.Cõfectio apulii ad odorẽ oĩs corpis et colorẽ.℞.sansuci.ʒ.xl.iris ilirice.ʒ.xl.cereʒ. xl.amõi.ʒ.viii.melliloti.ʒ.xx.olei.ʒ.i.tere ista et ꝯmisce cũ succo uiolaꝝ aurearũ ꝛ decoque usq̃ ad mellis spissitudinẽ.Guil.de va. dixit hoc o leũ uehemẽter denigrare.℞.de mẽse Junii de nucibus cẽtũ cũ utroq suo cõtice sicut ab arbo re accipiũtur cõquassa illas ꝛ iũge cũ libr. trib⁹ alumis scissi et in olla noua ponãt postea sup põatur eis oleũ lib.triũ et dimittatur nec hũido nec sicco p dies.xx.deiñ ex eo fiat capillis iun ctio.Aq̃ q̃ fortissie capillos denigrat.℞.cineris cerri solidi nõ putridi lib.ii.litargirii albi lib.i buliãt in octo sialis aq̃ usq dũ redeãt ad lib.ii hec itaq̃ aq̃ si tepida ipõat capillos illos ñanos decorat:si ãt aliq̃ntulũ calida illos rubere facit Si uero fortiter calida illos denigrat fortissie sit tamen cautela in impõne ipi⁹ ꝛ maxie cum impõit calida ipa eni adureret cutẽ. Scit ẽt ex piẽtiã ꝙ si tollat cimini.ʒ.i.alo.epa.ʒ.ꝫ.et paꝝ fuligis ꝛ buliãt i pecia ũa i aliq̃ uio bono fõti sicut eẽt ribola uel aliquod uinũ bonũ. Et ex illo uino bono liniãtur capilli subito nigro co lore et pulchro tingũt:fiat ãt hoc p⁹ lotionẽ ca pitis et exiccatõnẽ capillorũ.Gali.dixit Jnnita mur cedria cũ oleo ꝛ sm olco capillos õnigrat hoc ãt in frigidis et hũidis ẽ uex.Dixit ipe in ptib⁹ suis asie mulieres rustice mẽtãe addũt pi cẽ ligdã et inũgũt radices pilorũ:h° ãt õnigrat firme ꝛ ñ nocet.Et dixit ẽt auctoritate archige nis nigrificat capillos radix cappari cum lacte mulieris aut asine usq quo ista ps per decocti onẽ sit cõsũpta et in nocte fiat cataplã ꝛ h° idẽ ſm Auicẽ.vrina ẽt canis ꝯſuata per.vi.dies cõ tices ẽt pruni cocte ad mellis spissitudinem õ nigrat.Jnde facili acqsibilibus dixit Galienus

q oleū agitatū cū plūbo in uase plūbeo ꝛ repo
situm in plumbo cum inungitur est bonum.

¶ Capitulū secūdū ad conseruandū capillos mūdos et pulcrificādo ipos et flauos faciendo.

IN hoc dixerunt ali q q capillos ꝯfuat lipidos ꝛ saluos ab oī imundicia farina fenugreci qn̄ in aq̄ coqt̄ ꝛ ex ea liniūt capilli. Et dixit Dia. fenugrecuz capillos capitl ab oī immūdicia limpidos ꝯuat: qd uerissimū ē ꝛ exptū ē. Et Serap. dixit lotō facta cū aq̄ fenugreci ꝯfortat capillos mūdat a furfurib' eoꝝ ꝛ ꝓfert ulceribus hūidis q̄ fiunt in capite: dixit ēt qn̄ cōtex nucl aduriť et miscetur cū uino ꝛ oleo ꝛ liniūt īde capilli infātium facit capillos pulcros et bonos. Bartho. dixit q cinis corticū duarū auelanarū cū oleo ꝛ uio mixt' ꝛ inūct' facit q pueri capillos fortes et pulcros emittūt. Rasis dixit oleū costinū reddit capillos pulcros. Et Auicē. dixit q ꝯsēuat iuuentutē in capillis: camōilla dico ego in lixiuio retēta colore pulcro capillos ꝺcorat. Fidel' dixit q si fiat lixiuiū ex cinē ligni edē decorticati et ex eo semel cap̄ lauet̄ fiūt capilli flaui p duos mēses. flores tassi barbassi auroxi i aqua cocti flauū colorē faciūt sicut dicit̄ i cap° ꝺ his q̄ colorē albū ꝛ aureū faciūt in capillis. Confectio q̄ flauos reddit capillos et pulcros. ℞. thucie costi folii mirre spice nardi an̄. ʒ. ii. olei ros. lib. i. terāť terēda ꝛ cū oleo misceāť ꝛ p alēbicū sublimēť ꝛ ex hac aq̄ sublimata loto capite et terso liniāť capilli. Aliud ad idē. ℞. lupinorum mirre an̄. ʒ. x. stafisagrie fecis uini an̄. ʒ. iii. aggregētur oīa trita et cribellata cū aq̄ in q̄ cinis lig° rū uitis sit extict' ꝛ liniātur cū eis capilli et teneāť tota nocte: mane autem lauetur caput et reiteretur hoc ꝛ fient flaui.

¶ Cap̄l'm 3m de rubificatiōe capilloꝝ.

QUia multi desiderāt capillos rubeos habē expedit scire eos rubificare circa q̄ antiq̄ sic dixerūt ī rubefaciēdo eos. Sera. dix. qn̄ fex vini ueteris adusta miscet̄ cū oleo masticino ꝛ rasina pini ꝛ liniūtur inde pili: ꝛ dimittunt̄ sic vna nocte rubificant eos. Et ꝭm Dia. si ipa sit mixta cū oleo de cucumere idē facit: dixit ēt Sera. qn̄ alcanna infunditur in aq̄ ꝯdisi ꝛ liniūnt̄ inde capilli fiunt rubei ¶ Et ꝭm Bar. idē pōt semen alcāne cum succo ꝯdisi: veꝝ Alc. dix̄ q alcanna terāť ꝛ infundāť in aqua romeri. i. rafani rubificat ēt capillos uehemēter semē lappe minoris qn̄ in aq̄ fortiter coquiť ꝛ inde caput lauet̄. Si tn̄ liciū adiungať iteꝝ ē melius. Aqua mellis p alembicū distillata capillos semi rubeos uel semi ruffos facit si sit prima aqua q̄ in sublimatione colligiť ¶ Secūda ꝟo aq̄ illos nigros facit cū aūt sublimāť sp̄ sit cautela ne mel ad collum alembici ascēdat nā aq̄ perderet: sȝ sp̄ fiant insufflationēs ad collum alembici ꝛ impositiōes frequentes pānoꝝ infusoꝝ in aq̄ fria. Imponať aūt ad capillos ista aqua lotos ꝛ tersos ꝛ exiccatos. Dico ego ēt q ista aqua cū cautela apponatur ne forte cuteȝ tāgat qꝛ forte illā sibi colōe ꝺānaret ¶ Exptū aliud q subito capillos rubificat. ℞. vitrioli romāi ptē. i. sal' nitri ptes. ii. cinabri ptē. 5. ꝛ subtiliter trita ꝛ in alēbico posita sublimēť. Et qdē primo magnus ignis fiat donec aq̄ emanare incipiat: demū ꝯtinueť ignis p uus ꝛ prima aqua q̄ egrediť nullius ē utilitatis ꝛ ꝓiciať: aq̄ aūt sequēs q̄ tingit pēnam albā cū immittiť p se colligatur ꝛ ex ista aqua capilli inungant̄ si primo tn̄ loti ꝛ exiccati sint ¶ Caute tn̄ inungant̄ capilli qꝛ hec aqua cutem aduret. Quidā alchimiste dicūt q ꝓportio reꝝ ꝛ melior ut sint vitrioli roāni ptes. ii. sal' nitri pars. i. cinabri ptē. 4. ꝛ fiat ut prius ꝛ dicūt pulcrioreȝ colorē ex hac ꝓportione fieri: ualet aqua cinerꝭ cēri sicut in ca. ꝓlecto dictū ē ꝛ illic uide: Auic. dix̄ liciū rubificat capillos ꝛ ꝯfortat eos ꝛ proprie iduȝ ¶ Et qdam dixerūt q si liciū īdum si ex eo dissoluať ī aq̄ uitl ꝛ a calo existēte fiat linitio ad capillos rubificat eos sint aūt capilli loti ꝛ semi sicci qn̄ apponiť ¶ Et ꝭm Bartho. ide potest ēt oē licium dissolutum in aq̄ sola: licet magis indū ꝛ eos confortat ne cadant. Alc. dixit decoctio licii facit rubere capillos.

¶ Capitulum quartum ad faciendum coloreȝ aureum aut album in capillis.

CApilli efficiunť coloris aurei aut albi appetētib' h° mō dixerūt aliq̄ antiq̄ q flōes aurosi tassi barbassi qn̄ i aqua coquunť ꝛ ex illa fiat linitio uel lotō colore auroso capillos colorat. Et Dia. dix. q capillos īficiūt. Et Appu. dix̄ q flauos capillos faciunt ¶ Alius antiquus dix. bulias ī lixiuio celidoniam ꝛ sticados ꝛ rasuram brusci ꝛ fac bulire pfecte oīa uel alterū ꝛ post lotōnem cū isto lixiuio sepe lineas caput ꝛ crines aurei apparebunt ¶ Et ad hoc idē ualȝ zafran' ī lixiuio solutus. ñ āt q̄ris ꝺablutōnē eoꝝ tunc sic dixit Alch. frequens ablutō capitis cū aqua ro. dealbat capillos. Ego aūt dico q ē albedo que est canicies cocte iungať loc' pilosus uel equus cadēt pili nigri ꝛ fient albi ¶ Et ī c. de talpa dixit q aqua ipius. i. decoctō albescit equū nigrū Ra. dixit q de sulfuris suffumigarit se capilli eius fient albi: exptum ē q pulegiū ī lixiuio bulitum pulchra albedīe capillos dealbat ꝛ pulcrificat. Ga. dixit ꝭm archigenem flauos faciunt capillos lupini crudi cum aqua ꝛ nitro liniti: sed flauos ꝛ crispos lotō cū spuma nitri ꝛ mirra ꝛ radix affodillorum cocta cum nitro idē operať ¶ Ra. ꝛ Aui. cum eo q fiat lixiuium cineribus sermentoꝝ ꝛ tempereť cum eo p noctē. i. lupioꝝ tritoꝝ. ʒ. x. mirre. ʒ. v. alcane assate. ʒ. iii. post coleť ꝛ ex hac aqua caput laueť ꝛ totiens q capilli efficianť albi. ¶ Alique aūt

mulieres ponūt flões de stica.ꝛ genestrā i lixiuio aliq̄ ponūt rasurā brusci et corticē citri: parisiē ses ponūt radices gēciane ꝛ radicē berberis et florē cardamōi. Cōfectio alia q̄ capillos flauos facit. ℞. cortices radicis cappari sulfuris sābuci siluestris seis rafani mes.i.robilie enule sicce stercus irūdinū. terātur ꝛ agitēt diu cum felle uaccino et aceto uini ꝛ ex eis liniat cap̄ p̄mis/sa lotiōe et exiccatiōe. ꝛ suffūigatione cuꝫ sulfure reiterata ꝛ teneat sup cap̄. Cū uero capilli facti fuerīt albi tūc eoꝝ assiduet iūctio cum oleo sābucino. Aliud expū: ℞. alumis fecū et dist ē pera ip̄m i aq̄ fluuiali calida et p⁹ fac bulire as siatim usq̄ ad aliquā grossiciē aq̄: deiñ appone dragāti. ℥.v. deiñ hoc toto bulito ponat in uase ter reo ad solem per octo dies: dinde laua capillos isto liquore et erunt albi.

¶ Capitulum quintū de tardāda canicie.

Canicies est pilorū dealbatio q̄ canicies ē duplex.s.naturalꝭ ꝛ ināturalis hic tamē ñ agitur nisi de ināturali q̄ p̄occupat senectutē cuius cā īmediata ut dixit Auicē. ē habūdantia flegmatis aquosi putrefacti generati ex rebus debilitātibus colorē ut sūt egritudīes lōge et diuerse ꝛ stōaci malicia et āgustie fortes et nimia lotio capitis et coopertura excessiua. Signa caniciei sūt satis māifesta iudicatur enī q̄ canicies sit mala et suspecta naꝫ uidet q̄ mors uexillū suū applicauit ut uoluit Gordonius. Pro quo tamē nō q̄ propter denigrationē capilloꝝ uel prohibitionē dealbatōis eoꝝ ꝛ melius multe mulieres ad malū deuenerūt quia ad catarrū ꝛ ad infrigidationē capitis ad epilensiam ꝛ ad apoplesiā ꝛ sic de aliis gares rēouētes caniciem istā sūt frigide ꝛ stiptice ut in pluribus. In cura ista habes duplex regimen v̄le et p̄ticulare. v̄le est in dieta ꝛ purgatione ꝛ euōne flegmatis ꝛ custodia ne gñetur de q̄bus medicis satis dcm̄ fuit in capitulo de vndimia p̄mo libro ꝛ illic uide trifera saracenica mirabilē hēt v̄tutē in retardāda canicie et senectute ꝛ optinet p̄ricipatū. verū dixit Auicena q̄ sūatur p̄ āñū oī māe ꝛ retardetur comestio usq̄ ad meridiē. Regiñ particulare stat in duobus Prio q̄ pili parētur ad recipiendū tincturam. Secūdo q̄ detur eis tinctura: primū ꝯpletur secūdū Gordoniū p̄ hūc modū lauentur capilli multis diebus cū lixiuio trūcoꝝum caul' in quo sit aluñ dissolutū: hec eniꝫ ablutio rōne aluis p̄parat pilos ad recipiēdū omnē colorē. Secūda intentio ꝯpletur ut dixit Cōstantinus si pomū colognride a semine et a carnibus euacuatur ꝛ de oleo sābucino impleatur ꝛ cum pasta bñ circūdetur ꝛ buliat sup p̄runas trib⁹ uel q̄ttuor uicib⁹ fit optimū epithīa ad capillos denigrādos ꝛ ad custodiēdū caniciē ne cito ueniat Et s̄m Bartho. si in eodē pomo buliat oleū cōmune cū granis cataputie tritis ꝛ mundis ꝛ capilli ide liniātur. Idē p̄ūt si ēt assidue inūgant capilli cū oleo onfan. caniciē p̄hibet ꝛ capillos

corroborat. Et Auicē. dixit de oleo q̄d fit ex oliuis siluestrib⁹ assidua ēt inūctio cū oleo de lilio tardat canos. Aresi⁹ dixit si añ canos de aq̄ galleata idest gallarū ut credo cū decoctōne saluie et bethōice cap̄ sepe laues canos nuq̄ā habebis. Et dixit etiā aluñ plume ꝛ alumē tictorū bñ pulueriꝫatū in aqua calida primo lauetur cū lixiuio et cū aqua ista aluminosa ꝛ ad soleꝫ uel ad ignē dimittatur siccari et postea cuꝫ succo nucū cū pectine superline ꝛ siccari dimitte ꝛ cani capilli nigredinē diu acquirent. Pro quo nō q̄ multa dicta de mente Rasis et Auicen. in capitulo ad denigrandum capillos hic ualēt quare hic adducantur et gratia breuitatis ditto. Tractatus secund⁹ de mutatiōibus i capill' s̄m figuram ipsorum.

¶ Capitulum primum de incrispandis capillis.

Multi iuuenes habentes capillos planos nellent ipsos crispos et in illis delectātur et in hoc ponā pauca q̄ pauca reperio Serap. dixit lapis laꝫuli q̄ndo suspēditur sup infantes retinet ab eis tiores ꝛ facit capillos crispos. Dixit ēt marchasita facit tenues et crispos Alch. dixit q̄ndo abluit caput cū sapōe rēouet furfures capitis et incrispat capillos int minera lia aūt ꝯputatur q̄ multū de calce in eo ingreditur. Rasis dixit stercus asini siluestris tritū cū felle boū si in eo mulieres tingant capillos suos incrispant. Ad idē ēt. ℞. seminis iusquiami cōtriti galloꝝ farine fenugreci sīidere.i. ꝫuꝫule siluestris calcis et litargirii añ. ex istis tritis p⁹ lotōnem capitis ꝛ exiccatōnem fricent capilli. Aliud Auicen. ℞. gallarū et folioꝝ cipssi et granoꝝ citonioꝝ ꝛ litargirii ꝛ draganti ꝛ boli alcāꝫi et emblicoꝝ añ. partē.i. calcis q̄ nō sit extincta part. v. conficiantur cum aq̄ cicle et administretur. Est enim bonū incrispās et denigrans.

¶ Capitulū secundum de applanādis capillis.

Contrarium autē predictorum contingit operari quia expedit capillos crispos planos facere quia multi hoc appetunt. ¶ Crispos itaq̄ꝫ capillos simul applanat et lenit succus plante sisami superinunctus ꝛ plus etiaꝫ facit q̄ꝫ sisamū et oleum eius. ¶ Capillos etiam applanat et ꝯfortat nabach idest agrifolium quando ex ipsius decoctione liniuntur capilli. ¶ Et Constantinus dixit de uiscositate psilii q̄ capite inde loto asperitates in capillis inde mollificantur verum Alchi. dixit q̄ ualet scissuris capilloꝝ Et Auicenna dixit q̄ applanant capillos uniuersaliter oīa olea mollificātia ꝛ mucillagines humectantes applanant capillos: et similiter quecunque curant scissuras capillorum de quibus dicetur in sequenti capitulo ualent. ¶ Applanat etiam capillos si nitrum optime teratur et in lixiuio cum quo fit lotio ponatur: nam istos a proprietate applanat. Et Serapio

et Alc. dixerūt q planat capillos siue lenificat: et barbā et aufert furfures capitis. Et Cōstan. dixit q lenificat et subtiliat eos.

Capitulum 3m de scissuris et corrosiōib' capillorum.

Capilli sepius in fi nibus eorū scidunt et ēt corrodūtur ut sepe in mulierib' uidet. veteres aliqui dixerūt oleū sanare i lixiuio retētū quod sepe ē expertū Auicē. dixit: hos defectus i capillis phibet olea lenitia et mucilagines uiscose sicut mucilago altee et psilii et ēt folia salicis et breuit ego dico q oīa in quibus ē hūectatio ualēt: hoc iō opatur ūguētū uniū factū de succo lapacii scriptū infra cap°. de tinea. vnguentū etiam Rasis scriptū infra capitulo de multiplicatione et prolongatione capillorum: q̄cunq; etiam capillos applanāt eadem etiam dico ego capillos mollificant et eorum scissuras et corrosiōes abscidūt.

Tractat' terti' de mutatiōib' capillorum in q̄ntitate ipsorum.

Cap'm pmū de eradicatione capillorum cum superflue multiplicantur.

Sepe accidit q tanta ēst ipsa generatio pilorum ut corpus iñ fedū et turpe appeat q̄r necessaria ē eorum euulsio et rēotio. Ras āt in aq̄ in q̄ calx per sex dies ō tertio in tertiū rēouēdo calcē īfusa fuerit incorporat arsēici citrini vi. ptē et tā. diu i sole dittat dōec pēna īmissa deplumet cū extrahitur et cū illo loca depilāda fricare p̄cipit et depilātur. Auicē. āt accipit ptes. ii. calcis uiue arsēici tīrīdē aloes modicū et liniāt cū aq̄ calida stati abradēt et ut meliorē odorē habeat pōat paruz galle muscate. Galie. dixit in. ix°. de simplici lac titimalli recēs miscet cū oleo q̄r aliq̄liter ulceraret et ex eo liniātur in sole pili nam cadēt pili p' quos nascūtur alii subtiliores et rubei q iterū liniātur et cadēt et hoc fiat quousq; null' pilus renascat q̄d erit uel in q̄rta appōne uel amplt' fm corpis dispositionē: lac volubi'l maioris fz Aui. inūctū pilos pmtius eradicat. Se. dix. lac salicis abradit pilos et credo q sit hūiditas q̄ ē'iter corticē et lignū q̄n facit flores: lac ēt edē inūctū et ppriē edere albe fm quosdam capillos cadē facit et p' euulsionē illos ñ pmittit renasci q ē exptū: et iō facit guma ipius. Dia. uidetur uelle de lacermo edē nigre. Dix. ēt lacerm' vitis domestice cū cōi oleo punctū capillos tollit et uiridis vitl lacerm' cōbust' iō facē pōt et uerucas tollit. colligat sic lacerm' mitte fustes uirides uitl i igne ut capita eorum ɔburāt et cū cepit i media pte sētiē cal'itatē q̄c̄q̄ emouēt i uase mūdo collige. dix. ēt Di. q arsenicū vstū mixtū cū calce et aceto pilos cadē facit. Dix. ēt fricatio fcā in loco cū pūice adusto fm uel nō adusto fz alios pilos cadē facit. Alc. dixit fa. lupiorū si pilorum nascētū locis apponat eis euelendicā et et natos adurit et resurgere alios non pmittit. Dixit etiā sic si salamandra decoqtur i oleo donec dissoluat et in ungatur locus ōpilat sicut psilotrum. Ciran. dixit fel lacerte cōis in vino putrefactū p dies 40. ad sēnuz et solē in dieb' canicl'aribus pillos palpebrarum exstirpat. Et solaris lacerta q et viridis ē. Idē potest: dicit etiam si ɔburat pell' rāe et mittat in aqua balnea pilos corpis totius deiciet ab intrante balneum. Cō. stinctus siccat' et puluerizatus et in oleo posit' pilos cadē facit. Dixit etiā de lepōe marino q oleū in quo coqtur pilos cadere facit: et de ɔpositis dico ista ualē et pauca ponam: sz bona dimittens multa aliorum magistrorum nostrorum. Dixit Galie. ℞. arsenici q est auripigmentū citrinum calcis murre. aā ℥. i. spūe argēti. ℥. i. terātur et bulianē et incorporent cū aqua. Signū bonitatis ē q̄r si posueris pennā deplumabitur psilotruz depilans pilos in vna hōa. ℞. de calce lapidis uel marmoris uel ostracorum ptes. z. auripigmēti citrini misceātur in mōtario plūbeo et piciātur sup eis aqua ordei et tere donec fiat vnguētum et ex hoc calido liniatur post balneū remouz pilos et nascituros subtiliat.

Ca. fm ad phibēdum ortum pilorum.

Si locum denudatum pilis vis defendere ut mulieres sepe querunt tunc cum his sis operatus. Et primo aliq antiqui dixerunt q si post euulsionē pilorum locus inungatur cum cicuta sui frigiditate ortum pilorum prohibet. Et etiā post euulsionē pilorum cuz psilotro liniatur locus cum cinere stipticis caulis et maxime siluestris mixto cum aceto et aqua pilorum generatio phibetur. Et idem dixit Dias. Gal. dixit in. xi°. quoniam autem uiperarum adeps cum radicitus aliquis euelens est pilos qui sub ascellis inungit aut illos non oriri. Et subdit: et cum essem operatus ut illi inferunt inueni eos mēdaces ualde. Et idem dixit Serapio quoniā si euellantur pili ascellarum si locus linitur cuz adipe serpentis dum est recens non sinit eos renarci. Etiam sic dixit Galienus in vnōcimo: q autem de sanguine paruarum ranaruz dictum est quas briscas quidam uocant asserēte qōdā post q̄ euulsi sunt pili superciliorum nō amplius oriri cum experientie subdideriz inueni falsum. Et dixit Galienus sanguis canis prohibet ortum pilorum euulsorum. Fidelis dixit lampiria iuncta ortum pilorum prohibz quia eps non sinit oriri. Est autem lampiria sicut musca uolans et lucēs denocte et aliqui stellam uocant et aliqui ligulam. Dixit etiam sansuca de lacu trita cuz aceto forti omnia et apposita prohibet ortum pilorum. Serapio dix. sanguis stellionis quando ponitur super radices pilorum euulsorum non sinit eos renasci et similiter dixit facit sanguis rane viridis. Cō dixit si arsenicū terat iusgamo et iūgatur ascelle pecten pilis euulsis nunquam renascentur

Aliqui dixerant q ova formicarum super loca fricata post euulsionem pilorum prohibent ortum. Aliq dicunt q gumma vitis albe aut brionie uel urtice hoc faciunt Auic. et Rasis de hoc dicunt iusquiamum opium psilium cocta cum aceto et aq iusquiami nigri cum eis et sola. s. herba si fuerit in aceto cocta: et dicit Auicen. semen urtice cum oleo est ex eis q depilant pilos cum fortitudine: et laudat chimoleam et cerusam plurimi equaliter aluiis ptl. 5. et terent cum aq iusquiami albi: aliqui laudant limaturam ferri coctam fortiter cum aceto.

Capitulum tertium de subtiliatione capillorum.

Contigit sepe capillos grossos esse quare scire eos subtiliare et subtiliatio tamen est in uia in prauationem eorum. Aliq antiq dixerunt q decoctio lupi subtiliat capillos. Alc. dixit q farina eius supposita ualet: et Auicen. dixit q lupini subtiliant capillos. Isaac dixit si fabe supponant locis in quibus nascuntur pili subtilem ac defectum faciunt pilum. Dia. dixit q fiat fricatio in balneo cum faria fabarum sup locum unde euulsi sunt pili oriuntur ibi pili subtiles et exiles. Et idem Auicen. dicit Ras dixit q sanguis corui capillos subtiliat. Serap. dixit si fiat emplastrum cum corticibus fabarum sup locum unde euulsi sunt pili oriuntur ibi pili subtiles et exiles: et idem Auicen. dixit Ras dixit q sanguis corui capillos subtiliat. Serap. dixit marcasita facit capillos tenues et crispos. Si etiam radices capillorum inungantur cum chimolea dissoluta cum oleo mir. capillos subtiliat. verum Dia. dixit absolute chimolea capillos atenuat affornitum etiam puluerizatum dissolutum cum aq et linitum capillos tenues facit. Est autem affornitum idem q spuma nitri et idem facit nitrum in lixiuio dissolutum. Constan. dixit sal. armoniacum puluerizatum est capillis supaspsum eos subtiliat: dixit etiam si nitrum optime terat in lixiuio leuificat et subtiliat capillos. Dia. dixit flos salis capillos maxime attenuat: psilotrum etiam deinde in p. ca. de eradicatione capillorum hic valet eos subtiliat. Auicen. dixit baurach proprie africanum attenuat capillos: puluerizatum est autem baurach nitrum.

Capitulum quartum de acceleratione pilorum.

Oportet nos sepius superius operari contrarium. s. accelerare ortum pilorum in capite et barba uel in aliis locis et ipsos prolongare et multiplicare et ipsorum etiam casum prohibere quare de his tribus coniter dicemus incipiens ab acceleratione ortus pilorum: et in hoc Dia. dixit cepe cum alcio. i. spuma maris fricata capillorum crementa prestat: dixit et ursinus adeps capillorum dicitur prestare incrementum et bugacias curat. Constan. dixit de absinthio quod uocat alchebchee q ipsum inunctum in barba pili citius nascuntur quare rarificat cutem et poros aperit cum subtilitate et punctione. Et Alch. idem dixit de oleo ipsius: Fidel. dixit euforbium cum oleo inunctum mirabiliter facit nasci pilos. Auenzoar sic dixit si in iuuentute accidit caluicies sufficit in cura ipsius inungere caput cum oleo amig. dulcium quoniam illud habet acuitatem humorum remouere et si in senectute accidat impossibilis est cura. Serap. dixit quoniam cocule marine purpuree et si ille a quibus accipiuntur blance bisacie accipiuntur et coquuntur in oleo et fit linitio cum eo retinet capillos cadentes et facit oriri capillos. Barth. dixit: q hoc uerum est quoniam capilli cadunt propter humiditatem corruptam: et idem possunt alia ostraca licet debilius. Alch. dixit fel porci quoniam miscetur cum eo et proprie mel facit nasci pilos in capite ipsius. Calui si et sicca salamandria teratur et cum oleo fiat unguentum ex quo cutis liniatur postquam locus fricatus est prius donec locus rubeat facit nasci pilos in loco etiam si tinea ibi fuerit prius. Et Fidelis dixit si lacerta uiridis sine capite longe buliat in oleo de quo locus inungatur: deinde superaspergantur cineres totius pellis capitis et labiorum pili renascuntur. Ras dixit si uis ut in capite caluo pili renascantur laua cum lacte canis: et dixit etiam q stercus daine cum oleo mir. crescere facit pilos et melioriat eos. Albertus dixit sanguis talpe occise linitus pilos redire facit: et dixit etiam cinis ericii terrestris combusti cum spinis cicatricibus pilos reddit. Aliqui dixerunt q folia blitis contusa et applicata premissa scarificatione pilos nasci faciunt quando casus ipsorum est humiditas subcutanea: accelerat etiam ortum pilorum et maxime in barba inunctio facta et frequentata cum oleo de sticados. Cinis etiam abrotani mixtus cum oleo de squinanto et inunctus pilos nasci facit in barba et idem potest oleum de squinanto solum. Auicenna dixit de santonico sic oleum eius facit nasci barbam que tardatur. Et idem potest secundum ipsum abrotanum quoniam decoquitur cum quibusdam oleis propter suam apitionem: dixit etiam aq capillorum facit nasci pilos. Credo ego q aq capillorum sit aq sublimationis eorum: et dixit sic Auicen. cum uenter leporis sicut est suitur cum uisceribus et fricando sup sartaginem comburitur est medicamen originis pilorum super caput cum teritur et administratur cum oleo rosato.

Capitulum quintum de multiplicatione et prolongatione capillorum.

Dixi secundo me dicere de his que prolongant et multiplicant pilos et confortant eos. Et primo Isaac dixit decoctio frondium sisami crines capitis si abluatur prolongat a furfuribus quod mundat. Auic. tamen dixit de hoc sic sisamum prolongat capillos et proprie succus arboris eius et folia ipsius: et lenit eos et remouet furfures et dixit etiam sic Isaac castanearum etiam cortices usti et puluerizati et cum saba tepati capitique ad olescentium in modum cataplasmatis impositi eorumque capillos confortant et augmentant et contra alopiciam ualent. Dalia. dixit emblici capillos confortant radices eorum solidant et denigrant prohibentque ab eis passiones cum decoctione capillorum ueneris quando assiduatur capillos multiplicat Constan. etiam dixit in pantegni q cinis capillorum ueneris aspersus loco capillos facit renasci

Alch. dixit capillus ue. cũ oleo mir. et uino pro
longat capillos et ꝓhibet ne cadãt: ꝛ idez dixit
de cinẽ aſpſo loco capilloꝝ. Cõſtã. dixit de nu
ce ꝙ ipſa piſtata cũ melle aut ſaba et capite ide
abluto ĩpa trita alopiciã ꝛ alias paſſiões capil/
loꝝ ꝓhibet elõgatq3 eoſ ꝛ creſcẽ facit. Et aliq
dicũt ꝙ loquit̃ de foliis uiridibꝰ nucũ: videtur
ãt dico ego log õ nuce uiridi ꝛ ñ foliis ſecũdũ
uerba ſua. Dia. dixit: coriũ nucis ꝯbuſte tritũ cũ
oleo ꝛ uĩo capillo: infãtibꝰ inũctũ bonos red/
dit ꝛ alopicias ſanat ſiue emẽdat. Alch. dixit fo
liũ lẽtiſci deſiccatũ tritũ et ẽplaſtratũ ſup caput
facit creſcẽ capillos ꝛ ꝓlõgãre eos ꝛ ingroſſa
re: ꝛ dixit ẽt Alch. fricatio capilloꝝ cum ſemĩe
ſtafiſagrie ꝯfortat capillos ꝛ ꝓlongat eos ꝛ cõ
ſuat ab omni ꝯtrarietate ꝛ inficit pediculoſ ut
dicet̃. Dixit ẽt uenter et inteſtina lepori cõbuſta
in furno in olla ꝛ trita cuz oleo ro. faciũt creſcẽ
capillos. Rogerius dixit de radice nenufaris:
ꝙ ſi ĩde fiãt troli ꝛ diu in lixiuio dittat̃ ablũtõ
facta cũ illo lixiuio capillos ꝓlõgat: mľtiplicat
ꝛ clarificat qḋ ſepe ẽ exptũ. Fidelis dixit deco
ctio medie corticis ulmi capite ſepe loto capil/
los multiplicat. Dixit ẽt cinis fimi caprĩni cũ o
leo inũctꝰ capillos mľtiplicat. Raſ dixit ſtercꝰ
daine creſcẽ facit capillos et meliorat eos. Dix
etiã Fidelis ſi locus melle inũgat̃ et ſuperaſper
gat̃ cinis lacerte uiridis capilli multiplicant̃: ſi e
tiã lacerta uiridis ꝛ ſãguiſuge cõficiãtur cuz o/
leo laudãi capite inũcto pili multiplicãtur. Di
xerũt aliq ueteres ꝙ ſi ex cepe cũ ſpũa nitri ľ ſpu
ma maris fricetur locꝰ pili multiplicãtur in eo:
Et idẽ dicit Dia. dixerũt ẽt ꝙ inunctio facta cũ
adipe urſi: capillos augmentat. Fidelis dixit ſi
adeps urſi miſceat̃ cum cinere panis ordeacei
ꝛ ſalis uſtorum pilos multiplicat: dixit ẽt ꝙ o
leũ de mirto conſtringit origines capillorũz et
confortat eos ꝛ denigrat: ꝛ ſecundũ Halia. con
fert furfuribus Et Serapio dixit decoctõ fru/
ctus mirti capillos magnificat ꝛ fluxũ capilloꝝ
retinet. Et Cõſtanti. dixit ꝙ caput a furfuribꝰ
mũdat ¶ Dixit etiam Auicẽ. ſi mirtus decoqua
tur in oleo ſiſamio capillos cõſeruat ꝛ facit du/
ros ꝛ fortes ꝛ idẽ operatur ſi coquatur in aqua
eius: ſecũdũ ẽt Auicen. laudanum diſſolutum ĩ
oleo mirtino ꝛ vino capillos ꝯſeruat ꝛ facit du
ros ꝛ fortes et idẽ operatur ſi coquatur ĩ aqua
eius ¶ Secũdũ ẽt Auicen. ꝯſeruat ꝛ prolongat
ꝛ inſpiſſat: ſed hoc non facit in alopicia uel cal
uicie cum iaz cutis incipit apparere. Et Barth.
dixit ꝙ põt addi mirra: ꝛ hoc etiam dixit Aui.
Dixit ẽt ſi fiat linitio cũ cãtaridibus mixtis cũ
ſinapi multi generãtur capilli: aut etiam cãtari/
des coquantur in oleo donec oleũ inſpiſſet̃ ex
quo poſtea fiet inunctio. De compoſitis parum
loquar ꝛ ſolum ponã compoſita experta ꝛ ſi alia
vis uidere recurre ad Ra. in capitulo illo. Hoc
ergo facit naſci pilos in barba uel ſuperciliis et
multiplicat. ℞. papaueris nigri foliorum mirti/
lorum capillorum veneris ſpice nardi ciperi ſe
minis apii emblicoꝝ cipreſſi añ. ℥. i. coquantu
in lb. iii. olei mirtini in duplici uaſe ꝛ ſit calida
rium plenũ aqua ꝛ coquatur uſq3 ad conſumpti
onẽ aque: deinde accipe corticẽ pini laudani añ
ſtiam partẽ. ℥. puluerizẽtur ſubtiliſſime ꝛ adda
tur in ꝑdicto oleo ꝛ mane ꝛ ſero fiat inunctio
¶ Item aliud. ℞. antimonii plumbi vſti añ. ʒ. 8
eris uſti croci ro. mirtillorum ſpice nardi lapi/
dis lazuli thuris. añ. ʒ. i. terantur ꝛ vſui ſeruent̃
poteſt etiã in vſu ipſius miſceri oleum mirtnũ
¶ Aliud etiã ſm Raſim quod ualet ad ſciſſu/
rã capillorum. ℞. ſucci mirtillorum foliorum
ſalicis añ. ℥. iii. ponãtur ſup igne leui ꝛ buliant
uſquequo remaneat pars tertia: demum addat̃
℥. i. pulueris laudãi. ꝛ. ℥. vi. olei mirtini ꝛ miſce
antur ꝛ ex his poſtea radices capilloꝝ inungãt̃
¶ Nota ꝙ multa dicta ſunt in ca. ꝓcedenti vti
lia iſti ꝛ multa dicunt̃ hic utilia illi q̃re ca. alter
natim videãtur cũ expedit expertum bonum ꝛ
hoc ualet quãdo poſt egritudinẽ ceciderũt ca/
pilli lauetur caput cum decoctione ranaꝝ ꝛ pro
prie uiridium paruarum: ꝛ ex pinguedine ſuper
natante uitis fiat inunctio ¶ Aliud expertum ĩ
multiplicatione ꝛ prolongatione ꝛ confortatõe
ꝛ decoratione capilloꝝ eſt hoc ſumãtur radiceſ
altee ꝛ folia trifolii ꝛ radices ꝛ folia petroſilini
etiã hec ꝯquaſſata ĩ olla noua ꝑonãtur ꝛ ſup
ponatur illis mellis ꝛ aceti añ. q̃m ſufficit ꝛ ple
ne coquatur uſq3 ad ſpiſſitudinẽ mellis tunc ſi
cocta coletur per pannum ꝛ quod colatur in ua
ſe terreo uitriato recondatur ¶ Ex hoc igitur
unguento caput multotiens inungatur ꝛ bonũ
effectum ex ipſo uidebis: bonum tamẽ eſſet ſi
caput primo raderetur a capillis.

¶ Capitulum ſextum de prohibitione
caſus capillorum.

DIxit tertio me dice
re de his q̃ prohibent caſum capillo
rum ¶ Et quia caſus ipſorum quan
doque eſt ſine alopicia quandoque
uero cum illa nunc dicam que conferunt in ca/
ſu capillorum quando cum illis non eſt alopi/
cia poſtea cum loquar de alopicia dicam quali
ter caſui capilloꝝ ſuccurrat̃ quãdo aderit alopi
cia cõmunicãt tamen omnia iſta capľa adinui/
cẽ q̃r ſimul uideant̃. Sera. dixit ſi aſueſcat ille
rafano cui capilli cadũt ꝯfert ei ¶ Et ſm ipz ẽt
capillos ꝯfortat ꝛ radices ipoꝝ ne cadant ſuccꝰ
naſturcii ꝛ linitus ꝛ bibitus ¶ Et Dia. dixit de
ſucco domeſtici. Alc. dix ꝙ ſene ꝯfert caſui ca
pilloꝝ ꝛ pediculis fcã lotione. Dico ego cuz de
coctõne eius. Dixit ẽt ꝙ decoctio ſpice nardi ꝯ
fert caſui capilloꝝ ꝛ palpebraꝝ propter ipſius
ſtipticitatem ꝛ facit eos naſci. Dixit etiã quãdo
aloes miſcetur cum aceto retinet capillos cadẽ
tes. Dia. Cõſtã. dixerunt etiam ꝙ mixtuz cũ
uĩo ſtiptico ꝯfortat ꝛ retinz capillos ꝛ ꝯfert oĩ
caſui capilloꝝ: ẽt dix quando ꝯcule purpuree
marine ꝛ ſunt ille a quibus accipiuntur blancie
biſancie coquuntur in oleo ꝛ fit linitio cum eo
retinet capillos cadentes ꝛ facit oriri capillos

in loco Dia. dixit: herba adiātū trita mixta cuz lixiuio addito cinē ipsius ut uidet uelle ꝛ laudano et oleo mirtio ꝛ uino flores capillorū cō stringit si iñ caput lauet elixata ēt dianti cū lixiuio ꝛ uino idē facit. Est āt dianti secūdum aliquos capill⁹ ueneris: ꝛ ſm aliquos capill⁹ ē qd diuersū ab eo qꝛ ē politricū: dixit etiā si ex roꝛe marino cap̄ lauet capillos cadere ꝓhibet: dixit ēt oleū arboris oleastri capiti inūctum si per aliquos dies fluorē retinet capillorū: ꝛ Serapio dixit ꝙ purgat furfures capitis: ꝛ alii dixerunt: oliue ille sint mature: hoc ēt caluicium tardat. Dixit ēt Dia. ꝙ laudanū occurrit capillis cadentibus mixto sibi uino ꝛ mirra et oleo mirtino. Galie. dixit in septīo de laudano: sic hēt quādā stipticitatē breuē ꝓpter quod effluētes capilli sistūt. Alch. dixit: comestio roſe multū stringit capillos. Et dixit aq̄ decoctionis nasturcii ꝓhibet casū capillorū et aqua decoctiōis scoparuz capillos cadētes retiet politricū etiā in uino austero coctū ꝛ lixiuio capite iñ loto sistit fluxum capil loꝝ. ꝛ siliter si i oleo coq̄t et iñ radices capilloꝝ iūgāt casū prohibet capilloꝝ et eos augēt. dixit ēt capill⁹ veneris cū oleo mirtino ꝛ uino prolōgat capillos ꝛ prohibet ne cadant. Chirānus dixit: laudanū miscet cū uīo ꝛ oleo onfancino: dixit ēt fim⁹ tauri capillos cadentes ex egritudine sistit: dixit ēt fim⁹ cameli cōbustus et cū oleo mixt⁹ alopiciā ac casū capillorū ex infirmitate perfecte sanat. Fidel' dixit si cap̄ lauet cū urina canis nō fiet caluiciū: dixit etiaz lixiuiū factū ex fimo colūbīo cadētes capillos retiet. Sextus p'lo dixit: vrsinus adeps cū laudano et vino ueteri mixt⁹ capillos fluētes cōtinet et inspissat: dixit leporis uētricul⁹ coctus i sartagīe admixto oleo mirtino imposit⁹ capillos cadētes ꝯtinet ꝛ cogit creſcē. Quidā ātiq dixerūt ꝙ cinis lane sucide cū oleo mir. mixtus ꝛ radices capilloꝝ inūct⁹ ipoꝝ casū ꝓhibet. Dias. dixit absolute de lana ꝯbusta: nunc ponā pauca ꝯpoita et expta. ℞. mirtilloꝝ ptē. i. laudāi ptes. ꝛ salis nitri ptes. vi. olei mir. q̄ntū sufficit ad liniēdum. Et nō ꝙ possum⁹ aliqñ facere sine nitro . s. qñ ñ ē intentio multa ad resoluēdū ꝛ exiccādū ꝛ iō qñ est intentio ad inspissādū ꝛ ingrossādum fiat siñ nitro. Aliud dixit Dia. ℞. cētum nuces ab arboꝛe coꝛtice adherēte : sicut ē ī mēse Julii ꝛ ꝯq̄ssent ꝛ his admisceat aluminis scissi lib. iii. ꝛ diligēter in loco ñ nimis sicco neqꝫ hūido pōatur p⁹. xx. dies dabit oleū q̄d fluētiū capilloꝝ dāna restaurat et ē exptū. Aliō. ℞. laudāi olei de mirto olei ō lilio isopi añ. misceant ista cū uino et fiat lotio: retinet āt capillos cadētes. Aliō. ℞. politrici triti. M. i. laudāi olei mirtini olei ō lilio: añ. ʒ. ii. uini ꝛ lixiuii quod sufficit ad liniendum et fiat lotio.

Tractatus secundus principalis de his que ꝑter naturam in capillis generant.

Capitulum primum prohemiale.

Natura regitiua totius coꝛpoꝛis in hūoꝛibus duas opationes efficit: vnā āt occultā que ē resolutio: aliā autem manifestaz que est expulsio ipoꝛum uapoꝛum et materierum ad loca deputata: ꝙ si multa q̄ntitas expellat et ex defectu ipsius non possit resolui aliqd ex eo ꝓducitur secundum tamen diuersitatem loci diuersa ꝓducuntur: sic itaqꝫ ex superfluitatibus expulsis ad cutē cum plene natura ipsis dn̄ari non pōt. Jnepte dispositiones gn̄antur ut scabies ꝓ pruritus ꝛ furfures et coloꝛationes male et sic de aliis: ꝙ si ista materia moueatur ad putredinē et disponatur ꝑ gn̄atōe aīati tūc gn̄abūtur pediculi et lēdines ꝛ vermes ꝛ ꝯsimiles gn̄ant in nobis: q̄ꝛ talia p̄ter naturam ñ tm̄ in capillis sed ēt i coꝛpoꝛe gn̄antur arte ergo indigēt amouēte. Circa q̄ mō sermo noster vsabitur: ꝛ non solū erit utilis ſm̄o circa cap̄ sed ēt circa habitudinē toti⁹. Si et in toto talia gn̄ant. Jncipiā ergo a pediculis: sūt āt multa uiuētia que gn̄antur in capite uel alio loco sūt p̄mo pediculi ꝛ isti diuersificātur: aliq gn̄antur in capite ꝛ iñ pte aliq̄ coꝛpoꝛis ñ pilosa et isti uocantur sexcupedes: alii gn̄ant in supciliis et in palpebris uel in pectine circa radicē uirge ul' i bursa testiculoꝝ ul' i barbis ualde magnis: ꝛ isti uocātur pediculi plati: ꝛ in vulgari nostro uocātur piatoni: gn̄antur āt lēdines ꝛ isti noti sūt: gn̄antur ēt sirones: sꝫ aūt sirones aīalia parua ulcerātia uel facientia uias inter carnem et cutem et potissime in māibus ꝛ uocantur alio nomine pediculi.

Capitulum secundum de pediculis.

Pediculi generantur ex materia putrefacta ut dictū est in prohemiali capitulo: generātur pediculi primo ex ficubus siccis ut dixit Auicenna secundo canone capitulo de ficu: et ex coitu nimio quia partes capitis ex illo debilitantur: ꝛ materia magis ad putredinem mouetur quia minus regulatur ꝛ dimissio mūdificationis et hoc est notum quia poꝛi stāt clausi ex qua clausura materie retinentur et putrefiunt et generātur pediculi et etiam tarda pannoꝛum mundificatio: et hoc etiam in hoc est notum. Jsta cura habet tres intentiones. Prima est mundificare coꝛpus cum rectificatione regiminis. Purget ergo coꝛpus cum flebotomia si opus fuerit uel cum iera pigra uel cum aliis euacuantibus humores putridos. Nota tamen ꝙ ex coloꝛe capilloꝛuꝫ habemus ex quo humore generant noticiam. Unde ut notum est aliqui sunt rubei: aliqui albi ꝛ aliqui citrini et aliqui nigri. Et ex isto ergo colligas materiā peccantē et illā euacua. vnde coloꝛ rubeus arguit sanguinem: citrinus coleram: Niger melancoliam: alb⁹ flegma. Et hoc dixit Goꝛdonius sub

ARdor et incensio fit sepe in lacrimali ⁊ fit a materia calida ualde que remotione indiget fiat ergo purgatio ut ⁊ in oibus dispositionibus talib⁹ debet fieri cū electuario succi ro. uel aliquo mō ut tibi placet distēperato cū aqua feniculi l' nenufaris. ¶ Dieta aūt declinet ad frigidū ⁊ humidum ⁊ causa est nota pro remotione hui⁹ dispositionis. Ga. sic dixit de folio uiole superponitur orificio uentris incensionem faciente vel in oculis. ¶ Dia. dixit ossa dattillorꝫ ustionem oculorꝫ tollunt preparentur aūt sic̄ sepe dictum ē ga cū melle pparet. Dixit ⁊ trite radices aneti ⁊ imposite medentur feruoribus oculorum. Fi. dixit lac caninum cum succo corigiole imposi tum oculo tollit ardorem. ¶ Appu. dixit folia mandragore recentia cū polenta tensa oculis superposita feruori oculorum validissime prosunt. ¶ Et dixit ꝙ uermicularis cū polenta imposita tollit ardorem ⁊ tumorem oculorꝫ. Rog. dixit aqua q̄ a uite incisa in vere colligitur punctiones oculorꝫ ⁊ arsuras remouet q̄ a causa calida fiunt: ⁊ ego etiam dico ꝙ lac conquassatū cum albumine oui mire ualet.

¶ Capitulum. 5m. de humiditatibus oculi.

HUmiditates i oculis fiunt duobus mods: vno modo ratione humiditatis que descendit a capite ad oculos ex defectu virtutis asimilatiue l' ex malo regimine. ¶ Alio modo: rōe materie que descendit a capite ratione cuius uapores illi cōuertunt̄ in aquam ⁊ ad oculum descendūt: Sed diceret aliq̄s quomodo isti uapores conuer untur in aquam cum caput rōe caliditatis toti⁹ tagregate sit calide ⁊ humide complexionis. ¶ Respondetur ꝙ licet rōe totius caliditatis aggregate sit complexionis calide: tamen in capite sunt alique partes frigide a predominio in comparatione ad mediū generis q̄bus si occurrit uapor aliquis cōdensat̄ a frigiditate illa ⁊ i aquositatem conuertitur. Si autē uapor ille occurrerꝫ parti calide non condensaretur immo resolueretur. ¶ Tertio etiā modo potest causari humiditas in oculo ratione male asimulationis ipi⁹ oculi ⁊ patet. ¶ In cura ista habes tres intentiones. ¶ Prima consistit in purgatione. Secūda in dieta. Tertia in localibus. Prima completur cum purgatione capitis uel stomaci uel aliomodo secundum ꝙ materia ad alium oculum descendit. ¶ Unde si causa fuerit caput cum pillulis chochiis purgetur. Si causa fuerit stomac⁹ cum pillulis de iera purget̄. Si causa fuerit d̄bilitas oculi cum pillulis de luce purget̄. Secunda intentio completur cum debita dieta fiat dieta secundum necessitatem membri peccantis: sꝫ ad siccitatem declinet. ¶ De tertia intentiōe parū loquar quia ad dominos phisicos pertinet ⁊ etiam quia multa dicta sūt in ca. de fluxu lachrimarꝫ que hic ualēt factis ergo istis dictis supra ⁊ confortatōib⁹ istorꝫ membrorꝫ. ¶ Dixit Con. succus rute cū aloe mixtus oculis humidis prodest. Et Aui. dixit aloes confert cursui anguli lacrimalis ⁊ exiccat humiditatē eius. Dixit iterꝫ Con. succus radicū affodillorꝫ cuꝫ modico mirre ⁊ croco in dulci veteriq3 uino coct⁹ fit optimum colliriū ꝯ humiditatem oculorꝫ ⁊ palpebras se inuersantes curat. ¶ Dixit et cinamomū subtile quod uocat̄ calamū cū licio mixtum superfluā oculorꝫ humiditatē desiccat. ¶ Et dix. ēt collirium factū de spica humiditatē desiccat flatis salsi pilos palpebrarꝫ confortat. ¶ Et A. dixit mirabolani citrini ualent oleo mollificato ⁊ conferunt materiebus q̄ currunt ex eis facto acool. Fide. dixit ꝙ cinis rosarꝫ combustarꝫ. oculos siccat ⁊ sanat immissus. ¶ Alc. dixit q̄ comburuntur concule marine ⁊ ponūt in oculo desiccant humiditates oculi ⁊ ualet ulceribus oculi ⁊ strin gunt sanguinem.

¶ Secunda pars huius tractatus est de egritudinibus in quantitate et figura ipius oculi.

¶ Capitulum primum de ingrossatione totius oculi et de eius opposita macillentia et diminutione.

INgrossatio et eminentia oculi fit tripliciter secundum Anicennam aut propter inflationem ⁊ repletionem alicuius materie aut propter uehementem coartationem ad exteriora quam Jesus uocat suffocationem sicut apparet in uomitu et in clamore ⁊ in labore partus. aut propter vehementem mollificatōem lacertorum eius. Et minoratio eius fit a causis ꝯtrariis euacuatis ⁊ ꝯsūptis vt i ethica et i febrib⁹ vigilaciuis: aut a cā contristāte aut a spasmo In cura ista habes duas intentiones: vna est uniuersalis ⁊ alia est particularis. ¶ Prima completur cum purgatione: fiat ergo purgatio cum pil'. cochiis l' cū pil l'. d̄ luce dieta sit ut dixi i ca p'l'o de optalmia uentosatio fiat crebra iuxta collum. ¶ Secunda intentō completur isto modo. ℞. succi prunellorum ⁊ foliorum oliue et madefiat pecia uel bombix et ponatur super oculuꝫ. Albucasis componit hoc. ¶ Recipe acacie aloes thuris sarcocolle añ. et fiat ex istis linitio lamina etiam plumbi posita super locum etiam ualet. Jesus dixit ꝙ lauare faciem cum aqua frigida salsa ualde prodest. Auicenna dix. ꝙ ex medicinis conferentibus in egressione et eminentia est ut fiat emplastrum cum farina fabarum ro thuris et albumine oui lapidis ematthitis cūm albumine oui multum ualet citonia etiam decocta cum lentibus etiam multum ualent. Et sief emathitis est mirabilis in hoc ⁊ uide receptam in libro quarto capitulo de ruptura cornee in macie et ꝓfunditate oculorꝫ. Regim

ethicorum multum prodest ⁊ fomentare oculo cum lacte tepido ⁊ aqua dulci tepida ⁊ inunge caput cum oleo uio. ⁊ emplastrum factū ex amido croco floribus uiolis cum lacte ⁊ medulla bouis proficit ualde.

¶ Capitulum secundum de strabositate oculoꝝ

Strabositas oculorum est uisio tortuosa ⁊ obliquatur et transponitur humor cristallinus et per consequens totus oculus uel ad latera uel ad superiora vel ad inferiora. vnde dicit Galienus quarto de accidenti ⁊ morbo si apud latera nihil dignum ratione nocet si sursum aut deorsum ducentia omnia apparere faciunt: ⁊ causa est quia species rei uise non uniuntur vt debent vniri. Et ideo quia nō vniuntur non causatur obita uisio ⁊ patet satis causa. ¶ Cause obliquitatis sunt quādoque extrinsece vt assiduitas aspectus ad parteꝫ istā ad quam fit obligatio vt facit impressio cum digitis sub oculis ⁊ appositio luminis uel picture ad vnam partem maxime in pueritia propter quam causam debent nutrices se multum cauere. ¶ Quandoqꝫ uero fit ad itra propter spasmum aut paralisim: vt etiam contingit in soda ⁊ epilensia ⁊ tortura que autem fit in pueris rectificari potest per contrarium aspectum: si candela uel aliud lucidum seu collocatum ad opposuam partem ad quam respiciat ponatur. ¶ Et dixit etiam Jesus laudat aquaꝫ pulmonis collirizatam. Et Auicen. laudat sanguinem turturis distillatum in causa sicca. ¶ Et dixit etiam ꝙ in strabositate facta ab humido confert caputpurgium factum cum succo foliorꝫ oliue. Et dixit etiam ꝙ in causa sicca frequenter oleo superponatur emplastrum ex albumine oui ⁊ oleo rosa. et pauco uino ⁊ plurimis teneatur. ¶ In adultis uero si accidit propter egritudinem aliquam cura illa est cura illarum egritudinum ⁊ patet.

¶ Capitulum tertium de exitu oculi et pupille.

Cum itaque oculis et proprie pupilla secundū Auicennaꝫ preter naturā egrediatur: maxime propter percussionem uel casum superponatur emplastrum factum ex farina fabarum et ro. et thure masculo ⁊ albumine oui Serapio facit hoc emplastrum sine thure. Et dixit etiam Serapio acacia confert eminentie oculi: ⁊ dixit etiam de foliis herbe que dicitur centum capita ꝙ quando emplastrantur cōferunt eminentie oculi: ⁊ dixit ossa dattilorum mixta cum melle conferunt exitui oculi. Dixit etiam emplastrum factum ex foliis rubi curat oculi eminentiam. ¶ Alchi. dixit quando fit emplastrum supra eminentiam oculi cū succo foliorum oliue ⁊ proprie siluestris reuocat eum intus verum Auicenna sic dixit succus foliorum omnium oliuarum confert egressioni oculorū ⁊ ulceribus cornee ⁊ fluxibus sed domestica sūt conuenientiora oculo ꝙ̄ siluestria. Et idē pnt folia contrita et decoctio foliorum facta fomētatione est vltima. Dixit etiam Auicenna folia mirti sedant optalmiam ⁊ exitum oculi. ¶ Si autem est eminentia pupille solius tunc conferunt quecunque dicta sunt in hoc capitulo oculo eminenti conferre ⁊ proprie emplastrum qd̄ fit ex farina fabarum et aliis. ¶ Alchi. dixit lapis turchisia est frigida et sicca ⁊ in medicinis ponitur oculorum creditur ꝙ stringit pupillam egredientem.

¶ Tertia pars huius tractatus est de coloratione oculorum. ¶ Capitulum primum est de denigrandis oculis qui nimis clari nascuntur et uarii et eorum qui ex egritudie glauci sunt.

Postquam facta est mentio de egritudinibus ipsorum angulorum oculi ⁊ de egritudinibus ī quantitate ⁊ in figura oculi quia cadunt dispositiones preter naturam quandoqꝫ in oculis ex parte oculorum ipsorum. Ideo de ipsis in hac parte dicam faciens initium a remotione albedinis oculi ⁊ hoc est quia frequenter infantes nascuntur cum oculis superflue glaucis siue uariis et dicuntur oculi gattinei ſm Dia. qui qualiter possint tingi nunc erit sermo. Rasis dixit ꝙ si puer nascitur cum oculis uariorum coloꝝ cum lactauerit eum mulier nigra statim per dies quinque vel septem assumet colorem accedentem ad nigredinem. ¶ Aliqui antiqui dixerunt ꝙ si caput liniatur pueri cum cinere auelanarum et oleo facit oculos tales nigros. Et Diascorides sic dixit ð auellana: dicunt aliqui corium eius cum oleo illinitum oculos gattineos inficere. Serapio uult ꝙ auellane ipe comburantur ⁊ cum oleo capita puerorꝫ inungantur Et Bartholomeus dixit ꝙ solus cortex cōburatur ⁊ sicut dictum est applicetur. Serapio dixit chimolea admisceatur ī alcohol ad denigrādum oculum. ¶ Si autem glaucedo oculorꝫ ex egritudine esset tunc sic dixit Alch. quando aqua croci distillatur in oculis ualet hominibus qui habent oculos glaucos ex egritudine. ¶ Et Auicenna dixit fit ex croco alcool ad ueritateꝫ acquisitam in egritudinibus. Ego etiam dico ꝙ quandoqꝫ denigrant albedines oculorum ð quibus imediate dicetur etiam conferunt ī hoc casu et etiam illa ⁊ aliq̄ que dicentur in capit'o de remotione cicatricis oculi hic ualent et proprie quod dicetur illic de gūma oliuarum quando oportet uideas.

¶ Capitulum secundum de albedine que appꝫ in oculo ⁊ de dealbando oculum cum oportet.

13

Causatur frequenter in oculo albedo quedam et albor que tamen non sunt uestigia ulceris sed ab aliqua subtili humiditate causantur de/ fluxu ad oculum. De hac in presenti dicemus fa cta purgatione et dieta ordinata ut in omni ca. presuppono. ¶ Serapio dixit cinamomum cu/ rat et aufert obscuritatem uisus et humiditatem lacteam que est in oculo tollit etiam colores al/ bum et fedum qui est in oculo oleum de fenu/ greco inunctum. ¶ Appulius dixit de albore q. est in oculis herbe rosmarini succũ commisces cum melle antiquo et inunges et liberabitur. Si. dixit quod succus edere terrestris in narem eiusdẽ partis immissus capite uehementer reflexo ex/ cludit alborem. ¶ Con. dixit stercus muris ualz albedinibus oculorum pulueri zatum et immis/ sum. Haliabas dixit vrina hominis prodest al bedini oculorum. ¶ Sera. dixit fex vrine anti/ que quando teritur cum oleo de alchanna albe dinem oculorum abstergit. ¶ Dixit etiam Ser. margarite sunt conuenientes in alcool et confe/ runt albedini oculorum et cordibus eius et de/ siccant humiditatem que est in oculo propterea quia fortificant neruos oculorum. Alc. dixit quod cathimia auri confert albedini oculi et initio aq̃ et confortat ipsum et cathimia argenti est proxia cathimie auri et fortior. Ego etiam non dubito quod que dicta sunt in precedenti ca. et que dicentᷣ in ca. de remotione cicatricis hic ualere et ꝓprie quod dicetur de gumma oliuarum. ¶ Si quis aũt uellet oculum dealbare sciat quod sic dixit. Ras. q collirizatum cum puluere ossis cornui incidit cecitatem propter albedinem que accidit in oculis eius. Scitis ergo fratres timentes dum parati quando oportet.

¶ Capitulum tertium de macula rubea et sangui nea que appet in oculo et ð ruborib⁹ q̃ i oculis appent potator et obscuritate oculi ꝓpẽ ꝑdcã.

Omisso rgimine euõnũ uniuersaliũ et particularium q̃ in hac dispõne oportet ꝑcedẽ sic in aliis solũ dicã particularia apꝓ bata q̃ in hac ĩtẽtiõe scripserũt auctores. ¶ Pro quo nota quod macula rubea nõ est aliud nisi san guis coadunatus adherens ipsi coniunctiue et causa est duplex quedam extrinseca ut percus sio et punctura ratione cuius frangitur uena et currit sanguis uersus coniunctiuam et ratione more congelatur ibi. ¶ Causa intrinseca põt eẽ habundantia sanguinis ratione cuius resudat aliqua pars ab ipsa coniunctiua vel aperiᷣ ue na ratione nimie mordicationis vel acuitatꝭ ra tione cuius potest macula rubea in coniunctiã Et circa hoc dixit Serapio quidam distillant sanguinem columbi dum est recens et calidus in oculo quando in oculo fuerit tarfa idest e/ gritudo sanguinis. Et quidam pennam extra hunt ab ala et exprimunt sanguinem qui est in ea in oculum: aut scindunt sub ala eius et sãgui nem accipiunt qui egreditur et imponunt cali dum. ¶ Et sanguinez ex ala uidetur Auicenna magis laudare. ¶ Et Alchinus dixit quod põitur talis sanguis in oculo quando ibi sunt uene ru bee vel caro. ¶ Et dixit etiam Serapio quan do distillatur in oculo loco sanguinis huius o leum rosa. facit idem nisi quia oportet quod distil letur oleum calidum secundum caliditatem sã guinis. ¶ Sanguinis autem iuuamentum in hoc non est nisi propter caliditatez cum tempe ramento sue complexionis. ¶ Alchinus ue ro dixit omne lac ualet rubedini oculorum que fit de reumate acuto et dixit etiam de caseo re centi sine sale si fit ex eo emplastrum ad rube dinẽ oculoꝝ. Fidel'. dixit prius sit ĩ aq̃ lot⁹ mt' totiẽs et cũ albũine oui et aqua ro. confectus. ¶ Et confert etiam humoribus calidis in ocu lo. ¶ Et Serapio dixit quod aqua lactis curat a/ postemata calida oculi et sanguinem qui venit ad oculum quando miscentur cum ea medici/ ne que faciunt ad hoc. ¶ Alchi. etiam dixit me dulla panis masticata in ieiuno ualet contra san guinem oculorum decurrentem et dixit etiam si masticetur ciminum et oculis immittatur sangui nem de eis mundat. Et alibi dixit masticetur ciminum et oculis immittatur sanguinem de eis mundat. ¶ Et Alc. alibi dixit masticeᷣ cimi num et ponatur cum oleo et distillatũ super vn gulam et sanguinem coagulatum in oculo. ¶ Et dixit etiam collirium factum ex succo semper/ uiue ualet rubedini oculorum. ¶ Dia. dixit flos et fructus citoniorum tumorem oculorum et san guinem tollunt. ¶ Auicen. dixit quod ysopus sicca cocta in aqua emplastrata confert tarfati. Fidel'. dixit pulmo ouis uel arietis appositus super o culum calidus cito sanguinem tollit. ¶ Dixit ẽt abscinthiũ recẽs tritũ cũz albumine oui et super positum per noctem oculo sanguinez et ruborẽ de quocunque humore sit tollit. ¶ Si autem of/ fuscatio sit in oculo a sanguine congelato tunc Auicen. dixit ex sale quidem cum oleo uel pas sulis et melle fit emplastruz super oculum et re/ soluit offuscationem sanguinis congelati in ip so. ¶ Et dixit etiam quod fabe cum melle et fe nugreco more emplastri superposite faciunt ob scuritati uisus et palpebris. ¶ Jesus in capi tulo proprie dixit sic quod in principio macu le rubee ubi est sanguis congelatus ad reper cutiendum debet stillare albumen oui bene agi tatum in oculo et quod oculus emplastretur ad ex cumbõ bice infusa in albumine oui et oleo ro saceo. ¶ Et consequenter sanguis dissoluaᷣ modis dictis s. quare cũ sanguine columbe vl' turturis: ut dixit Serap. de solo l' cũ isto. R. oli bani salis geme aã. ℥. i. pulueri zentur et dissol uantur et in lacte mulieris fiat collirium. ¶ Ar. aqua etiaz rafani distillata in oleo ualet. ¶ Suf fumigatio etiam facta ex decoctione ysopi apii et origani ualet. ¶ Rubores ẽt ocu lorum grossos qui quandoque in oculis

potatorum apparent tollit hoc. Recipe rute rosarum siccarum añ. M. i. buliantur i uino albo deinde colentur et colature addatur aloes epatici puluerizati drag. ii. thucie. ℥. i. litargirii argenti. ʒ. ſ. hec omnia puluerizata cum predicta decoctione buliant usque ad consumptionem duarum partium: deinde colentur et ex hoc oculi collirizentur.

¶ Capitulum quartum de citrinitate oculorum.

Dolorem autem oculorum qui quandoque in oculis corruptus apparet et qualiscunque sit et citrinus propriæ sic amouere ueteres preceperunt factis uniuersalibus Auicenna dixit oleum de fenugreco est bonum colori corrupto et prope in albis oculorum. ¶ Et dixit Auicenna citrinitatem oculorum ictericam tollit acetositas citri si oculus colorizetur ex ipso Isaac dixit soluit succus granorum granatorum acetosorum oculis immissus: succus etiam blete per nares attractus citrinitatem oculorum tollit puluis etiam tenuis condisi cum lacte mixtus et naribus attractus citrinitatem tollit et ictericiam ex oculis et facie. Alchinus dixit colloquintida curat ictericiam oculi quando fit sternutatio ex aqua decoctionis per nares imposita. ¶ Serap. dixit fit sternutatorium cum succo prassii icteri cis ad mundificandum colorem infectionis eorum in oculis facto caputpurgio. Ego etiam non dubito quod habentia alterare ad frigidum ipm epar etiam ualent ut sunt triasandali diarodon abbatis et vide descriptionem in antidotario mesue: flebotomia etiam de vena epatis multum ipm infrigidat: quare colera non ita ascendit ad partem superiorem: aqua etiam rafani distillata est in hoc medicina summa. similiter etiam comestio eupatorii ieiuno stomaco cum aceto est medicina propria. Nota tamen quod in principio citrinitatis oculorum ualet aqua ro. i processu non ualet etiam lotio loci cu aceto albo cum quo sit bulita camomilla Ego etiam non dubito quod multa ponuntur a dominis phisicis sicut a rasi et a uiatico et Gordonio et sic de aliis que proprie ualent sed ista chirurgico sufficiant.

Pars quarta de egritudinibus coniunctiue.

¶ Capitulum primum de ungula.

Postquam facta est mentio de egritudinibus angulorum oculi et de egritudinibus in quantitate et figura eius et de egritudinibus coniunctiue et quibus de aliquibus supra secundo et quinto libro dictum est ut de apostematibus et ulceribus nunc de ungula loquor. Et ungula secundum intentionem Auicen. uidetur esse excrescentia quedam particularis procedens a lacrimali super coniunctiuam usque ad corneam et pupillam: verumtamen plurimum oritur a lacrimali dextro quia a parte nasi et aliquando a siluestri sed raro. Aliqui dicunt quod ungula sic diffinitur. ungula est excrescentia in coniunctiua media extra inter dispositionem neruosam et carnosam et secundum eos dicitur media quia non est dura sicut neruus nec ita mollis sicut caro. Et hec passio aliquando est accidens quia ad illum morbum sequitur et aliquando egritudo est et fit a materia flegmatica ut plurimum grosse coagulata in coniunctiua fluens ad oculum et tunicas illas penetrans ratione sue raritatis. Et Alcoati ponit duas dispositiones ungularum: vnam ponit neruosam et aliam carnosam. Albucasis posuit adiposam sed ipam posuit sub carnosa que quidem est alba similis humiditati albe uel uini ut dicetur quam non capit uncus sed abscinditur dum tentat eleuari. Et propter hoc dicebat Auicenna quod ungule erant uariorum colorum quedam erant coloris citri et aliquando rubei et aliquando fusci vergentis ad albedinem. Et dicebat quod quedam erant recentes et leues que velociter diuiduntur et eleuantur Quedam antique et dure que non sunt facilis seperationis. Cause ungularum secundum benuenutum sunt humores grossi flegmatici et uiscosi a malo regimine generati: signa eorum sunt satis nota per ea que dicta sunt verum Jesus ponit differentiam inter panniculum et coniunctiuam et inter carnem lacrimalem et ungulam que nota sunt. Cura ista periculosa est eo quia periculum est in eleuando ungulam ne cornea vel coniunctiua rumpatur et etiam periculum est in gulam in incidendo quod tantum diminuatur de carne lacrimalis quod lacrime fiant perpetue. Consulit igitur Jesus vt caute eleuetur et quantumcunque salubriter eleuari poterit eleuetur: et residuum cum medicinis consumatur paulatiue quia nisi tota vno modo vel alio non remoueatur iterabitur vt dixit Jesus. ¶ In cura ista habes duas intentiones. Prima est in vniuersalibus: secunda in particularibus. Intentio uniuersalis sic completur: fiat purgatio sicut factum est i optalmia tria et sicut dicetur i ca. de cataracta.

¶ Dieta eorum declinet ad calidum et siccum eo quia materia est flatica. Secunda intentio completur hoc modo uideas si ungula est antiqua uel recens: si recens completur mollificando et resoluendo et abstergendo: fiat gº mollificatio cum vapore aut balneo aque calide ut dix. Auicē. et abstergatur cum collirio experto quod fit de ere usto et cal. adis et felle hirci partes equales misceantur et fiat colirium. Et ego dico quod si secum misceret aliquid mellis esset melius. Ad eandem intentionem ponit Jesus hoc sief vtile vngule et sebeli et uestigiis scabiei lacrimis et obscuritati cuius forma est ista. ℞. sedeg loti eris usti cachimie argenti salis indi baurach uiride eris piperis albi nigri spume maris añ. ʒ. viii. aloes sucotrini spice nardi gariofi. añ. ʒ. iiii. ʒ. zinziberis bellirici. ʒ. ii. terantur et cribellentur et molliantur et fiat sief cum uino et aqua feniculi. ¶ Ad eandem intentionem laudat Alcoati sief uiride cum uino et aqua feniculi dicto in scabie libro quarto cuius forma est hec. ¶ Recipe floris eris dragmas tres colcotar adusti dragmas duas arsenici rubei et cum succo rute dissoluti dragmam. i. ſ. fiat sief

Et est Rasis: ualet etiam sief hamec de quo fe ci mentionem in capitulo de scabie oculorum et uide illic. ¶ Dure autem ⁊ antique remouentur cum eleuatione et seperatione ⁊ proprie quando est leuis denudationis ⁊ eleuationis: que namque est alia perducit ad nocumentum: vt dixit Auicenna curatur ergo sic cum ferro aperta palpebra sic ꝙ non inuersetur suspendatur ungula per medium cum uncino et suspendatur superius si fuerit necessarium secundum uel tertium uncinum fiat et ipsa suspensa mittatur sub ea lancea aut piuma subtilis: aut plana que est tutior et cum illa lancea excorietur et lauetur leuiter ⁊ ingeniose et postea incidatur cum forficul' cauendo corneam vt est dictum et carnem lacrimalem: deinde in oleo distilletur sal et ciminum madefacta ut non incarnetur et super oculum ponatur albumen oui cum oleo rosa. ut oculus non apostemetur et moueat patiens oculum ut non inuiscetur et in tribus diebus remittetur: residuum quod remanet remouetur cum sief uiridi ⁊ de calcanto. ¶ Et licet Gerardus de solo hunc modum ponat. fuit tamen mod' iste Jesus. ¶ Secundus modus est Auicenne ⁊ Albucasis etiam Alcoati et Haliabatis et Bruni aperiatur palpebra et eleuetur ungula cum uncino et inter ipsam ungulam et coniunctiuam ponatur filum de serico uel seta cum acu subtili curuata et consequenter capias setam ex duobus capitibus et excories ungulam primo uersus pupillam deinde uersus lacrimale et post ut dictum est cum forficibus incidatur et ut dictum est in primo modo consequenter procedatur. ¶ Loquar modo de simplicibus ⁊ quia inuenio aliqua simplicia ualere in ungula solum et aliqua in sebel et in ungula et aliqua in panno et in ungula. ¶ Ideo primo faciam mentionem de his simplicibus que solum in ungula et panno conueniunt. ¶ Circa primum primo dixit Dia. in ungula confert succ' radicum dragontee collirizat' cum melle ⁊ dixit etiam succus marubii interiorib' oculi putredibus et obtusioni visus bene conuenit. Et idem dixit de succo prassii in capitulo proprio ita ꝙ secundum ipsum aliud est prassium ⁊ aliud marubium: licet Galie. uelit ꝙ sint idem ⁊ omnes moderni. Auicen. dixit vngule confert succ' riquilicie aut radix ipsius subtilissime dissoluta quando ex ipsis cum melle fiat collirium ⁊ in corporibus mollibus valet. Serapio dixit succus granorum granatorum acetosorum confert ungule oculi quando cum eo fit collirium. ¶ Et Bartho. dixit ꝙ addatur sibi mel uel zucharum Et dixit etiam lac titimali conueniens est ungule oculi. Alch. dixit quando masticatur ciminum ⁊ de illo succo ponatur in oculo vbi est ualet ⁊ stringit sanguinem qui ex vngula prouenit. ¶ Serapio etiam dixit sal aufert carnem superfluam que crescit in oculo ⁊ liquefacit vngulam que crescit in eo: ⁊ flos salicis conuenit humiditatibus visui et maculis que fiunt ex consolidatione ulceris cornee. Et Bartho. dixit ꝙ uratur ⁊ teratur subtilissime ⁊ cum albumine oui [illegible] zetur. ¶ Et dixit etiam erugo ferri cum aceto confert vngule oculi. ¶ Et Bartholo. dixit ꝙ sit subtilissime trita ⁊ cum melle misceatur confert etiam in vngula alumen dissolutum cum aqua uel lacte vel albumine conquassato ⁊ immissum confert etiam hoc ad caliginem uisus que est propter aquam ⁊ principium catharacte Haliabas sic dixit de semine carui masticatur ⁊ exprimatur aqua eius ⁊ impellatur in oculo in quo est vngula ⁊ pecia idest pannus prodest ei ⁊ amputat ab eo fluentem sanguinem.

¶ Capitulum secundum de sebel.

Auicenna dixit sebel est panniculus accidens in oculo ex inflatione uenarum apparentium in superficie coniunctiue ⁊ cornee ⁊ inter texturam ipsarum est apparentia sicut nebula fumosa ⁊ est cum pruritu lacrimis ⁊ ulceribus ⁊ palpebrarum grossitudine ⁊ scabiositate etiam lucis offensione. ¶ Alii dixerunt ꝙ sebel est morbus officialis causatus ex repletione uenarum oculi ⁊ maxime coniunctiue. ¶ Et primo est egritudo in uia quia est opilatio ex multitudine grossi sanguinis ⁊ est in figura quoniam in oculo est gibbositas ratione repletionis humorum hic existentium. Alius est morb' hic in quantitate quia fit ibi additio preter naturam. Alius est morbus in qualitate quoniam ibi sunt uene plene sanguine alterantes totum. Ali' est in situ quoniam in superficie est aliquid quod debet esse in profundo est autem duob' modis ut dicit Auicen. quidam est qui uenit per uenas interiores quidam est qui uenit per uenas exteriores. Si autem ista dispositio sit propter uenas extrinsecas est rubedo magna in facie ⁊ dolor est in facie ⁊ in superciliis. Si autem ista dispositio sit propter uenas intrinsecas tunc quando uadunt ad solem est stramutatio et dolor in profundo. ¶ Dixit tamen Rasis ꝙ scabies ⁊ sebel sunt graues ⁊ mansibiles dispositiones ⁊ uix curabiles ⁊ hoc est propter sanguinem existentem in aliis uenis ineptum resolutioni. Et per Auicennam dicitur ꝙ est de morbis hereditariis et ꝙ denuo ad alium mutatur: ⁊ dixit etiam ꝙ in sebel pupilla minoratur plerumque ⁊ nimis minuitur. ¶ In cura ista habes tres intentiones Prima est in regimine uniuersali. Secunda in particulari: purgatio et dieta fiant ut dictum est in optalmia: ⁊ in lacrimis et ulceribus oculorum ⁊ uide illic. ⁊ similiter flebotomia et diuersiones eodem modo fiant. ¶ Secunda intentio completur eodem modo sicut dictum est in quarto li. capl'. de scabie ⁊ ideo pro cura ista uide illic: ⁊ ideo Ras. posuit curam scabiei ⁊ sebel sit alcool factum ex cortice ouorum recentium gallinarum decem diebus in aceto temperatur ⁊ postea in umbra desiccatorum et tritorum et cribellatorum ut fiat

alcohol multum ualet et in sebel etiã expertum Et Auicenna et Alcoati ꝛ Azarauius hoc cõ mendant ad eandem intentionem commẽdant sief uiride supra positum capitulo de scabie: ua let et puluis iste. Recipe piperis zinziberis mi rabolanorum citrinorum indorum remotis os sibus ana. ʒ. v. aloes succotrini. ʒ. i. s. spume ma ris dragmas vi. minii dragmas. v. cassie lignee gariofili añ. dragmas tres salis armoniaci drag mam unam terantur et cribellentur in modũ pul ueris. ¶ De simplicibus dixit Serapio gariofi li intrant in medicinis que acuunt uisum: remo uent autem uisus obscuritatem et conferunt se bel. Auicenna dixit ꝙ ciminum masticatur cũ sale et distillatur sputum supra scabiem ꝛ sebel ꝛ ungulam abscissam prohibet adherẽtiam.

¶ Pars quinta de egritudinibus corne.
Capitulum primum de maculis cornee.

Sequitur modo de passionibus cornee ꝛ quia de aliquibus superius facta est men tio. Hic de aliis faciam mentõnez intellige tamen ꝙ macula est quo dammodo genus ad uestigium seu cicatricem et ad albuginem et pannum et nebulam et telã et ad lenticulam seu perlam. ¶ Differunt autez secundum magis et minus quia in subtilitate grossicie superficie et profunditate: nubes autẽ fit ex subtiliori et pauciori materia ꝗ̃ aliqua i starum. Ideo remouetur citius. ¶ Est nubes quando uidetur alicui ꝙ habeat rotam in ocu lo et hoc non est nisi ex materia flegmatica q̃ est super corneam impediens uisum: macula fit ex grossiori materia ꝗ̃ albugo. Et ideo magis profundatur. ¶ Sunt autem omnes dispositio nes iste albedines quedam que aliquando no cent uisui. Et istarum albedinum quedam sũt subtiles que non transeunt superficiem cornee. quedam sunt grosse que primum aut secũdum corticem transeunt: ꝛ quedam sunt plane ꝛ que dam quodammõ eleuate. Cause ãt harꝝ primi tiue sunt: casus percussio uulnus apostema fri gus ꝛ calor excessiuꝰ. Cã ãtecedẽs sũt hũores grossi in oculũ descẽdentes flegmatici. Cã cõ iũcta ipsaꝝ ẽ materia in loco inuiscata ꝛ indurata aut cicatrix q̃ pꝰ cõsolidationẽ ulceꝝ remansit. Signa maculaꝝ sũt nota ex uisu qꝛ macule sũt extra ad differẽtiã catharactarũ ꝛ sanici ꝛ albe dinis cristallie q̃ sũt retro corneã ꝛ sunt sie cõ cauatiõe ad differẽtiã ulcerũ que sũt cũ conca uatione: nã dcĩ ẽ ulcera cornee sũt alba. Con iunctie rubea ꝛ ẽt sũt sine eleuatione notabili ad differẽtiã bothoris q̃ sũt eleuati. Signũ aũt ꝙ sit cicatrix hẽtur p foramẽ oblongũ ꝛ per ul cus ꝛ p illa q̃ pcesserũt macule ãt cicatrizalis n̄ pñt curari ꝛ nõ mirũ qꝛ mẽbrũ ẽ spermaticum qꝛ cornea. decorari aũt ꝛ tingi possũt ut patebit

Et ideo Guil. de va. dixit pannus si sit ab icar natione ulceris non sanatur. Difficulter autem si eueniat aliter. In cura ista habes duas intẽ tiones: una est in debita dieta et purgatione: se cunda est in localibus. Dieta eius sit sicut dcĩ est in apostematibus frigidis oculi libro secun do ꝛ dicetur in catharactis. ꝛ eodem modo di co de euacuatione ꝛ non miruz quia fiunt iste dispositõnes a materia flegmatica saluo ꝙ Je sus dixit ꝙ in maculis purgatio non habet lo cum neqꝫ necessitatẽ nisi oculus supercalefie ret quod contingit faciliter in maculis uenatis quarum materia a cerebro descendit. ¶ Secun da intentio sic completur ꝛ specialiter in macu la que est recens ꝛ subtilis abstergendo cum li gua ut faciunt sepe iste mulieres. ¶ Auicenna ꝛ Alchoati dixerunt ꝙ suffumigetur cum aq̃ calida et utatur balneo ꝛ ratio est quia p hunc modum digeritur: ꝛ aliqui faciunt cum decocti one raparum et aliqui cum decoctione fenicli et aliqui cum decoctione malue ꝛ aliqui cum decoctione bismalue ꝛ aliqui cum decoctione palee et collirizetur locus cum aqua papaueris rubei et centauree minoris mixte cum melle et succus lingue passerine ꝛ vulgus uocat eam i rundinariam facit mirabilia in isto casu. ¶ Di xit etiam Dia. et Gordonius inde testatur. Et a liqui faciunt collirium ut Auicenna cum succo papaueris rubei et centauree mioris facto resi dentia añ. drag. v. mellis. ʒ. i. Et idem põit Ber nardus de gordonio. Aliud Gerardi de solo si bi spãle. ℞. stercoris irũdinũ subtilit̃ pulueriza ti. ʒ. s. sani mellis quod sufficit ad incorporan dũ ꝛ distẽperetur cũ aqua eufragie et fiat colli riũ. Aliud ad idẽ uiatici. ℞. spũe maris. ʒ. ii. zuca. albi. ʒ. i. fiat puluis subtilissimus. Rogerius di xit hoc ualere. ℞. ceruse lote pt. ii. floris eris p tẽ unã: terantur cõtritiõe ultima ꝛ põatur i uase mũdo cũ vino albo et succo rute ꝛ celidonie ꝛ dimittatur per diem et noctem: deinde cũ pãno distillando colletur fiet aqua que in oculis po natur. ¶ Et acana moises laudat hoc. ¶ Recipe thuciam alexandrinam cum camphora et mo dicum de zinzibere et pipere puluerizata et mi xta et imponatur si macula fuerit grossa et ue nosa consilium doctorum est ꝙ premissis uni uersalibus colligantur ille uene et super coniũ ctiuam incidãtur et reliqua fiãt que dicta sunt in ungule eleuatione. ¶ Alie autem macule grosse i quibus non sunt uene grosse fortibus indigent medicaminibus. Quare ergo oportet ꝙ mollificentur cum euaporatione decoctiõis palee ordei uiol' camomille melliloti maluarũ et fenugreci et cum aqua decoctionis predicte oculis fomententur. ¶ Consequenter facto hoc abstergatur cum puluere isto. ¶ Recipe ossis si pie dragmam unam zinziberis albi dragmam s. piperis. ℈. unum et inde fiat puluis bene sub tilis et super ipsam maculam modicum cum proba lata imponatur et clauso oculo cum pul pa digiti super palpebram aliqualiter fricetur

Et omnes medicine eradicantes ungulam et sebel ⁊ scabiem sunt maculis convenientes et propter hoc dicebat Jesus ꝙ ītentio tua sit qñ do uolueris eradicare albedinem ꝙ post īgressum balnei utatur sief uiridi dicto in scabie: ⁊ post hoc ualz stercoris laceti.ʒ.iii. nitri.ʒ.v.spume maris corticis oui añ.ʒ.iii.margaritarum ñ perforatarum tucie coralli añ.ʒ.ii.ƒ.uiridis eris ʒ.i.musci gra.ii.terantur omnia et utantur. Ad eandem ītentionem conueniunt Rasis et Auicenna.Azarauius et beben mesue. ℞.massacumie et est nitrum male coctum secundū Dinuz Et loco eius dicunt aliqui ꝙ accipiatur rasatura uiridis nastorum ultramarinoꝝ stercoris laceti spūe maris baurach zuchari tabarzet añ. terantur subtilissime ⁊ ponātur in lib.i.aq̄ decoctionis feniculi acori añ.ʒ.i.tantū decoquātur ꝙ redeat ad.ʒ.iii.ↄterātur insimul et conterendo exiccētur ⁊ fiat alcohol ⁊ utat̄. Et balsamus in hoc ēt multum ualet.Et puluis auri triti ualet: ⁊ fimus irundīs ualet ↄfectus cū melle et ī hoc ē certū ut dixit Azarauius ⁊ Jesus idē uoluit.Si macula fuerit adipina accipe spatumē subtile et rade cū eo ungulā uel maculam illaz cū subtilitate. Deiñ appone colliria abstergētia ⁊ totiēs reiteret̄ opatio illic donec rēoueat̄ dolor ab oculo aut apa: ⁊ tūc curentur ista prio ⁊ reiterētur postea.Jn cāu q° ista nō ↄferant:consulit̄ decoratio ⁊ tīctura p magistros.Ad quaz tincturā Jesus ↄmendat lac asinaꝝ ⁊ istud alcohol. ℞.gallaꝝ acacie añ.ptē.i.calcāti partē.ƒ.⁊ ēt ↄmendatur hoc sief. ℞.florum maloꝝ granatoꝝ calcadis acacie gūmi arabici añ.ʒ.i.ātimo. ʒ.iii.gallarū.ʒ.ii.terātur ⁊ fiat sief cū succo florū papaueris.De simplicibus Auic. sic dixit cinamomū ↄfert tenebrosiati ↄmestū ⁊ colliriū ex eo factū liq̄facit hūiditatē grossā oculi:dixit ēt gario.abstergit uisū ⁊ ↄfert pāno sed ex puluere subtilissimo fiat alcohol secūdū Auic.pānum qui est in pupilla tollit licium ⁊ maxime indū ⁊ abstergit corneam ⁊ secundū quosdam sit cū melle mixtum ⁊ collirizatū:dixit etiam ebanū abstergit pannum oculi ⁊ albuginem.Et dicit ēt cinis mirti ponitur loco tucie ⁊ ↄfert pāno.Et dixit iterum sit de balsamo abstergit pannum oculi ipm ⁊ oleum eius. Dixit etiam sinapis trita ⁊ mixta cum melle sanat pannum. Et dixit crocus cum lacte mulieris collirizat° abstergit uisū et confert ad pannum. Et dixit adeps uipere cōfert panno ⁊ aq̄: ⁊ dixit ꝙ cinis omnis ostraci cum carne sua usti delet pannū: Et dixit flos salis proprie confert panno ⁊ albugini ⁊ grossitudini eius ⁊ grossitudini cornee ⁊ abstergit oculum et sordes ulceris eius ⁊ aquam et albuginez.Et dixit etiaz lac fic° cū melle confert panno humido ⁊ inceptōni aque descendentis ⁊ grossitudini palpebrarum. Constantinus dixit serapinum abstergit oculū a pāno ab hūore g°sso cāto. Dix.ēt cōtex oui collirizat° oclīs imiss° pānū rūpit ⁊ ulcēa sanat Sera.dixit sal armoniacū diminuit albedinem oculi siue pannū.Quia dixi me dicere i hoc.ca de his que cōueniunt vngule ⁊ panno. Jdeo modo de his loquar cōfert ungule ⁊ omni macule grosse oculi lac ficus qñ cum melle coquitur ⁊ fit inde collirium.Et idē pōt succus foliorum ⁊ extremitatum eius ⁊ in hoc ⁊ in omibus est fortior succus siluestris.Et dixerūt etiā aliqui antiqui ꝙ vngule ⁊ panno confert colliriū factū ex succo trifolii cū melle ⁊ ex semine ei° Confert etiā ungule ⁊ panno piper lōgum quādo assatur epar capre ⁊ miscetur ⁊ fit inde colliriū ex eis:non dubito ēt ꝙ uniuersaliter q̄ cōpetūt in panno ungula ⁊ sebel ⁊ hic competūt: quare uideas ista ca.adinuicem cum erit opus:

¶ Capitulum secundum de catharacta.

Catharacta ē quedam macula pannicularum extñs infra oculum coram pupilla qua uisus prohibetur: ⁊ ex hūiditate extrāea descendēte in oculum diuturnitate tpis frigiditate oculi congelata. Hec nanqꝫ humiditas aliqñ descendit de humiditatibus ipsius oculi ⁊ maxime ab humore sanguineo albugineo ut dicebat Galien. quarto de accidenti ⁊ morbo aliquando descēdit de stomaco ⁊ cerebro in forma fumi ⁊ uaporis postea intus oculum in aquam conuertit̄ ¶ Et in quarto interiorum dicitur fieri de causa communicata. Hec nanqꝫ humiditas ut dicit Jesus congregatur inter corneam ⁊ uueam secūdum tamen Galienum quarto utilitatum congregatur inter albugineum ⁊ cristallinum ⁊ de hoc modo non disputo. Jntellige tamen ꝙ catharacta secundum sua tria tempora tria sortit̄ nomina. Quantum ad sui principium dicit̄ imaginatio seu fantasia eo quia facit apparere i aere diuersas res que non sunt quantū ad sui medium dicitur aqua descendens seu gutta uel nebula eo quia uidetur infra pupillam ut nebula aquosa quantum ad sui finem. Dicitur catharacta quia prohibet uisum ut catharacta oculi ꝓhibet lumen solis. ¶ Hec nanque catharacta secundum Galie. ubi supra diuersificatur quandoqꝫ in quantitate quandoqꝫ in substantia quādoqꝫ in qualitate: secundum quātitatem ꝯo qꝛ quandoqꝫ ita est magna ꝙ occupat totā pupillā ⁊ prohibet totum uisum ¶ Quandoque uero non occupat nisi partem ⁊ tunc res uidetur diuersarum formarum: unde res uidentur lunares fenestrate ⁊ ob longe ¶ Jn substantia uero sunt diuersitatates quare quandoqꝫ est subtilis ⁊ mobilis ⁊ tunc uidentur res obumbrate ac si pannus etiam supra oculum ⁊ aliquando uidentur res similes cordis pilis ⁊ muscis ⁊ radiis ascendentibus ⁊ descendentibus ⁊ laterantib° secundum ꝙ materia mouetur quandoqꝫ est ita grossa ꝙ fōme reꝝ ap̄hēdūt̄. Jn q̄litate diuersificat̄ qꝛ qñqꝫ ē citrina ⁊ qñqꝫ nigra ⁊ ṽena. A. āt pōit vi.varietates coloꝝ cathar actaꝝ qꝛ diuidit albā in margaritalē ⁊ gipsealē Beneuenut° ponit septem quia posuit uiridem Alcoati posuit decem qa addit rubeā aregētinā ⁊ uitreal:

Jesus posuit duodecim quia posuit unā simi lem argento uiuo et liuidam. Cause istarꝫ cata ractarum quedam sunt primitiue ut casus et percussio febres dolō capitis frigiditas nimia et oculi debilitas. ¶ Quedam sunt anteceden tes ut mali fumi vaporosi a malis humoribus ꝛ grossis cibis et male digestis eleuati. ¶ Que dam sunt cause coniuncte ꝛ iste sunt materie existentes in oculo facientes catharactam.

¶ Nota ꝙ distinguitur catharacta a gutta serena quia catharacta uidetur macula infra pupillam Signa catharactarum confirmatarum sunt cō turbatio pupille minoratio uisus et appreben sio dolorum et fantasiarum dictarum in aere.

¶ Signa arguentia causam ex qua catharacta procedit: habentur quarto interiorum: et breui ter sunt tria. Primo quia si procedit a chacho chimia uētris imagines in āmbob⁹ ocl'is appēt. Si uero ab oculo procedāt imagines in altero apparēt. 2⁰ cognoscit̄ secūdū tēpus: si enim tria aut q̄ttuor mēsium steterit aut amplior ꝛ nihil appareat nebulosū in oculo a uētre ꝓcedit. Si uero apparuit aliquid nebulosū ab ocul' uenit Tertio cognoscitur propter periodum. Si ue ro contingat fantasia et aliquando ipsa interpo latur maxime post digestionem et assumptōes medicinarum sentiant hora aduētus fantasiaꝝ mordicationem in stomaco a uentre procedit. Si uero uisio fantasiarū non interpoletur ne q̄ per bonum regimen neq̄ per euacuationem scire oportet hoc esse non per compassionem sed per dispositionem propriam. Et cum in ca pite sunt dolores fortes et cum hoc est lesio v̄ tutis imaginatiue ut declarat etiam Galie. quar to interiorum: et pro maiori noticia uide illic. Et Galienus etiam quarto de accidenti ꝛ mor bo primo capitulo satis pertractat hanc mate/ riam quare etiam illic uide. Debes scire primo ꝙ gutta serena non curatur quia ē opilatio ner ui aut materia mala inepta ad operandum. De bes scire secundo ꝙ catharacta que non dila/ tatur clauso oculo alio per aliquam fricationē et compressionem aliquam ꝛ nihil uidet est ni mis dura ꝛ antiquata quare non est subiicibil' alicui neq̄ potest bene deponi ut etiam Galie nus dicit quarto de accidenti ꝛ si deponat̄ sta tim reuertitur ꝛ reascendit. Debes scire tertio ꝙ catharacta que cum dilatatur per fricatiōem non constringitur sed remanet sparsa ꝛ adhuc uidet formas rerum et non transiuit tres ānos est nimis tenuis ꝛ non confirmata ꝛ ideo non subiicibilis alicui quia non posset duci cum i strumento quia instrumentum transiret per eā sicut per aquam non bene congelatam. ¶ De bes scire quarto ꝙ catharacta que est boni co loris aerei uel celestini cum quadam albedie ꝛ reducitur ad formam suam quando dilatat̄: ꝛ uidet aliquam claritatem uel transfluentiam est mediocris et satis confirmata quare est o bediens ꝛ subiicibilis ad operandum. ¶ De bes scire quinto ꝙ catharacta cuius pupilla p fricationem neque per sufflationem neque per alterius oculi clausionem non dilatatur non ē acceptabilis quia est cum opilatione nerui op/ tici ꝛ posito ꝙ deponeretur non uideret aliq̄d

¶ Debes scire sexto secundum beneuenutum ꝙ catharacta nigra et serenata et citrina ꝛ cu⁹ pupilla est tota dilatata non est laudabilis.

¶ Debes scire septimo secundum Alcoati ꝙ in catharactis que fiunt in hominibus habentib⁹ oculos malos aut in habentibus dolorem in capite aut in oculis uel tussim uel sternutatōnē reuma vel uomitū aut aliquā infirmitatem mo lestam non est operandum quia est periculum de commotione accidentis ꝛ reditione catha/ racte. ¶ Debes scire ergo secundum Jesum ꝙ catharacta que fit a casu uel percussione non ē laudabilis: non ergo secures te in opere catha/ ractarum quia medicine in eis parum proftci unt ꝛ operatio parum cum acu est satis deluto sa precipue quando non est bene diiudicata: p missiones autem ipsarum medicinarum sūt m l' te ꝛ magne: operatio uero ipsarum medicinarū aliquando nulla aliquando uero parua. Et ꝓ/ pter hoc omnes ualentes uiri operationes cū ferro cursoribus dimiserunt. tempus congruū ad deponendum catharactam debet esse claꝝ serenum quietum septentrionale non meridio/ nale ut dixit Jesus. ¶ Et debet fieri de mense septembris uel circa eo quia tempus non est multum calidum neque frigidum sic ꝙ ledat pacientem. ¶ Instrumentum quo deponuntur catharacte sunt acus ꝛ debent esse mediocri ter subtiles ꝛ longe: ꝛ manubrium debet esse longum aptum ad tenendum. ¶ Et aliqui di cunt ꝙ debet esse de argento. Et aliqui dicūt ꝙ debet esse de auro et aliqui dicunt ꝙ sunt bone de ferro bene tractabili. ¶ In cura ca tharacte habes tres intentiones. ¶ Prima est in dieta. Secunda in purgatione. Tertia in lo calibus. ¶ Prima intentio sic completur.

¶ Et primo debes scire ꝙ catharacta indiget duplici dieta: vna ante confirmationem ꝛ alia post confirmationem ꝛ operationem cum fer ro. ¶ Ante autem confirmationem siquis uult eam curare cum medicinis oportet ꝙ teneat bo nam dietam et bonum regimen in sex rebus non naturalibus. ¶ Declinent ergo ad calidi tatem ꝛ siccitatem cum subtiliatione ut est aer cibus et potus: Inanitio ꝛ repletio somnus et uigilia motus et quies et anime accidentia.

¶ Et quia satis dictum est de ipsa in aposte/ matibus oculi frigidis quia de optalmia: ideo supersedeo. ¶ In summa tamen dico ꝙ est cauendum a cibariis que in se istas tres aggre gant proprietates: Quarum prima est humoro/ sitatem ꝛ cruditatem cibariorum fugiat ut san guis generatus ab eis non fit flegmaticus.

¶ Secunda est grossiciem ꝛ euaporositatem fugiat ut non offendant stomacum neque ca put. ¶ Tertia est constrictōne immo laxent uē trem ut materia uice post uicem nō aggregetur.

Et ꝑpter hoc frigidus et hũidus aer et panis crudus et azimus et legumĩa et caules et case⁹ fruct⁹ carnes g°sse ꝛ uiscose ꝛ pinguedo ĩsup pisces ꝛ pot⁹ aq̄s turbulentus crapula et indigestio a cõitate medicorum ꝓhibetur. Rasis dixit in spāli ꝙ acuta sicut est cepe ꝛ allea sinapis et eruca atq₃ porri nocumētũ adducũt ꝛ oc̄los obscurant ꝓpter caliditatē quā habent uaporosam. Et Auēzoar dixit iuuat aũt tales abstinētia maxime serotina et sobrietas in potu ꝛ us⁹ feniculi de quo dicit democritus ualere ſm Anicen. exercitare oculos in legēdo litteras nõ subtiles ꝛ in respiciēdo picturas ꝑficit ꝛ corroborat uisũ ut dixit Ras ꝛ submergē oculos apertos in aq̄ decoctionis croci ꝓfert ut dicit Auenzoar ꝛ probatũ ē ꝛ apertis oculis submergi ꝛ ĩgredi aquā clarā uiridē ꝛ stare p⁹ per horā ĩ uisus cõfortatione ꝛ comestio eufragie mirabile dat iuuamẽtũ ut dixit heben mesue ꝛ liquõ epatis irci cũ assatur collirizat⁹ in oculo ualet: ꝛ si lardaret̄ cũ pipere lõgo ꝛ sale nitro meliorat̄ ei⁹ effectus. Laudat Anicē. ꝓprie in iuuētute ꝛ estiuo tēpore ita tamen ꝙ ista aq̄ nõ sit frigida ꝛ sit in uase uiridi: disgregat aũt aquā et inspicere fortiter in oculo asini siluestris disgregat aquā ut dixit Auenzoar ꝛ speculũ de calibe laudant ad hoc ꝑspectiui. Et Rainaldus de uilla noua dicit herbarũ uiriditas aquarũ puritas gēmarꝫ preciositas itnitũ refociliant ꝛ per ꝯsequēs aquā digerũt et resoluũt ꝛ fricatio pedũ ul̄ lotio capitis atq₃ pectinatio materias ab oculis ꝛ a capite euacuant et diuertũt ut idē dicit ꝛ frequēs inspiratio pueri qui sepe sem̄ feniculi aut aliquod acutũ aquā digerit et cõsũit ꝛ disꝑgit: ꝛ iō consulebat̄ per Thadeũ uti ista trageā d̄ semine feniculi anisi ameos sileris mõtani zinziberis gariof. cubebaꝝ pipis longi nucis muscate radicis celidonie eufragie rute betonice ꝛ d̄ his põt fieri puluis aut electuariũ et uti mane ꝛ sero modicũ sine potu. Secũda intẽtio ꝯpletur cũ euacuantib⁹: euacuet̄ materia cũ iera pigra uel cũ pillulis cochiis uel cũ pillulis aureis sirupus sit de sticados cũ aqua maiorane si materia sit in capite: si in stõaco sirup⁹ sit de absinthio uel de m̄ta et nullo mõ ĩ illis fiat flobotomia: ꝛ cā ē quia illa ē materia flegmatica q̄ n̄ indiget euõne sanguĩs qui est frenũ eius: põt ēt purgari cap̄ cũ pillulis diacastoreis dissoluta uiua cũ aq̄ maiorane: ꝛ hoc ē quod dicebat Aui. In p̄cedentibus uero in aquā oꝫ ut ĩcipias et corpus mũdifices: deinde uēias ad mũdificādũ cap̄ cũ gargarismis et cappurgiis ꝛ masticationib⁹: ꝛ oꝫ ut illud fiat frequēter ualde: nam scriptũ ē in oculis paciēte adiaria capi bonũ ē Regimē quod ꝯpetit ĩ catharacta cõfirmata ē in casu in quo sit suspitio ꝙ sit bene ꝯfirmata utat̄ ꝛ cepis et alleis ꝛ aliis rebus ꝓhibitis superius et ĩ eo addat̄ et firmior fiat ꝛ hoc ē etiā q̄d dicebat Auicenna et quando uoluntas adest ut fiat cura cum instrumento precipitur habenti aquam ut nutriatur piscibus humectatis

Deinde fiat cura: sed regimen quod cõuenit post depositionem est quies silentiũ et obscuritas et iaceat in lecto capite eleuato et parum comedat et que comedit sint mollia que non ĩdigeant concussione ut fercula et oua sorbilia ēt aqua sit potus eius aut ut dixit Jesus uinus acerbum. Tertia intentõ completur hoc modo in principio antequam sit congelata fiat cũ medicinis incisiuis subtiliatiuis et consumptiuis. Et incipiatur secundũ Auicennam a lenitiuis sicut a feniculo cum melle ꝛ oleo: ꝛ si oleum esset de balsamo esset spes ĩ illo. Et Galienus laudat collirium de mirra: ꝛ Rasis commendat collirium de fellib⁹. Recipe fellis gruis accipitris aquile uel hircinum unum ul̄ duo uel plura in uase eneo desiccatorũ partl. x. colloquintide serapini euforbii añ. partem. i. terantur et cum aqua feniculi et rubete fiat collirium Ad eandem intentionem dixit Jesus hoc collirium ualere. Recipe fellis uacce unum numero asse fetide. ʒ. i. balsami. ʒ. s. dissoluatur in uase uitreo et permittatur desiccari et fiat sief ad eandem intentionem. Dixit Gerardus de solo hoc ualere. Recipe fel̄ accipitris balsami añ. ℈. ii. ellebori albi piperis. ℈. i. puluerizāda puluerizentur subtilissime ꝛ misceantur omnia cũ aqua rafani distillata et fiat collirium. Aliud ad idem. Recipe salis armoniaci oppoponaci añ. ʒ. i. dissoluantur in lacte ficuum ꝛ fiat collirium. Aliud Rasis quod secundum ipsum in hoc casu est mirabile. Recipe spice nardi aur. x. agarici aur. xx. cinamomi aur. viii. masticis ad pondus omnium conficiantur cũ bono melle ꝛ omni die sumatur de eo. Expertum etiam est ut dicit Guil. de va. ꝙ cerebrum ouis quando desiccatur ꝛ cum puluere ipsius fiat collirium aut ex ipso mixto cum melle. Ad idē Recipe succi feniculi succi radicis rosmarini succi radicis arcori omnium depuratorum añ. aggregentur cum tanto melle dispumato quantũ ipsa sunt et fiat collirium ꝙ si caliditas aliqua appareat in oculo addimus albumen oui cum aqua ro. Item ad idem fiat caputpurgium. ℞. succi blete succi radicum acori omnium depuratorum quantum ipsa sunt et fiat collirium ꝙ si caliditas aliqua appareat in oculo addimus albumen oui cum aqua ro. Item ad idem: fiat cappur. ℞. succi blete suc. radicũ acori oĩuꝫ depuratoꝝ añ. et fiat ex eis cappurgiũ. Aliud etiā facit caputpurgium ex felle taurino ꝛ succo sicle aut puluere duri cuiusdam quod inuenitur in chistifellis ꝛ ipis naribus insuffletur. Item ualet ista saccelatio. Recipe spice aloes macis croci piperis ciperi nucis muscati añ. ꝛ fiat puluis grossus ex quo sacculus impleatur ꝛ locus sacceletur strictoriũ super timpora. Ad idem ℞. aloes cineris lane non lote añ. parteꝫ. i. pilorum leporis partē. s. sief memite thuris minuti añ. quartā ꝑtē terantur terenda ꝛ cum albumine oui ꝛ aliquãtulo aceti conglutinētur adinuiceꝫ ꝛ tēporibus applicētur. Gui. de va. dix. ego hũi

a fide digno ⁊ iurauit mihi plūries in aīa sua ꝙ tres perfecte sanauerat habentes cath""aractaȝ completam que cum his fuerunt deposite sine acu et est puluis iste. ℞. liquiricie munde zinzi beris electi galange seminis feniculi siler] mō tāi petrosilini añ. ℥. i. rute sicce eufragie sicce a/ momi ameos carpobalsami turbith boni añ. aur. ii. sene au. ʒ. piperis lōgi. ʒ. i. cinami cinamōi nucis mus. cubebarū ȝ carui añ. ʒ. s. aloes epatici aur. i. zuchari taberzed q̄tum sufficit et fiat pul uis dosis est coclear unum cum uino calido et potest accipi omni hora diei ⁊ si sepius accipi atur erit melius. ¶ Post uero aliquos dies ab usu pulueris tollatur fel hominis qui ab egritu dine non sit mortuus sed gladio uel aliter et dissoluatur cum tantundem balsami boni ⁊ in de oculus collirizetur. Deponetur enim catarat/ ta si deus uolet si cathbaracta fuerit confirmata: ⁊ subiicibilis acui est iudicata: facta purgatiōe et diuersione per clistere et ipso ieiuno existen te et consolato ⁊ sano omni alia passione priua to luna crescente ⁊ non in ariete peragrante al/ tero oculo ligato constituatur in bene claro lo/ co aperte lucis super scamnum bene firmatum ip̄m equitando et retro ip̄m sit bonus minister qui teneat bene suum cap̄ firme. Et redeat ma gister aliquantulum altius ip̄o patiente in eodē scamno tenendo patientis man⁹ subtus genua eiusdem patiētis ⁊ operatur amplexetur genua patientis cum tibiis suis ⁊ tunc aperiatur patiē tis oculus. ¶ Operetur enim in dextro oc'lo cū sinistra manu ⁊ in sinistro cum dextera manu. Deinde aperto oculo insuffletur in eo ter aut q̄ ter ut cathbaracta motum cū calore recipiat De inde p̄cipiat patienti ut uertat oculum uers⁹ na sum et teneat ip̄m firmū et in nomine domini intromittat acum in medio coniunctiue et tor/ quendo ip̄m et in pingendo et perforando quo usq̄ percipiat acum fore in uacuum. Et p̄ost v̄ tat acum post corneam et quando uidebis acū intus per corneam inpingat eam usq̄ ad medi um pupille ⁊ aliquantulū plus et tunc quodam modo plicando cathbaractam reapponat ip̄am i̅ ferius et hic teneat eam cum acu quantum dice ret pater noster ē ⁊ unū miserere. Et si cathbara cta resurgat totiens eam deponat cum acu ꝙ i̅/ ferius remaneat cauendo tamen de dilatione u uee ⁊ tactu humoris cristallini ⁊ postquam be ne confirmata fuerit et non resurrexerit extra// he acum uoluendo eam sicut eam intromisisti et tunc ad magnificandum artem tuam obum/ brato oculo cum caputio suo uel alia re ostēde sibi ip̄m solum semel et dicat quid est ⁊ con sequenter super oculum ponatur de cottōe bal neato in albumine oui et ligentur ambo oculi ut unus non moueat alium et quiescat ⁊ ducat caute ad locum obscurum ⁊ sit quietus et cap̄ teneat altum: prima die nihil comedat ⁊ non re mittetur usq̄ in crastinum diem uel ad tertiaȝ ut dicit Jesus et tūc remutetur ut prius bis mo do in die et non aperiatur oculus usq̄ ad nouē

dies et tunc lauato oculo cum aqua ro. ad suas redeat operationes. ¶ Et si cathbaracta rediret post primam remutationem ⁊ sedatōnem labo ris. Iterum deponatur si est possibile per ean dem formam et per eundem modū loquor mō de simplicibus. ¶ Et primo incipiam ab illo quod reperio de fellibus. Dia. dixit cathbaractas futuras fieri prohibet ⁊ tollit etiam caligines oculorum collirium factum cum felle testudis terranee mixto cum melle cocto sine fumo. Et idem potest caputpurgium factum ex eo et pro prie ex felle marine testudinis. ¶ Rasis dixit si collirizetur ex felle tortuce agrestis mixto cuȝ tantundem mellis tribus diebus ter in mane ⁊ ter in sero confert coadunationi in oculo: ē aūt tortuca agrestis ⁊ aquatica idem. ¶ Dixit etiam Rasis in felle boum reperitur quedam in mo/ dum lapidis ut macelatores mihi ostenderunt et i anathomia uni⁹ m[u]l[i]er[is] bonon̄. repi ut multi uiderunt ⁊ in naribus impositum iuuat illos q bus timetur ut aqua quiescens descendat in o culis eorum. ¶ Sextus Plato dixit fel taurinū cum melle maxime declarat caliginem ⁊ suffu sionem oculorum. ¶ Et Constantinus dixit fel irci ⁊ uulpis et aquile ualent in cathbaractis oculorum cum feniculo et melle. ¶ Dia. etiam dixit fel irci conuenit nebulis ⁊ suffusionibus incipientibus oculorum. ¶ Et dixit etiaȝ Dia. perdicis et pauonis et caponis albi omnium il lorum fella unam in se habent uirtutem: faciūt denique ad suffusionem oculorum et caliginem Chirannus dixit fel magni uulturis cum suc co prasii et melle soluit omnem caliginēȝ ⁊ suf fusionem summe sanat. ¶ Serapio dixit fel scorpionis marini ⁊ galli sunt magne v̄tutis. Sunt enim utilia multum ad aquam descendē tem ad oculum. Galienus dixit idem potest fel perdicis et poce. ¶ Serapio etiam dixit scōpi ones marini quādo comeditur uel bibitur ius eorum laxat coleram et confert aque descendē ti ad oculum ⁊ obscuritati uisus. ¶ Auicenna dixit fel omnium animalium uiuentium de ra pina conuenit et proprie siccum et conuenit di latationi pupille ⁊ initio aq̄. ¶ Alchi. dixit oīa fella ualent in principio aque decurrentis ad o culum sed prius debet corpus purgari. Et s̄m Auicennam oportet etiam prius corpus purga ri. Et ego dico sicut dixi in capitulo uniuersali ꝙ ista est regula uniuersalis. venio modo ad a lia simplicia. Et primo dixit Dias. oīa sepi tri ta glauconata hominum uel animalium in ocu lis suffando aspera detergit Glauconata autē significat descensum aque ad oculum. ¶ Dixit etiam sic flos uitis siluestris scilicet lambrusce combustus in testa suffusionem et cathbaractaȝ curat. Auicenna dixit si fiat alcohol ex cerebro irundinis mixto cum melle confert descensui aque ad oculum et proprie cum passio est eniȝ in principio egritudinis quod sepe est exptum ¶ Similiter etiam secundum ipsum operatur cerebrum uespertilionis quod ē expertum

Secundum etiam Aui. cum aqua descendit ad oculos et maxime secundum quosdam propter grossos humores et uiscosos serapinum est vna ex melioribus medicinis. Et Con. dixit quod debet misceri cum aliis colliriis: et etiam abstergit oculum et confert panno causato ab humore grosso. ¶ Et confert etiam ad obscuritatem visus et attenuat uestigia ulcerum. Et dissoluatur cum amigdalis amaris et ruta aut pane calido et sic administratur ad ea que diximus et Bartho. dixit quod fiat sief ex eo et succo feniculi aut rute et ex aliquo ex fellibus animalium viuentium ex rapina: et cum opus fuerit dissoluatur super cutem cum albumine oui aut lacte aut mucillagie fenugreci. Ra. dixit cerebrum ouis quando ex eo collirizantur oculi aquam patienti confert. ¶ Et dixit etiam oleum benedictum est bonum aque descendenti. Alchi. dixit succus rute siluestris cum succo maratri et melle ualet obscuritati oculorum et incipientibus catharactis. ¶ Alchi. etiam dixit quando fit alcool cum rore mario et melle confert aque descedenti. et secundum etiam multos strenutatorium factum cum eo dissoluto et melle idem facit. ¶ Et dixit etiam Alchin. et Auicen. cum eo quando de nigella trita fit caputpurgium cum oleo irino prohibet initium aque. Et Diasco. dixit hoc de sola nigella etiam sic dixit Alchi. climia auri confert albugini oculi et est initium aque et confortat oculos et climia argenti est sibi proxima: sed est frigidior: et ego dico quod collirium factum de alumine scriptum est supra ca. de ungula hic ualere. Serapio dixit. gumma asse quando miscetur cum melle et fit ex eo collirium acuit visum et aufert aquam que descendit ad oculum in principio eius. ¶ Et Bartholo. dixit quod facit exiccando eam: et dixit etiam euforbium habet virtutem aquam abstergendi que est in oculo nisi quia eius mordicatio durat tota die et propter hoc miscetur cum melle et sief propter acuitatem eius nimiam et vsus eius in hoc debet esse cum cautela. ¶ Et Diascorides dixit euforbium suffusionibus oculorum inungitur utiliter maxime si cum melle antiquo additum fuerit colliriis. ¶ Colliriis nobilibus miscetur propter vim uiscitudinis idest mordicationis sue temperate cum eo agendum est et dixit etiam quando ex lacte ficuum montanorum et melle fit medicamen abstergit maculam grossam que est in oculo et etiam obscuritati visus et descensui aque ad oculum que fit ex humoribus grossis est multum vtile et dixit quando fit ex succo cepe cum melle collirium confert debilitati visus. ¶ Et dixit etiam Ser. succus radicis dragutee collirizatus confert aque descenti. ¶ Haliabas dixit succus feniculi si collizetur oculis prodest aque descenti ad oculos et caligini visus. ¶ Et Auicen. dixit quod propter hoc facit gumma eius Auerois dixit in prima parte cantice. Auicen. agaricus in summa est omnibus medicis securior et subdit et ipsum quidem curat aquas descedetes ad oculum sui proprietate in principio descensus earum.

¶ Capitulum tertium de constrictione et dilatatione cristalline.

Dillatatio pupille est duobus modis: vna est naturalis sicut est illa que fit a principiis generationis ut in multis oculis glaucis uidetur et ista est semper ad malum et causa est quia in istis oculis spiritus visibilis est dispersa et spiritus disgregantur propter dilatationem pupille et uirtus dispersa est debilis. Alia est dilatatio pupille accidentalis: et ista est duplex quedam fit a causa intrinseca et quedam a causa extrinseca sicut a casu et percussione et similibus. A causa intrinsica potest esse multis modis: vno modo ex multitudine humoris albuginei ut in oculo claro dilatur cornea et clarificatur uuea ratione multitudinis spirituum. Alio modo potest causari ab humoribus aquosis flegmaticis relaxantibus vuueam tunicam ut in peralisi est relaxatio membri siue sit cum apostemate siue sine apostemate. ¶ Alio modo possunt causari a fumis acutis malis comungentibus tunicam vuueam in una parte eius non in toto et ideo contrahitur vna pars eius et ideo foramen aliud apparet: ut patet quando una pars corrigie trahitur ad aliam. ¶ Et similiter dico quod constrictio pupille est duplex. quedam est naturalis. et quedam est accidentalis. naturalis semper est ad bonum: quia virtus vnita est fortior se ipsa dispersa. ¶ Constrictio accidetalis fit duobus modis. vno modo causatur ex inanitione. et tunc ipsa tunica vuea trahitur de centro ad circumferentiam: et tunc pupilla apparet minor. ¶ Alio modo causatur ratione repletionis ut ratione humoris grossi positi. Inter tunicam corneam et vueam et ideo quia constringitur vuea interius non apparet. foramen ita magnum. ¶ In cura ista bes duas intentiones. una est in vniuersalibus et alia est in particularibus. prima intentio completur cum euacuatione flatis. et hoc si dilatatio fuerit ratione humoris flatis. fiat ergo cum pillulis cochiis facta digestione cum sirupo de sticados et similiter ualent pillule auree. ¶ Dieta eorum sit calida et sicca. si tamen dilatatio fuerit ratione inanitionis sic quod pars lesa et exiccata trahat sanam: tunc non recipit curam. ¶ Nota etiam quod hic non est sermo de dilatatione naturali sed solum de non naturali. ¶ Secunda intentio completur cum localibus. et primo ualet sief de fellibus et causa est: quia ipsum remouet ipsam materiam ex qua fit dilatatio. ¶ Serapio dixit quod ad dilatationem pupille superponatur farina fabarum confecta cum uino et confert. Et Bartho. dixit quod illud uinum sit stipticum. ¶ Et ego dico quod si uolumus plus stipticare quod faciamus emplastrum cum cortice suo. ¶ Auezoar dicit quod passus est dilatationem pupille in utroque oculo et ex precepto sibi facto per quendam oculistam ut frequenter uteretur in oculis aqua ro. fecit et conualuit. ¶ Auicen. dixit fel rapacium et proprie siccum

confert dilatationi pupille et linitio aque: si autem dilatatio fiat ratione materie: tunc in principio competit hoc emplastrum. ℞. farine fabarum ordei ana ℥.i. olei ro. ℥.s. vitellum unius oui bene agitatum misceantur omnia cum succo endiuie quod sufficit et fiat emplastrum

In processu autem fiat emplastrum magis resolutiuum ut gratia exempli. ℞. farine fabarum ordei pulueris camomille ana ℥.i. pul. thuris ℥.s. olei de camomilla olei ro. ana ℥.ii. vitellum vnius oui bene agitatum et fiat emplastrum.

Capitulum 4^m de debilitate uisus.

De debilitate uisus pauca loquar. licet ad decorationem faciat quia domini phisici multa dixerunt ad quos pro istis recurre: nihilominus aliqua dicam. Et primo dico quod debilitas et nocumentum in visu fit a particulis intrinsecis ipsius oculi. Uno namque modo fit a mala dispositione pupille: quia nimis amplat: ut in dilatione pupille est declaratum quare spiritus disproporcionati ueniunt ad pupillam unde nocent. Et Gal. dicebat 4°. de accidenti et morbo quod semper est nociua et etiam quando est nimis stricta et constrictio que est a natiuitate laudatur et que est ex tempore vituperatur. Ut etiam dicit Gal. ibidem. secundo prouenit ratione humoris albuginei: quia nimis grossus aut subtilis in substantia aut alteratus in colore. Et hec est causa sepe multarum fantasiarum. tertia causa potest esse et prouenire ratione humoris cristallini: quia nimis grossus aut subtilis in substantia aut alteratus aut propter transpositiones ipsius. quarta causa est propter humorem uitreum propter easdem etiam dispositiones: quinta causa est subtilitas uel multitudo: uel paucitas subtilitas vel grossicies ipsorum spirituum. unde scribit quarto de accidenti et morbo: quod si spiritus fuerint multi et subtiles quod a longe uident et discernunt subtilia. si autem sint pauci et subtiles: quod a longe vident et discernunt a prope et non a longe. unde spiritus isti tales non indigent multa subtiliatione nec multo lumine nec forti motu. Sed spiritus quando sunt pauci: tunc non vident de prope nec a remotis: et causa est: quia tales spiritus non possunt substinere multum lumen: nec magnum motum unde in eis non fit bona uisio aliquo modo. Sed quando spiritus sunt multi et grossi non uident nisi a remotis. et non a prope eo quia spiritus non subtiliantur nisi ex magno motu. non ergo uident a prope: sed a remotis ex quo patet. quod quando spiritus sunt in quantitate debita et in qualitate et bene clari. quod tunc fit bona visio: si tamen essent multum clari illi spiritus: tunc illi tales multum bene uiderent de nocte ut buffones gatte bubones et sic de aliis. et isti tales non bene uident de die. Sed quando spiritus sunt grossi: tunc male uident de nocte et bene de die: et causa est quia spiritus illi in grossantur de nocte quare etc. Alia causa debilitatis uisus est propter neruum opticum: quia est discraciatus uel opilatus: et causa istarum dispositionum aliquando est in substantia ipsius oculi. et aliquando coicata a capite uel stomaco uel a toto: et sunt iste egritudines tales repletionales que perueniunt a crapula ut in digestione et a cibariis grossis et uentosis et a dormitatione nimia post comestionem immediate et a dormitatione nimia capite inclinato et a longa mora in tenebris et a uento frigido puluere et similibus. aliquando sunt inanitiones ut nimia euacuatio. et uentosatio retro collum. Coitus longa egritudo: nimia inspectio claritatis ut solis et lune: et speculatio. omnium istarum rerum pertinet ad altiorem scientiam. ideo breuiter transeo uolens opus cyrugicum solum pertransire: et quia cura pertinet ad dominos phisicos leuiter in his me expediam. Considera ergo si debilitas uisus peruenit ratione inanitionis: confortetur oculus cum ocio et quiete et cibis humectantibus et balneis et fomentationibus factis circa oculum cum aqua tepida et lacte. Si autem fuerit propter res replentes intendatur ad dietam tenuem et ad purgationes factas in capitulo de cathāracta: et clarificetur oculus cum collirio de fellibus auium viuentium de rapina et balsamo. Et nota quod hic ego solum ponam tria in hac passione ualde utilia: et primum est educens superfluitates a toto corpore et maxime a capite confortans uisum et omnes sensus: retardans caniciem et iuuentutem conseruans. ℞. corticum mirabolanorum citrinorum. Chebulorum emblicorum puluerizatorum et cum oleo amigdalarum fricentur et post desiccentur. deinde cum aqua zuccarata totum lauetur quousque suam deposuerit amaritudinem ana ℥.i. turbit albi et mundati ℥.s. masticis reglicie zinziberis galange cinamomi ligni aloes gariof. piperis cubebarum macis pilorum spice seis fenicu li ana ℥.s. zuc^o. taber. et quarta.s. pinearum purgatarum ℥.s. mellis dispumati quod sufficit et fiat electuarium. de quo post mediam noctem detur semel aut bis in septimana et quantitas est ℥.s. 2^m est confectio addens in uisum et conferens tenebrositati eius. et est ipsius Mesue. ℞. eufragie seminis rute ana ℥. vii..s. sisileos pulegii calamenti zinziberis cubebarum nucis mus. ana ℥.v. cristalli margaritarum ana ℥.ii. stebran masticis serpentis combusti ana ℥.i.s. croci ℥.ii. balsami grana.v. panis zuc^o. quod sufficit et fiat electuarium. de quo detur quolibet mane ℥.s. Tertium est collirium acuens uisum et conseruans ℞. succi feniculi lb.ii. succi rute lb.i. uini malorum granatorum lb.s. mellis lb.s. piperis longi aloes sucotrini sal armoniaci ana ℥.ii. thucie preparate ℥.i. misceantur puluerizata in olla uitrea ad solem per tres menses et abiiciatur fex et conseruetur. Ualet etiam aqua feniculi rute celidonie eufragie berbene etc. Et nota quod si ista non ualent oportet te recurrere ad ocularios. Collirium factum ex antimonio conseruat sanitatem oculi: quia exiccat humiditatem oculi et constrigit substantiam eius. Rasis dixit quod oculi sanitatem conseruat thucia cum succo fansuci confecta uinum eufragie bibitum aut puluis eius cum ouo sorbili mirabiliter uisum reparat ut legere non potens sine ocularis possit legere sine ipsis et oculi senis reiuuenescunt. fit autem sic uinum de eufragia. Capiatur eufragia et ponatur in uino nouo quando

bulit ⁊ dimittatur stare donec bullierit: deinde co letur vinum ⁊ vsui seruetur. ¶ Succus etiam feniculi est magis iuuamenti siue sit succus herbe siue seminis siue radicis. Succus etiam acori immissus oculis clarificat visum. ¶ Et halia. dixit quod hoc fit si sit a materia tenebratus. Se. dixit quando miscetur fel cum aqua feniculi et melle acuit uisum. Multa alia simplicia reperio que dimitto dominis phisicis.

¶ Tractatus. 8ᵘˢ. de de dispositionibus narium.
¶ Capitulum pᵐ de apitione opilacionum narium

Conditor deus om

nium vnicuique potentie sensitiue proprium organum assignauit ut per ipsum in proprium actum potentia exeat quo se habente secundum naturam ⁊ operatio potentie perficietur ad debitum sicut est a patre luminum ordinata. ¶ Creauit ergo proprium organum potentie olefactie: deus scilicet capita cerebri mamillaria que supra foramen narium sunt debite collocata ut olfabilis qualitas simul attracta cum aere inspirato ad ea perueniens simul percipiatur per illa quod si foramina contingat indebite se habere ⁊ operatio narium perficietur iniuste. Dicam ergo de opilatione narium. Opilatio catur in naribus a materia flatica que ad partes peruenit ⁊ impedit sensum olfatus: indiget ergo amotione. Pro quo nota quod opilatio nasi ut in proposito nostro pertinet est duobus modis vna est carnosa ⁊ de illo dictum est satis secundo libro cum facta est mentio de polipo. Alia est coartatoria ⁊ de ista est sermo in proposito fit ergo a materia flatica talis opilatio de atteuatoria quia non est ad propositum nostrum non loquar. ¶ In cura ista habes tres intentiones. Prima est in dieta ⁊ purgatione. Secunda est in localibus. Tertia est in remotione cuiusdam accidentis aduenientis ⁊ approximatione istarum medicinarum localium. Prima completur cum pillulis cochiis que euacuant materiam illam flegmaticam a capite uel cum aureis. ¶ Dieta eius sit talis respiciat se a rebus flegmaticis ⁊ ab odore rerum frigidarum ⁊ a loco ualde humido ⁊ frigido. ¶ Secunda intentio completur cum localibus per hunc modum. Auicen. ergo dixit ozimum gariofl fortiter aperit opilationes cerebri ⁊ nares opilatas a grossis ⁊ uiscosis humoribus quod solo olfatu operatur ⁊ in cibis est frequentatus. Et dixit etiam Auicen. semen est ex fortiter aperientibus colatorium: precoquimus autem ipsam in aqua ⁊ ipsam decoctionem calidam attrahimus per nares. Idem etiam facit abrotanum similiter coctum ⁊ per nares attractum et confert opilationi narium ⁊ corrige ut dicit A. dixit etiam nigella aperit collatorium vehementer. Et Bar. dixit quod fit uehementer in aceto infusa ⁊ olfata uel quod cum ipsa caputpurgium fiat. Sinapis etiam euaporatio facta cum aceto calido fortiter aperit opilationes narium factas a materia opilante quod expertum est dixit etiam A. omne fel immissum naribus ualde aperit opilatione ipsarum a proprietate que est in ipso ¶ Sera. uoluit hoc particulariter de testudinis felle.
¶ Et dixit etiam Auicenna vrina cameli aperit opilationes colatorii cum virtute uehementi.
¶ Constan. dixit gariofl naribus applicatum opilationem narium ⁊ cerebri aperit comestum et odoratum. ¶ Dixit etiam sic si caput ante est lotum ex sinsibro uel eius opizimate fricetur narium opilationem aperit. ¶ Est autem sinsibrum ⁊ balsamita ⁊ menta aquatica idem. ¶ Dixit etiam radix papaueris rubei masticata humores per nares purgat. Alchinus dixit sticados arabicum nares habentibus opilatas remedium affert aperit etiam opilationem narium lac paucedani: idest feniculi agrestis per aures attractum Et idem pot suffumigium eius per nares attractum. ¶ Et dixit etiam Alchinus quod eleborus albus confert stricture narium cum loquitur quis cum naribus. ¶ Succus etiam narcisci et eius decoctio ⁊ oleum ipsius per nares attracta colatorium aperiunt: ⁊ similiter de hoc dixit. Anicen. piretrum etiam vehementer opilationes aperit narium ⁊ colatorium. ¶ Et Bartho. dixit quod coquatur in aqua uel oleo ⁊ naribus attrahatur: ⁊ idem pot fumus decoctionis eius per nares attractus. Succus etiam ciclaminis per nares attractus illas aperit. Et Gal. dicit quod succus eius per nares purgat: ⁊ idem dicit Gal. in. viii°. de celidonia minore: succus etiam dragunce naribus immissus ipsarum obstructioni confert. Tertia intentio sic completur: quia omnia que istam operationem perficiunt sunt mordicatiua sepe mordicans in naribus indicunt. Indiget ergo remotione. Et ego dico quod attractio olei ro. per nares tollit hanc mordicationem quod utilissimum expertum est: ad idem pot decoctio cantabri attracta similiter. ¶ Item odor panis multum ualet. Item oleum de cucurbita ualet. Item abluatur nares cum aqua calida. ¶ Expertum Bartho. de va. quod aperit colatorium. ℞. condisi piretri stafisagrie cordumenii nigelle omnium an. ptl. i. zucha. ʒ ii omnia ⁊ fiat puluis ⁊ naribus insuffletur. ¶ Et Guil. dixit ego autem sum expertus ad opilationes que in naribus infantium accidunt quod linitio intra nares facta cum solo butiro est utilissima.

¶ Capᵐ. 2ᵐ. de cura diminutionis olfatus.

Olfatus aliquando

impeditur ratione male compleionis materie putride inficientis organum odoratus. s. duas carunculas que sunt in superiori parte nasi: quia ille sunt organum odoratus. ¶ Si ergo sit humor putridus res que sunt odorifere precipiuntur fetide ut patet de gustu quod si flegma dulce sit in organo odoratus res fetide apparebunt odorifere. ¶ Leditur autem hec operatio tribus

modis diute corrupte et ablate. Actio diuta uocatur qn odores percipiuntur sicut sunt: sed n ita perfecte: et hoc est coit in natura humana: et hoc est pter multam humiditatem cerebri. Actio ablata uocatur qn nullus odor pcipitur: et hoc pter magnam organi lesionem et pter malam coplexionem simpliciter humidā: uel pter solutionē cōtinui vel propter opilationem nariū: actio corrupta est qn percipitur odoratum aliter q̄ sit: ut si quis odoret res odoriferas: et pcipiat fetidas et eē. ¶ In cura ista habes duas intentiones. Prima est in dieta et purgatione. Scda i localibus. ¶ Prima intentio copletur ut dictus est in capitulo precedenti et uide p te. ¶ Scda opletur hoc mō fiat attractio pulueris euforbii uel sinapis. ¶ Remouent nāq opilationē: et prouocant materiam. et illo modo expelluntur super fluitates et isto mō ualent. Item ualet succ' radicis ireos in quo sit piretrū infusum. Item ualet oleum nardinum in quo sit de castoreo et euforbio mixtl subtilit pulnerizata. ¶ Et ego nō dubito q multa dicta in precedenti caº. hic valent quare p te uide. ¶ Dico tn vnum q si isti tenerēt os plenum aq qn faciunt illas attractiones valde bonum esset eo: qr medicina non pōt ire ad palatum et melius operaretur. ¶ De simplicibus pauca loquar: q que dicta sunt supra hic conueniunt: qr tn aliqua appropriata huic loco repio hic aliqua dicam. ¶ Ex simplicibus itaq multum laudata per ueteres in diminutione olfatus est ruta olfata: et caputpurgium etiam factum cū ipsa: et idem pōt etiam serapinum: nigella etiā et maxime in aceto infusa et trita et insufflata i nares est in hoc casu mirabilis et proprie cū oleo antiquo mixta et imposita. ¶ Uerūtn cum imititur paciens os suum plenum aqua teneat et nigellam sugat superius quātū potest. Alchi. dixit oia fella ualent in amissione odoratus et apiūt opilationem cerebri. ¶ Daliabas dixit: si urina tauri cerui instilletur naribus illius qui odoratu priuatus est manifeste pdest.

¶ Caplm 3m de prouocatione sternutationis

Qum sternutatio sit ex his que opilationem aperiunt et nocumento olfatus conferat merito post predicta est dicendum. Expedit nos sepissime imitantes naturam sternutationē prouocare sic ipsa frequent operatur in finibus egritudinum cerebri: multi antiqui sic dixerunt: omnia fere acuta per os sumpta incitant sternutatōem sicut cepe allea porū vinum et silia que oia in cā frigida sunt agenda: sinapis ēt comesta sternutationem cōmouet. ¶ Et Alchi. et Dia. dixerūt q sinapis trita et naribus imposita facit sternutationem. ¶ Uniūsalit autē ex his que exteriuś applicātur in hoc casu laudata sunt. hec que oia sunt calida factis vlibus semper sic intellige in oi caplo. si panis porcinus cucumer asininus zinziberl. piretrum sansucus suc' mente pulpa colo quintide galla eleborus piper et oleander. ptcucu lariter autem dixit. Auicē. q flos oleandri facit sternutationem. ¶ Et dixit etiam ex lauro q tritum est. ¶ Et dixit ēt qn odoratur ellus alb' qui puluerizatus est. exiccat sternutationem. Dixit ēt vinum nigrum sui odorl fortitudine facit sternutationē. Dia. dixit laureola sternutamēta prouocat. ¶ Et ego credo q facit hoc puluis foliorum aut semen laureole insufflata in nares. Gal. dixit in. vi. d radice cuiuslibet apii sic radix nō exiccata sternutatoriū est farmacum Serap. dixit basilicō cōe qn odoratur facit sternutationem. Bedarongi. ēt. i. basilicon fluuiale: qr herba ei': stringantur tn oculi illius qui sternutatoria sternutationis cum eo. ¶ Alchi. dixit qn nigella ponitur inter nares cum oleo de lilio facit sternutare. ¶ Constantinus dixit oleū de nucib'. facit sternutare. Et dixit etiam q succus marubii attractus per nares facit sternutare. cum autem cā est calida in qua oporteat sternutationem prouocare scimus fm Auicē. q decoctio ros. et oleum ro. et rosa ipsa odorata sternutationem facit. Et dixit etiam Auicē. pterea fōte quia rosa vaporem retinet. ¶ Et Alchi. dixit qui habet cerebrum et stomacum calidum rose faciunt ipsum sternutare et prouocant reuma et corizam et pili qui sūt in medio ro. eisdem faciunt sternutare. et in hoc casu folia mirti cum aceto et succo vitis olfata et agresta et camphora qn cum oleo onfacino naribus insufflantur et nenufar odoratum et solatrum et vapor aceti naribus attractus sternutationem mouet. ¶ Et Constan. dixit q oleum d seminibus cucurbite sternutationem facit: maxime melancolicis et maniacis si odoret aut si caput cum modico aceto et ipso.

¶ Caplm 4m de remotione sternutationis.

Adest aliqñdo sternutatio preter naturā que ex h' se auferendam ostendit: de quo in precedenti dicam caplo. primo dicam q cā sternutationis est humor acutus mordicans uirtutem expulsiuam nasi. Unde natura conatur illā expellē et ideo causat motus ille qui ē sternutatio: et aliquādo causat a repletione nimia hūiditatis flatice que uenietes ad locum illum incitant vtutē expulsiuam: et tunc causatur sternutatio: et tūc iste sternutationes arguunt algorationē capitis et pōns repletionem et ex hac parte patet qre hntes caput humidum cū ueniunt ad solem: causatur sternutatō. et ratio est quia colliquantur a sole humiditates et descendunt et causatur sternuta°. ¶ In cura ista habes duas intentiones. Prima in purgatione consistit. Scda in localibus. Prima intentō completur isto modo si materia fuerit frigida purgetur cum pillulis cochiis si materia fuerit calida fiat isto modo. ℞. pillularum cochiarum. ℈. i. electuarii succi ro. ʒ. i. refōmet

& fiant pillule. ¶ Secunda intentio completur h° mō sedet sternutatio: & sedat sternutatō s̄z Gui. de va. cum animamus patientes subito distrahi tur propter accidētia aīe subito aduenientia si bi sicut gaudio ira solicitudine uel timore & si milibus. Et era. dixit q̄n causa sternutationis est frīa odorationes calide sunt & inūctiones ocu lorū calide ad caput conferūt. & similit etiā odo rationes simplicium calidorum ut gallie camo. et similiū. ¶ Et dixit etiā si olea calida ponantur in nares sternutationes sedat. & Isaac dix q̄ cū causa sternutationis ē fria succus basilici a pro prietate illam sedat ¶ Et Me. dixit cū causa sternutationis est calida olea fria naribus attra cta aut capiti infusa aut narib9 immissa illa tol lūt sicut est oleum ro. & oleum de salicibus & o leū de cucurbita & similia.

¶ Capitulum quintum de fetore nasi.

Fetor hanelit9 est

corruptio aeris exeuntis ex naribus & ab ore q quādoq3 fit per causam ex istentē ut sunt corruptiōes putrefactiones vlcēa nariū & gingiuarum dentium & membrorum ppin quorum. Et aliqñ fit propter causam delega tam a stomaco & pectore ut quarto de accidenti dicebatur & etiā a cerebro in pposito de fetore nasi sit sermo: signum q̄ fetor sit in narib9 habe tur hoc modo: teneat ille os plenū aqua: & tunc si sentiet fetorē ore existēte pleno a cerebro pro cedit & cum hoc iste fetor cōtinuat & iudicatur q̄ materia sit calida per ardorē & pūcturā. ¶ Et iudicatur fria p priuationem eorundē. ¶ Nota tū fetor hanelitus ppter stricturā foraminū co latorii ē incurabilis. ¶ In cura ista habes duas intētiones. Pria est in purgatione. Secunda in localibus. ¶ Prima cōpletur cum purgatiōe se cundum materiā iam peccātem ut dictum ē. Di eta eius sit talis. Caueant isti ab omni re putre sibili ut ē malus panis mala caro viscosa palu dosa & pisces & lacticinia & fructus molles & ole ra & cucurbite & caules & maxime atriplices & le gumina & oīa brodia & cepe & allea. Bona autē eis sunt oīa acria & acetosa uelut granata aran tia acetum perdices auicule parue citonia pira coriandrū pparatum reprimunt nanq3 vapores & hoc voluit Rainal. Insup utant apio nam ut dicit Ra. eius frequēs comestio omibus aliis melior existit. Et sic. rami mirte cum passulis ut dicit Auicen. sunt ad hoc preciosi. Saluia et maiorana inter herbas optinent principatū aro maticū ro. multum ualet Tragea etiā in qua sit de gariofi ireos cinamō cipiri calamo aromati co citro foliis mirti & lauri xilo aloes sandalis ro. & siccaz ro. ualet isti tales sint sobrii & lotio pedū sit crebra. ¶ Secunda intētio cōplet hoc modo si fetor pcedat rōe ulceris uel opilatiōis pustule curet ut iam in propriis capitulis dictū est. Commune tamen est oibus fetoribus mū dificare & abstergere nares & os & uias hanelit9 appropatis ad h°. Et ad hoc laudat Mes. col lutionē cū vino odorifero. deiñ cum vino deco ctionis mirti ciperi & calami arōatici xilo aloes mirre ro. salis gēme. Et Ra. ponit galliā spicaz gariofl & vrina asinorū est suprema in hoc: ut dixit Mesue & intromissio tentaz factaz cū puluere iere pigre. ʒ. 4. calami arōatici mirre ga riofl spice folii sqnanti. añ. ʒ. ii. conficiant. cū vi no bono ē bona ut dicit. Et si ista non ualent paliēt & occultēt fetorē cū pillulis Auicen. cuius forma est ista ℞. gariofl. galange añ. ʒ. 5. piretri ʒ. iii. aloes. ʒ. ii. fiant pillule cum vino de quib9 omni mane transglutiant. ii. alie. ii. in ore teneāt Modo loquar de simplicibus ut mei moris ē confert secundū Aui. zimaris consūptū cū ace to & sale armōiaco & alumīe pterit & sufflat in naribus & impleat os aqua ne ueniat ad guttur phibet fetorē nariū & ulcera mala in ipis. Dix: etiam piper insufflatū ualet ut etiam ipse dixit Et dicit vrina cameli ualet fetori narium. Se. dixit qñ sumitur succus cussis nigre & ponit in naso purgat fetorē putridū qui est in eo. Et Ap. dixit q̄ succus sit bene colatus. & Gui: de va. di xit & hoc sum ex pertus. Et dixerunt aliqui ve teres. q̄ collium facum ex succo ireos fetorem narium tollit:

¶ Tractatus nonus ð dispositionibus aurium. Capitulum primum de surditate auris & cuz hoc loquar de aliqbus vlibus passionib9 auri.

Quauis perfectis a

nimalibus de potentia auditiua pui derit deus: eiusq3 instrumēto ut eorū natura in genere sit perfecta hōi tū ppter doctri nam & scientiam que excedit aīalia cūcta neces sarius maxime fuit sensus auditus. Sensus eni doctrine dicitur. nam qa per ipsum maxime do ctrina acquiritur. Juxta Gal. dicentez potior est doctrina que uere inuēta sit cuius instrumēto qd est auris sicut & aliis partibus corporis possunt accidere nocumenta de quibus deinceps dice mus. Incipiens tū prio a surditate auris. ¶ Nec nanq3 dispositio maxime et proprie operationi aur9. uidetur obsistere cum auris instrumētū p prium sit auditus. Et primo debes notare aliq̄. primo q̄ egritudines aurium. Ut dicit Gal. 4°. de accidenti sic se habent q̄ alique sunt in istru mento auditus: quedam in coadiuuantibus pti culis que sunt foramen anfractus & subē auricu le. Quedam sunt in uirtute a cerebro descendē te & iste egritudines aut sunt s̄m discrasiam ma xime frigidam. Ut dixit Auicē. aut s̄m solutōis unionem precipue ut ulcera aut s̄m obstructio nem ab intrinseco factam ab apate uel alio liq° re & uentositate seu sanie ul' sordē uerme seu ue ruca aut carnoso l' pāniculoso gēnie supnutto:

¶ Et etiam ab extrinseco uelut ab aranea pulli ce aut lapil l' seu nucleis: & aqua subingressa ex

quibus apparet manifeste q cause egritudinū aurium quedam sunt primitiue ut casus et pcussio et regiminis malicia: quedā ātecedentes ut mali humores uaporosi. ¶ Cause coniūcte sūt res in aure congregante: et ista talia qñ sunt ex natā particule sūt proprie tales. ¶ Qñ autē ueniūt aliunde uelut a stomaco uel capite sunt compassionales et cōicate. Signa passionū aurium que cū in ipsis concauitatibus auris fiunt que uidētur. scientia demonstratiua logica non indigent cognitione ut Gal. 4°. interiorum. Que autem nō apparent per nocumentum auditus cōprehēdūtur. nam q non audiunt paruas uoces neqz uix magnas surdi sunt: aut paulatine surdi efficiūt. Qui autem apprehendunt sonos fantasticos pluuiosos et langorosos: seu sibilosos tinitum paciuntur ppter auditiones seu permutationes auditus paciuntur: ut dicit Gal. et Auicē. Causa a q fit designat a suis sinthomatibus: ut si ab apate est cum febre et dolore et grauitatibus atqz pulsationibus et aliis accidentibus dictis superius in auriū apatibus. Si uero sit materia frigida sentitur grauitas cum frigiditate. Et si calida ardor et pūctura et antecessit fluxus san. aut febris colerica cui materia ascendit ad aures: ut i qrta. dicebatur affor. Si ē a uentositate est cū sono et tonitu. si autem fuerit a veruca aut a re aliqua ingressa scitur per pacientem et per inspectionez ad solem trahendo aurem et ampliando cū speculo: aut alio instrumēto. Uel si fuerit aliqd ut animal per eius motum cognoscitur. ¶ Si ē ab ulcere est pruritus dolorosus. ¶ Iudicatur per Auicen. q surditas naturalis a quacūqz cā prec̄ q̄s ab opilatione superficiali extrinseca et illa q est ē accidentalis cronica duorū ānorū et que est ex cicatrice uel ex apate indurato non curatur. ¶ Iudicatur ēt q surditas accidentalis non āntiqua que qñqz interpolatur et alienationem habz pōt curari. preterea Innuit Ipocras in quarta afforismorū qbuscūqz surditas fit fellis egestōibus superuenientibus quiescit. intelligit aūt hoc de accidētali q fit a febre ex colere ascensione. In cura surditatis habes duas intentiones. prima est in dieta et purgatione. scōa ē in localib°. Prima intētio cōpletur sicut dictum est 2°. lib°. de apatibus eius et similiter dolor eodē modo remouetur. ¶ Secūda intentio sic cōpletur: et p̄mo debes notare aliquas regulas ualde utiles: bonas. prima regula est q nihil particulare fiat in aure spāliter acutū: et dolorosum anqz corpus sit euacuatum. ¶ Scōa est q omēs operationes aurium q perueniunt precipue ad intrinseca fiat suauiter et indolorose ppter neruum interi° cōplantatum. Tertia est q omnia que ponuntur in auribus sint tepida non calida neqz frigida ex cessu. Quarta est q sint liquida ut melius itrant et euacuanē. Quinta ē q iniectū non stet intra āt ultra tres horas. Sexta est q postqz fuerint iiecta stent et iaceant super partem sanam et coopiat foramen auri. cū lana aut cotbone. Septia q nihil imponatur quousqz impositum fuerit extrac

tum uertendo se super partem egram et mūdādo cum proba: et panno inuoluta aut cotbone et sternutatione atqz forti spuitione. Octaua est q medicator aurium habeat instrumēta sua apta ad suam operationem uelut sunt stilla curatiua: et lauatoria uncini cannulas et habeat lanam cothonem et spongiam et viscum prout sunt necessaria ad suam operationem. Item notatis uideas cām surditatis: si sit apa uel ulcus curetur: ut iam dictum est supra in capitulis suis. In pposito sit smo de surditate proueniente rōe materie replentis caput: fiat ergo suffumigatio cum vio albo decoctionis rute calamenti isopi sansuci cētauree bethonice foliorum lauri sticados anisi maratri spice nardi et fiat suffumigatoriū cuz cannula et olla stricti orificii. Et Gal. dicto apolonii iubet apponere urinam bouis cum sui tertia parte de aceto et parum quidem d miera contrita et cum canna stuphe imponatur circūuoluatur cum lana aut panno ne offendat aurē neque circūferentias eius: pseqnē tñ practici apponūt oleum de camo. aneti de amigda. amaris et d costo et oleuz nardinum et de rafano et aliqui apponunt fel accipitris balsamum et succum rafani d puratum: ad eandem intentionē . ponit Gal. hoc ualere. Et heben Mesue hoc cōcedit. Rx. pulpe colloquintide. ℥. ii. succi absinthii aristologie añ ℥. ii. costi baurac añ. ℥. ß. castorei et fiat sief cū felle vaccino et dissoluat qñ erit necesse cū oleo amigdalarū amararū. Auicē. dicit hoc fore exptuz Rx. castorei. ℥. iii. et nitri. ℥. ß. et fiat cerotū cū succo rafani. Et Alchi. dixit q ambulare multum per loca arenosa multuz confert eis et clamare et excitare eos cum uoce clamosa est utile: ut dicit Auicē. vnde dicebat Gal. q aures que paciūt dolorem egent quiete vehemēti motu et ēt trāsmutatione in ctriam dispositionem que paciunē surditatem. Si surditas fuerit ppter sordiciem remoueatur cum stillo et mollificetur cum aq mellita aut imponanē licinia linea cum melle aut oleo de camomilla. ¶ Loquar modo de simplicibus. dimittens alia multa composita dñis nris pbicis. Et fm Auicēna si nux sauine buliat i cacea ferrea cum oleo sisamino donec nigrescat et ex isto tepido distillet in aure. ualz ɔ surditatez et uocant hanc habel. tñ dicit q est fructus iuniperi excorticatus aut semen album q producit quedam species eius coctum ēt siliter in catia ferrea donec nigrescat in oleo sisaio aut oleo d semine lini et iniectus in aurem uehementer surditati cōfert. Ut expresse Alchi. voluit. Et dixit ēt euaporatio auris cū aceto calido surditati cōfert et auditū acuit. Sic aūt fm Bartho. acetum acutum. Et Constantinus dixit acetum squilliticum in aurem immissum ualet grauitati auditus. ¶ Dixit ēt Gal. gēma admiscet melli et distillat in aurem tepidum et mundificat eaz et cōfortat auditum. Et dixit etiam castoreum confert surditati frigide. ¶ Bartho. de va. affirmat experimēto q bacce lauri purgate siliter possūt decoq cum oleo anetino et cū oleo de amigda.

amaris que similiter iniecta in aurem conferūt surditati Sera.dixit oleum de baccis lauri dolorem tollunt auris ꝛ confortant auditum ꝛ cōferūt tinnitui verum cum nigrescūt in catia ferrea addatur sibi ex succo porrorū clarificato q̄tum est medietas olei ꝛsi fortius volueris cum baccis lauri ponatur modicū elebori nigri aut ex radice ciclaminis.Dia.dixit sucus baccarum lauri aurium surditatem manere non sinit ꝛ incongruos sonos cum vino ꝛ oleo ro.adhibitus compescit. Et Bar.dixit succus baccarum lauri etiam potest imponi cum oleo de ben.oleum autem de ben ꝛ oleum mustellinum sunt idem confert autem frigiditati ꝛ dolori frigido auris ꝛ etiam attractus per nares.Diascorides.dixit succus foliorum ebuli surdis fomento adhibitus compescit similier fomentum factum ex decoctione sambuci in aqua ꝛ sīr succus eius auribus instillatus ualet:tollit etiam ſm Dia. surditatem oleum bulitum in̄ concauitate radicis affodillorꝫ ꝛ auri iniectum.Est autem singulare presidium.Alc.dixit succus cepe instillatus in aurem ualet contra surditatē ꝛ tinnitū ꝛ saniem ꝛ aquam cadentem in aurem. Si autē in aceto coquatur eleborus niger ꝛ illud acetus auri immittatur sibillū tollit ꝛ vigorat auditum hoc autem fiat. dixit Gui.de va. cū de plenitudine cerebri non timetur ꝙ certe verꝫ sepe sumus exp ti.Auicen.dixit absolute ꝙ eius decoctio distilletur in aurem. ¶ Con. dixit sic absintium tritū cum felle taurino ꝛ auribus iniectum auditum confortat ꝛ sonitum ab eis excludit. ¶ Aliq̄ dixerunt radix vitis albe ꝛ nigre ferentis vinum ē in hoc casu eximia medicina. Dixit etiā Con. pinguedo piscium ualet surditati ꝛ dolori aurium ꝛ intromittatur. Chiran.dixit fel leporis cū adipe vulpis liquefactum surditatez sanat. Ra. dixit cerebrum leporis cum oleo ꝛ in aure instillatum additum reuocat .Et dixit etiam cerebrum leonis cum oleo liquefactum ꝛ ī aure dolente instillatum auditum reuocat.Et dixit etiā sanguis lupi confert surditati permixtus cum oleo nucis ꝛ in aurem instillatus.

¶ Capitulum secundum de sonitu aurium.

Sonitus et sibillus causatur in aure sepe ꝛ in multis reperitur hec passio. Causatur autez a materia ventosa exn̄te in cerebro que frangit aerē complexionalē auris:ex cuius confractiōe causatur sonus:causatur etiā a materia uentosa existente in stomaco ꝛ ascendente ad ip̄m caput ꝛ refrangit aerē illum complexionalē auris ꝛ vocatur sonus ꝛ sibillus:Causatur etiam ex acuitate sensus:ꝛ subtilitate spirituum:ꝛ hoc maxīe causatur in ieiuno:hoc autē remouetur cū grossantibus spiritum ꝛ ipsos sensus ꝛ cū modico opii proiecto ī aure quia ingrossat sensuꝫ. Est tamen sepe periculusꝫ: sed cū aliis frigidis possumus facere:In cura soni causati a materia ventosa habes duas intentiones.Prima est euacuatio ꝛ dieta.Secūda est in localibus ¶ Prima completur isto modo respiciat se a rebus flegmaticis ꝛ a rebus multiplicantibus ventositates. vtatur ergo siccis:purgatio fiat cum iera pigra uel cum cochiis pillulis uel cum iera uel cū aurei s secundum tantum necessitatem. Ualꝫ ēt multum usus auree alexandrine factis purgationibus qua sum sepe visus. ¶ Secunda intentio completur hoc modo ꝛ primo valet oleum de rafano oleum costinum oleum de castoreo oleum scorpionum ꝛ oīa etiam alia dicta in precedenti ca.Item valet decoctio betonice ꝛ foliorꝫ lauri ꝛ baccarum eius ꝛ sansucci centaree ꝛ feniculi ꝛ maratri bulita in vino.deinde fiat suffumigium per cannam modo dicto in alio capitu. Item valet oleum in quo bulitum sit castoreū Ualet etiam oleum de bachiis lauri:valet succ^a baccarum lauri .Con.dixit sal armoniacū cum aceto mixtū auribus instillatum sonitus grauitatem ꝛ ventositatem aufert humiditatem .etiaꝫ ad os currentem desiccat.Ego credo ꝙ oīa simplicia ꝙ maiori parte ꝛ composita dicta supra in p̄cedenti ca.hic valent.quare recurre ad ca^m. pre lectuꝫ procura ista ꝛ ista hic non recapitulo. ꝛ multa etiam dixerunt dn̄i phisici ꝛ sp̄aliter tadeus de hac passione consilium fecit quare ad eos pro aliis recurre.

¶ Cap^m 3^m de hūiditatib^s ab aure descēdentib^s

Sepe humiditates quedam emanant ab auribus que sanies proprie non sunt:sed alie humiditates ut in aliquibus sepe vidi.ista autem idcorant hominem.quare de eis licet loqui.dieta ꝛ purgatione facta:ut dixi in aliis capitulis precedentibus.venio ad secūdam intentionem.Antiqui aliqui dixerunt ꝙ oleum de ireos auribus cum aceto immissum probibet fluxū materierꝫ. Et dixerunt ꝙ oleum canapis tepidū īmissum a ꝓprietate humiditates auris exiccat.Serapio dixit ꝙ trementina misceatur cum melle ꝛ oleo confert humiditatibus emanantibus ab aure et pruritui. ¶ Et Bartho.dixit ꝙ sit oleum amigda.amara.ꝛ ꝙ oīum sint partes equales. Dixit etiam absinthium mixtum cum melle cōfert auribus a quibus egrediuntur humiditates. ¶ Et Constan.dixit succus eius auribus instillat^s humiditates auris fluentes exiccat. ¶ Et Serap. idem dixit cum succo cepe distillato in aurem. Et Auicē. dixit ꝙ distilletᷣ in aurē ꝓpter grauedinez capitis ꝛ tinitū ꝛ putredinē auriū ꝛ aquā: ¶ Dixit ēt Serapio q̄ꝰ oīa alūia ꝛ ꝓprie iamenum mixta cum oleo ꝛ succo ꝟge pastoris conferūt cursui humiditatum aurium. ¶ Et Barth. dixit ſm sn̄iam Dia.ꝛ etiam Almansoris ꝙ ēt alūia possunt permisceri cum succo plantaginis Et valꝫ ēt h^o q̄ꝰ ulcera putrida facta sūt ī aure.

¶ Nitrum etiam dissolutum in aqua uel vino aurium humiditates exiccat. ¶ Dixit etiam Serapio qn̄ spuma nitri dissoluitur in aqua uel vino ꝛ distillatur in aurem cōfert hūiditatibus fluentibus ab ea: ꝛ qn̄ distillatur cū aceto mundificat superfluitates que sunt in ea. Et Bartho. dixit quādo superfluitates sunt subtiles distillectur cū vino ꝛ quando sunt grosse dissoluatur cum aceto. ¶ Dixit Dia. pix ad aurium fluorem cū oleo ro. adhibetur. Dixit ēt mirra cū vino mixta aurium fluores curat. dixit etiam de croco fluoribus auris cum lacte conuenit. ¶ Et Bartho. intelligit hoc de radicibus. ¶ Aliqui antiqui dixerunt ꝙ vinum stipticum in quo folia uel flores salicis sint bulita ꝛ cortex eius intromissa auri humiditates eius exiccat. ¶ Auicen. dixit succus aneti confert dolori auris melancolico ꝛ desiccat hūiditates eius. Et dixit ēt succus fumis pauperum cōfert materiei attracte ad aurem si ē antiqua ꝛ vlceribus antiquis. Et dixit etiam assumitur succus siluestriū oliuarū: ꝛ exiccat ꝛ fiūt ex eis trocisci ꝛ reſuāt ad curandū fluxū auris.

¶ Cap. 4. de fluxu sāguīs ab aure.

Sanguis ab aure sepe egreditur ꝛ qualiter succurratur dicam ut multi antiqui dixerūt. Dia. dixit succus foliorum oleastri fluori sanguinis atq; aurium humoris siue oris ꝯucīt facit ēt sanguinem narium et Bortholo. dixit que sit cum vino confectus. ¶ Constantinus dixit sucus virge pastoris auribus in stillatus pustulas purgat ꝛ sanguinem ab eis fluētes disiccat. ¶ Et Auicena uidetur uelle que inpōatur cum vino et idem dixit de suco arnoglose. Auicenna dixit succus bedarongi in missus sicut cauterizans conuenit ꝛ dixit eciam que sucus pōri in missus cum aceto ī hoc casu est mirabilis. ¶ Et dixit etian que sief memite in tromissum sanguiēm auriū sistit. ¶ Et idem dixit de opio ꝛ dixit etiam litium imissu auri sanguī ipsius confert. Et dixit etiam coquant granata cū aceto ꝛ exprimantur ꝛ expressio imittat ꝛ confert huic fluxui. Et dixit ēt ꝙ ex stipticis confert decoctio gallarum cum aqua aut aceto ī missa. Et dixit etiam ꝙ ex stipticis decoctō rubi confert qn̄ miscetur cum ea vinum uel acetū Et dixit etiam ꝙ decoctio foliorum masticis ꝛ ipa confert. ¶ Et dixit etiam ꝙ coagulum leporis cum aceto immissum est mirabile in strigēdo sanguinem aurium. ¶ Et dixit etiam suman tur duo renes taurini ꝛ aliquid adipis saliti ꝛ assentur media assatione et aqua eorum exprimatur in aurem ꝛ est expertum. ¶ Rasis dixit fel tortuce aquatice si distilletur in aurem cum lacte mulieris sanguīs fluxum stringit.

¶ Capitulum qntū de mundificatione auriū a sordibus que fiunt in eis.

Multiplicatur sordes ipsius in aure que ibi inesse sz naturam non debet que qualit. mūdificetur in hoc cap° nos dicemus: faciūt ꝛ.n. sepe opilationem auris ꝛ per cōsequens surditatem. ¶ Constantinus in hoc dixit succus lupuli auribus instillatus mūdat eas ab omni putredine. ¶ Auicē. dixit ꝙ aures mundificat a talibus sordibus que aggregātur ī ea succus rute calefactus in cortice granati ꝛ auri instillatus ꝛ sedat etiam dolorem in sonitu ꝛ tinitu. ¶ Et interficit vermes. dixit etiam intromittat auribus per aliquos dies licinium inunctum cū melle ꝛ inuolutum in puluere aristolo. ro. nam illas abstergit ꝛ confortat auditum: ꝛ prohibet etiam saniem que generatur in ea. Dixit etiam ꝙ radix vitis albe ferentis vinum ꝛ nigre est eximia medicinarum ꝛ est ex medicinis conferentibus auditui. ¶ Et dixit etiam radix barbe hircine est ex medicinis abstergentibus sordiciem auris desiccantibus ulcera eius conferentibus odoratui. ¶ Et dixit etiam salgēma admiscetur melli ꝛ administratur tepidum in aure ꝛ mundificat eam ꝛ desiccat ꝛ confortat auditum. ¶ Dia. dixit afizonitum. i. nitrum affricanum sordicies auris cum aceto purgat. ¶ Alchi. dixit ꝙ elleborus albus ē eximia medicinarum mundificantium aurem et abstergentiū sordiciē q̄ est in ea. Auicē. et dixit calcantium est eximia medicina rū mūdificātiū aurē: ꝛ īfic̄ ũmes ꝛ ꝯfert dolōi eius frigido. ¶ Et Bartho. dicit ꝙ sit vitriolum ꝙ dicit colcotar ꝛ est vitriolum naturale cū mel le misceatur ꝛ cum oleo imponitur.

¶ Capitulum sextum de vermibus aurium.

¶ Cum ergo inuenerit eū ponat sub digito ipsum z gradatim ad inferiora pellat sicut precessit narratio donec ducatur ad radicem coxe: deinde incide supra ipsum sicut supra feci mentionem. ¶ Si autem mulier fuerit corrupta: tunc p̄cipe mulieri medice vel tu medice facias z ingras lapidem. cum autem inuenerit lapidem ipsi mat eum ad inferiora donec perueniat ad radicem coxe: deinde incide super ipsum. in radice coxe z extrahe ipsum ut dixi supra: z similit̄ per oīa facias. Si autem contingat q̄3 lap. p̄pter ei⁹ paruitatem uenerit ad uirgam ligetur uersus uesicam ut non recedat: z postea sugendo extrahatur aut tenacule longe z graciles imponant̄: z capiatur z extrahatur: aut ut dic̄ Albucas. gracille terrebellum imponatur: z cum illo frangatur et frustratim extrahatur q̄ apparet mihi satis difficile aut in parte infriore ubi magis lapillus eminet: incidatur f̄m longum z extrahatur z suat̄ z breuiter z supra curetur z prohibeatur apostema quātū potes. Et si dolor assit pōat̄ i balneo linitiuo z inungatur cum oleis linitis q̄le est camomelinū anetinū z sic de aliis. ¶ Dixi 2° principalit̄ q̄ cura aliq̄n illa erat paliaris hoc ē mendosa. hoc āt ᵓtingit q̄n lapis ita ē magn⁹ q̄ non pōt duci ad collū uesice i quo saluberrime pōt fieri incisio cū collū uesice sit carnosū. ¶ Et g° ps illa pōt incarnari. Uesica āt ē neruosa z est locus vrine. non ergo cōsolidat̄ vñ sepe vidi aliquos qui fuerūt incisi z aliq̄d de vesica fuit incisa z locus nunq̄3 fuit cōsolidatus z per locuz illum semper egreditur aquositas. ¶ Isti tales ifelices sunt et inepti semper. vñ Ipo. vi. affforismorū dixit q̄ vulnus est mortale cum dixit vesicā incisam zc. Hoc etiam contingit q̄ cura ē mendosa si esset in antiquo aut in alio non potente aut nō volente sustinere incisionem. fit aūt hoc modo ponatur paciens i balneo mollificatiuo: deiñ cū catiro. Est āt catir̄ tenta uel p̄ba z i sūitate eius ē quedā grossities sicut pat̄ noster ne ledat vesicam uel collū ei⁹ aut cū argalia. i. siringa inuncta cum butiro aut cū aliquo suaui oleo intromissa. per virgam ipigat̄ de collo vesice usq3 ad fundum ipsius: aut ēt fiat cū digitis iunctis z imissis p anū z idē facit. nō aūt permanet lapis diu ifūdo uesice imo redit sepe q̄re cura ista mēdosa ē multa alia expta simplicia z cōposita dñis meis dñis phisicis dimitto.

¶ Cap^m 5^m. de arte mīgēdi cū medicis z cū istris:

Sepe denegat̄ vrina pp lapidē exñtē in uiis urine aut p̄pter multā maīā grossā illic exñtē: q̄r o3 istis subuenire scire. Gal'. āt 5°. farmacor̄ ꝓcedit cātarides abscissis alis z capitib⁹ cū aqs diureticl: z ras in Almāsore administrat balneum z inunctōes z ēbrocatōes sup pecten v̄gā z pitoneō. Et iā circa principiū alteri⁹ capituli sūt posita illa quare non recapitulo: sed facio te scire que sunt ista. Et quidam magister Jordanus pisceñ. faciebat iniectiones cum siringa de balsamo q̄n cā ē in uesica: Theodoric⁹ facit cū oleo petroleo. Auicē. z alii moderni faciūt cū oleo ō scorp. Aliq faciūt cū stercore colūbino dissoluto uel collato z iniiciunt. Alii aūt prouocant vrinā denegatā inungendo pecten z renes cū assūgia cuniculi aut cuz galbano posito super caput v̄ge aut alleis z cepis: aut ēt fiat suppositoriū ō sale gēma. fit ēt iponendo pediculum in foramine virge: aut ēt cimicez incitat enim ratione sui motus per foramen prepucii v̄tutem expulsiuā.

¶ Et thesaurus pauperum hoc remediū posuit Itez dico ego radix rafani z lapacii petrosilini z urtice cocta cum vino z cum oleo frixa z sup pecten applicata laudantur i vrine p̄uocatione q̄ expertum est. Si autem cum istis medicinis mingere non possit: tunc cuz instrumētis fiedū est ut dixit Haliabas. 14°. sermone scōe ptl z s3 Auicē. z f̄m Albucasim: fiat ergo isto modo. sedeat paciēs sup sedē z ipso balneato aut fomētato cū aqua uel oleo intromittat̄ siringa p uirgaz extensam uersus uentrē suauiter usq3 quo sit p̄pe anū. ¶ Deiñ incline uirga cū toto instrumento uersus inferius z dirigatur instrumentū uersus uesicā donec sentiat̄ lapis cadere in uacuū z tūc intelligat̄ esse in uesica. Et si fuerit arena uel humor grossus flaticus egrediet̄ cū urina q impediebat exitū urine z si via fuerit excoriata sic q̄ egrediatur sanguis collirium album cuz lacte mulieris immittatur. ¶ Loquar modo aliquid de simplicibus que habent remouē trūbos z globulos opilationes vias urine: cū autē p̄uatō sit prior curatōe. Dicā primo q̄ ꝯfōtāt uesicam ne tales superfluitates recipiat grossas

¶ Constantinus dixit folia cipressi in puluere reducta cum modico mirre ⁊ vino bibita vesicam ne malos humores recipiat confortant et stranguriam curant. ¶ Auicenna autem hec folia solum dat cum uino: ⁊ dicit ꝙ etiam conferunt difficultati mingendi. ¶ Et Diascorides dixit corium cipressi ⁊ semen ⁊ folia cum dulcore bibita cum mirra uesice reumatismum cōpescit ⁊ dissuriis medetur. ⁊ dixit etiam Auicēna radix ciperi confert distillationi vrine ⁊ debilitati uesice valde ⁊ frigori eius uehementer ⁊ similiter operatur in renibus. ¶ Serapio dixit assarum prouocat urinam ⁊ fortificat renes.

¶ Accedo modo ad principale propositum. et dico ꝙ quando urina detinetur propter opilatōnem. Alchinus dixit cinaglossa prouocat urinam inclusam. Puluis etiam foliorum millefolii cum aceto permixtus bibitus prouocat etiaꝫ vrinam ⁊ tollit opilationem factam ex humorꝫ habundantia. ⁊ idem potest aqua uel vinum decoctionis eius. ¶ Galienus dixit camedreos vrinam ⁊ menstrua mouet ⁊ grossicies humorū incidit ⁊ eas que in uisceribus obstructiones expurgat. ¶ Et idem dixit Galienus iterum in sexto amara cum globos etiam sanguinis consumere creditur non solum eos qui in vesica: opōtet autem tunc cum vino ⁊ melle bibere. ¶ Et nota ꝙ aliqui dicunt ꝙ est sansuccus ⁊ aliqui dicunt ꝙ est matricaria ⁊ hoc credo esse veruꝫ ut dixit Galienus in octauo: de petrosilino ꝙ vrinas ⁊ menstrua prouocat copiose. ⁊ idē dixit de petrosilino siluestri ⁊ proprie de semine uel radice et melius est vinum decoctionis ipsoruꝫ ⁊ hoc si non adest caliditas ipsorum. ⁊ etiā Ga. dixit in sexto. de porro agresti: proinde menstrua ⁊ urinam multam prouocat cum a grosso ⁊ frigido detinetur humore. ⁊ dixit etiam Galienus in octauo ꝙ elixatura lappe radicum coctarum in uino prouocat multam urinam purgatio hoc farmaco talis humoris existētis a tota subtantia ⁊ ex hoc aufert fetorem ascellaruꝫ et totius corporis. Guil. dixit nos autem ad hāc partem experientia scimus ꝙ puluis floruꝫ vrtice frequentatus vrinam prouocat propter trūbos detentā Et scimus ꝙ si ex amigdalis amaris mixtis cum trebentina et rasina et fiat emplastrum tollit obstructionem que fit i collo uesice. ¶ Serapio dixit quando in potu datur ex opponaco cum vino confert difficultati vrīe et scabiei uesice. ¶ Et dixit etiam de radice rubee tinctorum. ¶ Constantinus dixit succus rute cum oleo coctus et super pectinem inunctus urinam prouocat et hoc quando ab humore grosso detinetur. ¶ Haliabas dixit si castoreuꝫ super fundatur super uirgam stranguriam sanat que ē ex grosso et uiscoso hūore et flegmatico.

Ca. vi. de ꝓuocatōe sāguīs coagulati in uesica.

Non solum vrinaꝫ oportet prouocare cum preter naturā in saculo detineatur: sed etiam oportet sanguinem qui in uesica congelatur extrahere. Et hoc sepe accidit ex incisione lapidis. vñ sanguis transit ad uesicam et causat accidentia mala. et propter aliam causam causatur congelatio sanguinis in uesica. ¶ Dico ergo ꝙ pulegiū bibitum sanguinem congelatū in uesica eliquat ¶ Matricalis etiam urinam fortiter prouocat et sanguinem etiam in uesica eliquat: sed detur cum aqua mellis. ¶ Diascorides dixit ꝙ in eliquando sanguinem congelatum in uesica et ipsum etiam prouocando flos cimini carmēi cū elixatura apii est presidium singulare ¶ Cinis ysopi humide datus in potu sicut supra dictum est capitulo de coagulatione lactis. et hoc libro secundo sanguinem in uesica congelatum ī uesica eliquat. Alchinus dixit quando bibitur ex blanca bisancia pondus. ʒ ii. cum aqua calida extrahit sanguinem congelatum de renibus et vesica: multa ēt dicūt phisici ⁊ spāliter in caplo de cōgelatione sanguinis ī stomaco ⁊ ī caº ō cōgelatiōe lactis in mamillis q̄ hic valēt.

¶ Capᵐ 7ᵐ. de restrictōe fluxus vrīne.

Contingit aliquando nos urinam ꝯstrigē oportē: eo q̄ in uoluntarie preter naturā egredit: et hoc pōt ꝯtingē ex magno vsu medicinaꝝ apituaꝝ. Auicē. ī hoc dixit lēs ispissat sanguinē ut nō currit in uenis ⁊ ipa minorat urinā. Et dixit ēt nespula ꝯferūt multitudini vrine. Et subdit Aui. ō lente ⁊ nō ꝓuocat penitus. nō gº approximet ei hñs lesionē in urina ex pte distilatōis. et dixit ēt fungi faciūt possidē difficultatē vrīe: et dixit ēt oēs aq̄ minerales faciūt urine difficultatē ⁊ pariendi ⁊ mēstruorū. Serapio dixit corallus dissuriis medicatur cū aq̄ bibitº. ⁊ dixit ipoqstidos stringit urinā. Exitui urine ī uolūtario sūma medicina fm Auicē. ē scoria ferri mixta cū vīo aut īfusa ī ipo aut pluries in ipso extīcta autº subtilit trita ⁊ bibita. Cōfert āt maxie si prius ī vīo radix enule sit bulita. Et confert ēt si in dicto vīo actu calīo sedeat paciēs. ¶ Alchi. dixit glandes frigide sūt ⁊ sicce q̄ uētre strigūt atqꝫ urinā. Apuliº dixit ue sicā scrophe ī vēis siccaꝫ ⁊ tere ⁊ da bibē ⁊ multū valꝫ: distillatōi urīe. et dixit ēt uesicā capre aut ouis nigre aut tauri inscissā da bibē cū aceto ⁊ aq̄ cū dormitū uadit paciēs qñ nihil aliud ꝓdest p tres dies ꝯtinuos luna decrescēte ul' uesicā picis fluuialis. Serap. ēt dixit q̄ndo mumia dissoluit ī olīo ō sābach. Est āt sābach sābachº ⁊ fit ide suppositoriū cōfert ill' q nō pñt retinē vrinā. Sꝫ Bartho. dixit ego expiētia scio certa qñ vrīa migit spissa ⁊ aspa si fiat sirupº ex decoctiōe nenufaris p bibit stati illa strigit urīa ⁊ clarificat: ⁊ dix. et nō dubito ꝙ si ex decoctōe radicis albe nenufar. fiat ēt sirupº sil' ⁊ bibat idē ⁊ fortiº opat. ¶ Si mō frigiditas eēt in causa lignum aloes ꝓhibꝫ fluxum urine qui fit a frigore ⁊ debilitate uesice.

Serapio ꝛ Constan. hoc dicunt. Fidelis dixit galanga retinet vrine fluxum factum ex frigiditate renum ꝛ vesice: scordeõ etiam secũdũ omnem modum administrationis confert impotẽtie restaurationis vrine quando frigiditas uel humiditas uel utrumqꝫ existit in causa.

¶ Ca. 8m. de ardore urine ꝛ accensione que apparet in virga.

Ardor accidit frequenter in vrina ꝛ est causa impotentie retentionis ipsius. ¶ Et facio mẽtionẽ de his dispositionib' quia ex vsu medicinarum conuenientiũ lapidi: iste dispõnes causantur quare de eis facio mentionẽ ut cirugicus istis sciat succurrere. ¶ Hui. dixit nos sumus experti in ardore urine ut tollant grana pinee minoris et seminum communium mundatorum an̄. coquantur cũ rob quantitate q̃ sufficit et sumat ex eo a ℥. 4. usqꝫ ad. v. dissoluto cũ aqua zucca. Aliud expertum ad idem. ℞. seminum citrulli cucurbite excorticarum. ℥. 4. semis lactuce portulace an̄. ℥. ii. succi riquilicie. ℥. i. ro. ℥. 5. glandium. ℥. i. mirtillorum lentis excorticate an̄. ℈. i. terantur et cum succo portulace aut cuꝫ mucillagine psilii fiant trocisci quorum quilꝫ sit ℥. i. et dosis sit. ℥. i. Qz si uis illos magis facere constrictiuos. Illis adde succum ipoquistidos ꝛ subdit. Et dico iterum. ꝙ ad tutelam et confortationem uesice optimum est addere in trociscis de foliis cipressi. ℥. 5. mirre. scropu. 5. ¶ Qz si addatur aliquid de opio tunc erit fortissimũ. Aliud quando ardor est propter acuitatem materie. ℞. seminum cucumeris. partes. iii. granorum pinee maioꝝ mundatorum partẽ. i. sebesten partem. 5. zucca. quãtũ oĩa fiat tragea ꝛ detur cũ aqua zuccari aut ordei. ¶ Aliud conueniens in ardore vrine mirabile ℞. seminis citrulli cucurbite mundatorum an̄. partes equales semis lactuce portulace. an̄ partẽ. 5. succi riquilitie puri q̃ꝫtum partis vnius terantur omnia ꝛ cũ succo portulace aut mucillagine psilii fiãt trocisci quorum quilibet sit. ℥. i. ꝛ detur vnus in mane cum mellicrato aquoso. Aut cũ aqua zucca. aut cũ decoctione seminis lactuce ꝛ sũt isti trocisci vehementer extinctiui sitis. Secundum Auicẽ: decoctio radicis altee confert ardori vrine. ꝛ intestinorum. ¶ Et secundũ Alchi. confert lapidi ꝛ secundũ Alchi. hoc etiã proprie facit ꝺcoctio seminis. ¶ Et Constan. dixit in pãtegni ꝙ succus ptasie cum vino mixtus ualet morbibus reptilium ꝛ ardori vesice. ¶ Et dixit etiaꝫ ꝙ oleum de antipersico valet ardori vesice cum incensione vrine si misceatur cum oleo amigdalino dulci. Sunt autem antipersica ꝛ crisomilemoniace idem. ¶ Serapio dixit fructus mirti comeditur in ardore vrine ꝛ prouocat vrinam ¶ Et Bartho. dixit ꝙ idẽ potest sirupus eius ꝛ rob ipsius ꝛ puluis ipsius cum aqua bibitus. Isaac dixit grana pinee masculine cum seminibus cucumerum data renum vesice ꝛ dolorem ꝛ ardorem vrinam prouocando tollunt dolorẽ. Ra. dixit oleum de nenufaris clisterizatum valet arsure vrine quod certe experimento est perutile. Mesue dixit oleum de semine cucurbite ꝛ de se. citrulli ꝛ melonũ dolori ꝛ ardori vrine sunt efficacia.

¶ Capitulum nonum de cura mictus sanguĩs ꝛ vrinaꝝ sãguinolẽtaꝝ ꝛ ẽ plaga vesice.

Quandoqꝫ mingitur sanguis ꝙ forsan est ex debilitate virtutis retentiue renum vel ex debilitate virtutis sequestratiue eius uel forsan ex plaga eius. Hoc aũt totũ põt accidere ẽ magno vsu renũ frangentiũ lapideꝫ quare hoc potest esse accidens lapidis renuꝫ sicut ꝛ precedẽtia. Alchi. in hoc dixit qñ potatur lingua canis stringit fluxum sanguinis prouenientẽ a renibus. ¶ Apulius dixit malue saluatice cũ totis radicib' suis librã pensata in aqua decoctaꝫ usqꝫ ad dimidiaꝫ p triduũ pacienti da bis bibere dolorẽ vesice mitigat ꝛ sanguinẽ abstinet ꝛ perfecte sanabit: Et nota ꝙ Gal. alteraꝫ vocat maluam silueſtrẽ ꝛ isidorus eodẽ modo ¶ Serapio dixit ꝙ ipoquistidos uehementissime stringit sanguinem qui egreditur cum vrina. Sanguinem et am stringit mumia: quãdo ex ipsa bibitur usqꝫ ad. ℥. iii. cum vino. Rab dixit in compositis ad mictum sanguinis cum vrina ex plaga in uesica uel in uirga scilicet cum in principio mictus urine exit sanguis. ¶ Accipe rob de uino ꝛ buliat quousqꝫ coaguletur: postea sume ex eo lib. i. ꝛ cum farina siliginis misce ꝛ da quottidie. ℥. v. est enim sepe expertum. ¶ Sirupus patrinus ad mictum sanguinis qui factus est ex multitudine coitus. Recipe plantaginis ꝛ seminis eius portulace extremitates mirti extremitatis uitis oĩum. M. 5. succi requilitie radici ei'. seis anisi feniculi infusoꝝ i aceto ꝛ tõ refactorũ an̄. aur. ii. se. papa. se. lactuce an̄. aur. i. cõquassant oĩa ꝛ infundat in lb. i. 5. aq̃ ꝛ coquant usqꝫ ad ꝯsũptoẽm t̃tie ptꝫ ꝛ cũ zucha. lb. i. ꝛ fiat sirupus dosis sit. ℥. i. cuꝫ. ℈. i. pul. b': ℞. boli ar: Carabe t̃re sigillate an̄. ꝛ fiat puluis. subtilissim' Ad vrinas ẽt grossas ꝛ sanguineas que sũt sic turbidũ brodium cicerum rubeoꝝ hoc pulcherrimoꝝ ẽ experimentum. ℞. rubee tinctoꝝ granoruꝫ alcbechengi croci an̄. ℥. i. seminum cõiuꝫ ad pondus oĩum zucha. albi. ℥. iiii. terantur ꝛ cõficiantur in electuariũ cum sirupo ros. dos. i ieiuno sit sicut castanea vna cũ uino albo. ¶ Aliud ad hoc expertũ. ℞. marubii ptes. ii. aceti fortis p tẽ unã misceant ꝛ ex hoc i ieiuno bis uel ter sumatur usqꝫ ad. ℥. i. ¶ Ego cõsueui dare trocis. ꝺ carabe dissolutos cũ aq̃ plantaginis ꝛ uidi effectum bonum desuper ponebã emplastrũ de lentibus ros. ꝛ plantagine distẽperatis cũ oleo ros. prius tamẽ coctis in aqua.

¶ Capitulum decimū de cura diabetis renum.

Q Uādoqʒ accidit i
renibus tanta caliditas uel ēt siccitas
rōe cuius fit tanta attractio potus ꝙ
xtus retentiua renum nequit regulare. Unde ex
hoc corpus disponitur ad ethicam. ¶ Ego po
sui ista capl'a taqʒ sequentia ad lapidem renuʒ ꝛ
vesice: qꝛ quasi accidentia sūt illius dispositōis
¶ Et pauca ponam in illis capl'is: sed oīa erūt
aurea. Nota ꝙ potus ī hac passione nullo mo
do debet denegari: ꝛ ex simplicibus laudauerūt
exterminates antique vitis ꝛ salicis ꝛ citonia et
mala granata ꝛ portulaca ꝛ virga pastoris ꝛ sēp
niua ꝛ que sunt illis similia ꝛ tu ex istis simpli
cibus facias composita uelle tuo. ¶ Rasis ī su
is expertis dixit tractatu de oleis ꝙ oleum ro.
sicut proprie in tertia descriptione ipsius dscri
bitur est nimis mirabile in diabethica passione
bibitum cum lacte caprino. ¶ Et Sal'. laudauit
multum aquā ordei cū rob fructuum ¶ Et gal'.
laudauit etiam hoc suum secretum. Recipe spo
dii xilobalsami costi sandalorum portulace se
minis dragaganti amili taratich et est fungꝰ na
scens in radice rose canine siue barbe ircine fm
Auicen. cuius succꝰ exiccatus est ipoquistidos.
berberis se. endiuie boli ar. omnium aña. ʒ. viii.
masticis cinamomi origani ana. ʒ. iii. zucha. ℥. i.
terantur ꝛ cribellentur ꝛ conficiantur cum gele
niabin ꝛ reponantur ꝛ sumatur ex eo omni ma
ne. ℥. i. dorsum autem cum taratich ꝛ aqua rosa.
emplastretur: trocis. qui conferunt iuuamento
magno ī diabethica passione. ℞. acacie. ℥. ii. ro
sa. siccarum. ʒ. iii. balaustie. ʒ. iiii. gumi. ʒ. ii. draga
ganti. ʒ. i. terantur ꝛ cribellentur ꝛ conficiantur
cum mucilagine psilii ꝛ dentur cum aqua frigi-
da. ¶ Emplastrum ad idem. ℞. farinam ordei
ꝛ infundatur in oleo ro. ꝛ modico aceti quātuʒ
sufficit ꝛ fiat emplastrum: ꝛ possūt addi semina
portulace ꝛ rasura cucurbite ꝛ solatrum ꝛ simi-
lia. sēper aūt ēpl'a frigida ꝛ non calida apponāt.

¶ Capl'm xiꝰ. de cura ulcerum vesice.

D Icamus modo cō
sequenter d vlceribus vesice que etiā
contingunt ex mala applicatione me-
dicinarum lapidem frangentium sicut ex mala
applicatione centaridarum ꝛ aliorum similiuʒ.
¶ Alchi. dixit quidam curauit quendā mingen
tem sanguinem ꝛ prius qui per quattuor annos
fuerat passus cum sirupo facto ex solo succo dē
tis equini cum zucᵒ. vinum dulce confert vlceri
bus renum ꝛ vesice. ¶ Serapio dixit qñ cucu-
mer sumitur cum rob aut cum lacte confert vl-
ceribus vesice. ¶ Et Dia. dixit semen cucumeris
tritum ꝛ cum lacte mulieris bibitum ulcera ve-
sice sanat. ¶ Et dix. Serapio de fructu solatri
secūde speciei ꝙ est alchechengi ꝙ confert ulce
ribus renum et vesice ꝛ similiter granuʒ solatri
cōmunis licet debilius. ¶ Auicenna dixit dcoc
tio semi. lini confert ulceribus renum ꝛ uesice.
¶ Dixit etiam requilitia confert ardori vrine et
valet ad ulcera renum ꝛ vesice et scabiei ipsius
¶ Et Alchi. uoluit hoc de succo ipsius bibito.
¶ Et dixit etiam Auicēna flos altee confert ul
ceribus uesice et renum bibitus ꝛ linitus cum
oleo. decoctio foliorum malue bibita aut puluis
eorum cum vino uel aqua: ꝛ inunctio etiam fac
ta cum eis exterius mixtis cum oleo facto ex
eis confert ulceribus uesice. Uerum Bartholo.
dixit radix magis conuenit qʒ alie partes Auicē
na. Iterum sic dixit ius galli cum lacte admini-
stratur ad ulcera uesice. ¶ Et dixit etiam lac ca-
prinum ualet ulceribus uesice. ¶ Et Serapio
dixit omne lac in quo est extincta aqueitas cuʒ
lapidibus calefactis cōfert ulceribus membro
rum interiorum ꝛ proprie illis que fiunt in gut
ture et canna pulmonis et uesice ꝛ renibus ꝛ in
testinis et uesica. ¶ Et administratur lac cū mel
le ne inflationem faciat ad supradicta. butirum
immissum ulceribus uesice confert. ¶ Auicēna
tamen dixit ꝙ confert in orificiis ulcerum ori-
ficii uesice. ¶ Ego ꝛ alii utor trociscis alche-
chengi illos dans cuʒ iulep uel cum lacte. Dixit
etiam Auicenna mumia confert ad ulcēa uesice
Unguentum optimum ꝛ expertum ad ulcera ue
sice. Recipe litargirii ceruse plumbi terre sigil-
late succi requilitie corticum thuris centumno-
die ana partē unā gallarum corticis mandrago
re ana part]. s. puluerizentur subtiliter ꝛ cum al
bumie oui super lamina plumbea et cum pistel
lo plumbeo diutius agitentur ꝛ cum siringa im
mittantur. ¶ Super uesicam autem ꝛ uirgam fi
at fomentum cum aqua decoctionis rosaꝝ. et
corticum papa. ꝛ consolide utriusqʒ.

¶ Tractatus decimusoctauus de dispositio-
nibus membrorum generationis.
¶ Capitulum primum de conseruatione illaruʒ
partium sine pilis.

D Eus creauit in
uiris instrumenta generationis si-
cut uirgam ꝛ testes. per uirgam au
tem tanquam per sufficiens con
ductorium sperma uirile ꝙ acti-
uiuʒ principiū generatōis existit ad matricem tā
quā ad locū aptū generationi īpellitur. ¶ Testes
autem scdm medicos perficiunt ultimum dispo
sitionis in spermate que est sibi necessaria: sed
debet posse generationem efficere. Aristotiles
autem non dixit hoc: sed sunt sicut appensoriuʒ
dillatans uiam spermati in hora sui egressus si
cut faciunt textores qui tellis suis alligant aliq̄
pondera ut abilior fiat transitus spole. ¶ Nunc
ergo dicam de ipsis dicens que requiruntur ad
eorum ornatum. ¶ Si itaqʒ locum pectinis ꝛ il
larum partium diu uoluerimus a pilis puberes

conseruare fiat emplastrum in locis illis ex fari
na fabarum. ¶ Si enim Gal.dixit multis locus
impubertate remanet absq; pilis: sint autez sine
cortice fabe. ¶ Et Auicenna dixit similiter qn̄
sepe emplatur. tale emplastrum super locum ra/
sum ¶ Idem facit. verum si quis considerat dic
ta Auicen. magis videtur loqui de corticibus
emplastratis: eandem rem folia rubi perficiunt
quādo ex eis pectini fit emplastrum. Et Diasc.
sic dixit de brasica. i. caule auctoritate. grespii
testium ⁊ genitalium vitiis utiliter imponitur. s.
ut pili non nascantur efficatius pro futura si fa
ba trita misceatur. ¶ Alchi. dixit qui ungit pecti/
nem ⁊ anum cum sanguine irundinis non pmit
tit nasci pilos. ⁊ hoc facias anteq̄ pili nascantur
¶ Et sextus plato dixit equi spuma si puero pe
ctinem linieris pili eius non crescunt idem non
generat. ppterea dico ego nō est vtendum tali
medicamie. ¶ Et Dia. dixit iterum viperinus
adeps alarū pilos inunctos nasci non sinit. Nō
est autem hesitandum quī etiam in his locis si
militer valeat. ¶ Quidā autem dixerunt ꝙ si lo
cus prius inungatur lacte canis anteq̄ ibi orian
tur pili prohibet ortum pilorum in illo. ¶ Con
sequenter tamē dixit Gal. in. x. cap°. de lacte pari
etiam ratione qui scripserunt ipsum scilicet lac
caninum prohibere celerem ortum pilorum i/
pudibundis si quidem priusq̄ homo pubeat ī
ungatur mētiti: existimo etiam ꝙ que dicta sunt
supra de prohibitione ortus pilorum euulsorū
conferant in hoc cāu: cum ergo expedit videāt.

¶ Capl'm secundū de prohibitione excre
scentie testiculorum in pueris.

Aedum reputo exi
stere supflue in viris excrescere testes
quare ⁊ circa hec pauca dicam: qꝛ pau
ca inueni. ¶ Emplastruz factum ex foliis cicu
te terrestris cum se. suō qn̄ viridis est cicuta si
testibus assiduetur eorum excrescentiam prohi
bet. ¶ Dia. dixit faba infanti si imposita fuerit
testes propendere non sinit. Gal. dixit in nono:
ꝙ si ferrum super cote fricetur ⁊ illa fricatura te
stibus liniatur eorum superflua excrescentia tol
litur. Et in ca° de cote dixit vginum mamillas
ad tempus tumefieri prohibet ⁊ testes puerorū.
¶ Et ego dico ꝙ omnia que prohibent tumo
rem in mamillis et tumorem testium prohibēt:
quare alternatim uideantur.

¶ Cap^m 3^m de augmētatōe vge ⁊ puificatōe ei^s.

Multi putāt magni
tudinem virge esse ornatū corporis:
⁊ in hoc laborant ut in suis natis hoc
accidat. ¶ Et qꝛ ꝺm Auicē. ⁊ alios medicie doc
tores. ipsius superflua magnitudo impedit gene
rationem: qꝛ circa hoc nimis esse solicitū utile
non puto: verū qꝛ ars medicine hoc docuit nūc
aliqua dicam. ¶ Dia. dixit semen coriandri geni
talia crescere facit. ¶ Et Guil. dixit ꝙ hoc cōe/
stum facit. nam appositum contrarium poti^us age
ret. ¶ Rasis qui plus aliis in hoc insudauit
voluit ꝙ fricatio membri facta in die multoci/
ens que omnem inunctionem semper precedat
virgam augmentat ⁊ multum: maxime autem ē
vtilis fricatio quando in actu fricationis virga
fricata cum aqua calida madefit. post fricatio/
nem vero inungatur oleo viola. dissoluto cum
cera. ¶ Et dixit etiam Rasis ꝙ virga magnifi
catur si decies in die fricetur cum lacte ouino.
¶ Si virga etiam multum epithimetur cum lū
bricis terrestribus exiccatis ⁊ tritis cum oleo
sambucino multum crescet ¶ Et similiter si v
ga inuoluatur in frustro utri quando pix est ex/
tracta uel abiecta ab utre ⁊ cuz eo calido multo
tiens in die virga fricetur ⁊ ibi dimittatur doēc
est calidum. ¶ Cum uero est frigidum auferat
multum excrescet virga. Item ℞ sulfur. citrini
et piperis aā. part. equales ⁊ cum melle miscea
tur ⁊ virga inde epithimetur. ¶ Cum autez sic
per horaz vi... permanserit aqua calida virga
lauetur. ¶ Et dixit Rasis ꝙ si puer hoc regi/
mine vtatur virga eius in naturalem magnitudi
nem transibit. ¶ Si autem vis ipsam puificare
per oppositum facias ⁊ uideas que puificant te
stes et que paruificant mamillas quoniam hic
ualent.

¶ Cap^m 4^m de pruritu gēitaliū: ⁊ ardore ipsorū.

Pruritus genitaliuz
propter frequentem motum manuum
circa locum infert quandam indecen
tiam: qꝛ ergo res preter naturam indiget amo/
uente. ¶ Auicenna dixit cum ergo est pruritus
in genitalibus lauetur locus cum aqua decoctō
nis foliorum ⁊ stipitum saluie ⁊ pruritus seda/
bitur. ¶ Et Alchi. dixit ꝙ tollit pruritum ma/
tricis. ¶ Et Diascori. dixit idem cum Auicēna
¶ Et Apulius dixit ꝙ si talis aqua confricata
tollit pruritum ueretri ⁊ ani. ¶ Et alibi etiā di/
xit. Apulius sic saluia in uino cocta pruriginem
uerendorum utriusq; sexus curat. Et. Bartholo
meus dixit ꝙ hoc proprie faciunt folia ⁊ sti/
pites siluestris saluie. ¶ Alchi. dixit alumē scis
sum. idest iamenum ualet pruritui testiculorum
hoc etiam tollit pruriginem testiculorum. ¶ ℞.
ceruse. ʒ. 7. sulfuris citrini. ʒ. ii. opii. ʒ. unā teratur
omnia cum aceto uini mixto cum aqua et parti
bus genitalibus apponatur. ¶ Ad idem ℞ dra/
ganti citrini ⁊ litargirii aā. terantur ⁊ cum aceto
liniantur. Hec itaq; sola tollunt scabiē siccaz te
stium. ¶ Si uero opium addatur tollit prurituū
Guil. dixit nos in hoc casu sumus experti ut lo
cus ex succo ebuli tepido inungatur ⁊ cum per
se fuerit exiccatum sumatur oleum ro. ꝙ tā diu
super lamina plumbea cum pistello plumbeo sit

fricatum donec spissitudinem acquisiuerit: ex quo postea locus inungatur tollit etiam ardorem et exiccationem que fit in genitalibus succus pomorum stipticorum uel ponticorum aut succus corticum arboris ferentis illa super unctus cum modico uino. Multa ego dicam de pruritu matricis que hic etiam ualent et similiter multa scribentur in capitulo de pruritu que huic loco conueniunt. Ego etiam non dubito quod unguentum ro. camphoratum cum modico aceti hic ualet et similiter populeõ. Et unguentum album et succus morelle et plantaginis dico tamen semper factis purgationibus hoc cãu semper est necesse.

Capitulum quintum de confortatione coitus cũ his que sperma multiplicãt.

Valde indecens est quod homo sit iuuenis uel in etate consistentie uel in prima senectute et non possit coire et specialiter cum mulier sit iuuenis: huic ergo isto modo succurratur. Isaac dixit sic si ex fabis siue cortice ius fiat calefactiuis rebus appositis ut pipere longo zinzibere uel oleo amigdalino perfecta est medicina ad coitus operationẽ: hoc autem auxilium sperma et uentositatem multiplicat. Serapio dixit. cicer augmentum facit in spermate et in lacte: Et Galienus sic dixit in libro de elementis de ipo excitat autem impetus ad libidinem: certũ simul cum hoc et spermatis generatiuum quia equis et stalonibus dant ipa. s. cicera propter hoc comedere. Alchindus dixit farina cicerum cum lacte cocta prouocat coitum quãdo sepe comeditur. Et Auenzoar dixit quod brodium cicerum rubeorum habet coitum promouere. Dixit etiam Serapio eruca generat uentositatem et ideo facit erectõnem uirge et generat sperma et exiccat libidinem et agrestis in hoc est fortior domestica. Et idem facit semẽ eius. Et Bartholomeus dixit quod semen eius uiride comedatur et post saba bibatur. Et Serapio dixit et semen rape generat uentositatem inflatiuam et ideo mouet libidinem et auget in spermate. et idem potest radix cocta et comesta. Dixit etiã in zinzibere est virtus que adiuuat in spermate et iuuat super coitum. Et secundum Alc. idem facit zinziber conditum. Et dixit etiam galãga auget uel comouet sperma et quando frustrum eius tenetur in ore facit erectionem magnam et auget in spermate multum. Et dixit etiam in pipere albo cum acuitate sua est humiditas que auget in spermate. Dia. dixit amigdala dulcis cupiditatem veneris accendit si cum folliculo suo nucleus deuoretur. Et Alchin. dixit de eo quod proprie cum zuccaro sperma auget et statim. Et Serapio dixit amigdale dulces augent sperma et similiter faciunt nuces auellane et fistici. Et Bartho. dixit de amigdalis: quod virides proprie sunt ille que sperma multiplicant et coitum augent. Et dixit etiã Barth. quod fistici recentes cũ vino bibiti aut saba aut melle aut zuccaro et maxime zuccaro addito coitũ excitant. Et Mesue dixit oleum de amigdalis dulcibus cõfert etticis et impiguat et auget sperma. Alch. dixit de auelanis quod comeste cũ aqua mellis conferunt tussi antique et iuuant ad spuendum et coitum. Dixit etiam Dia. de splenaria siue matris silua sic folia. 3. 7. diebus bibita genitalia semina homini nutriunt. Auicenna dixit granum pini maioris excitat coitum et proprie quando ex eo nutritum est. Hec autem doctrina queratur ab eo 2°. canone. Et dixit ẽt semen papa. domestici cum melle augmẽtat sperma. Et dixit quando sisamum frigatur et comedit cum semine papaueris et semine lini cũ equalitate augmentat sperma. Et dixit quod quando lingua auis: idest semen fraxini libidinem et sperma auget. Et Sera. dixit quod inest proprietas sibi quando est mixta cum nuce musca. Et dixit assarum auget in spermate. Et dixit caro gallinarum auget in spermate. et dixit caro perdicũ auget in coitu. Alchi. dixit granũ bombacis auget sperma. Dixit etiam baucia spermati acuitatem tribuit. et Sera. dixit cũ eo raphanus et proprie siluestris incitat coitum et auget in desiderio coitus et in spermate. et Bartho. dixit quod proprie facit semen eius cũ semine eruce bibitũ cũ vino dulci. Dixit etiam cepa habet aliquid humiditatis: vnde auget coitum et sperma. Dixit etiam testiculi apri bibiti ventrem incitant. Et dixit lac stimulat coitum si bene digeratur et sãguinẽ augmentat et sperma. et dixit etiam oua incitant coitum et precipue passerum et columborũ. Et quidam dixerunt quod oua tremula preparata in aqua cum puluere zinziberis et stinci et sumpta cum uino dulci coitum roborant. Ra. dixit gallina alba cocta cum quattuor cepis albis donec sit bene cocta si comedatur caro et bibatur brodium addit in appetitum coitus. et dixit etiam quod pulli columborum addunt in coitum, et calefiunt renes et addunt in sanguinem. et dixit caro anseris confortat coitum et calefacit renes et addit in sanguinem. Galie. dixit de stincis in .xi°. que citra renes stincorum uelud incensiua testiculorum sunt cum bibuntur. et Serapio dixit quod talis caro nimiam erectionẽ facit virge adeo quod oportet fieri medicinam extinguentem ipam Uerum tñ quando miscetur cum medicinis aliis restringit virtus eius et auget sperma. Expertũ ẽ quod si tollatur seminis lini partes .i. s. et pipis ps. 5. et cũ melle fiat confectio aut solus puluus ex his factus cũ uitello oui sorbeatur et libidinẽ auget et sperma: et scitur etiã quod grana pini maiora excorticata. et similiter grana sisami excorticata quãdo cũ penidiis aut zuccaro aut melle conficiuntur secundum quod requirit dispositio patientis et in frigore et calore et dentur multiplicant enĩ sperma et similiter etiã grana pini magna quando cum passulis enucleatis teruntur et ex eis cotidie sumit 3. i. cum vino dulci coitum incitãt. Itẽ fiat cõfectio cũ zuccaro et melle et radice enule ortulãe

u

et granis pistear et zinzi. et fiat cōfectio et dent ex ea. ʒ. z. vsqꝫ ad. 7. cum uino dulci aut saba et alia multa habent expta et spāliter a Gali. in de secretis que dimitto gratia breuitatis.

¶ Capitulum sextum de confortatione coitus et illa que uirgam erigunt.

Ego sepe vidi iuuenes non potētes coire rōe uel ex defectu erectionis vge. Unde iuuenibus valde indecēs est. Ista tamen capitula ad se inuicē sūt utilia quare alternatiū videant. Alchi. dix. vue recētes uirge erectionē emēdant. Aliq antiqui uoluerunt q̄ ad uirge erectionē multuz facit euruca appropriatate sui et in hoc siluestris est potior q̄ꝫ domestica et semen magis q̄ꝫ herba ¶ Et dixit Alch. cinamomum aliquātulus subtile generat uētositatem et ideo facit satiriasim. i. vge erectionem. et dixit q̄ quando frustrū ex galanga tenetur i ore facit erectionē magnā et etiam comesta auget in spermate. et dixit ēt porrum ꝓuocat appetitum et satiriasim et succus eius et semē sanat hominez q nō pōt coire et faciūt eum redire ad pristinū statum. Dixit ēt pinguedo piscis stinci quando inungitur vga ꝓuocat libidinem. ¶ Dixit Chiran. ℞. eruce. ʒ. 4. piperis. ʒ. i. conficiant cum melle de quo de mane et sero assumes q̄ꝫtum accipias cū duobꝰ digitis. ¶ Et dixit etiaz sic si homo sit ꝓuecte etatis et membrum habeat dissolutum languēs facit hoc ℞. se. eruce. ʒ. xvi. cimini. ʒ. 8. pipis. ʒ. 4. seminis portulace. ʒ. ai. hec trita confice cū melle de quo sumatur mane et sero hoc optimum est. ¶ Auicē. dixit infusio ciceris demane bibita fortiter vgam erigit et infundatur tota nocte cicer in aqua calida et mane detur illa in potu Semē etiam pastinace cū vino dulci bibitū adiuuat vge erectionem. Ra. dixit si assa cōficiat cum melle et ex eis aureum vnū sumat per duas horas ante coitum fortiter uirgam erigit. Et dixit iter mellissa inflationem faciens uirgā erigit. ¶ Et dixit etiā Ra. cum formicis ꝑparatur vnguentum ad erectionem uirge fit eniz ex formicis nigris que habent alas et corroborat coitum. Sumātur quidem formice magne habentes alas et imponantur i vase uitreo et infundat super eis sambach: idest oleum sambacinum et suspendatur ad solem quinqꝫ diebus deinde colatur et proiciant formice et inūgāt cū eis inguina indigentis et uirga et inferiora pedum et ē bonum ad corroborandū erectionem uirge. ¶ Et dixit etiam sumatur oleum de lilio et ponatur i eo euforbii et piperis et nitri et sinapis. añ. et ex hoc unguento uirga et testes et omnes partes anteriores et posteriores inungantur et uirga erigetur. et dixit etiam q̄ cortex pinee et ciperi et anetum coquantur in uino: ex his itaqꝫ licinium intinctum teneatur in ano et uirga erigetur. Isaac i pāteani muscꝰ cū oleo sābacino femoribꝰ et uētre inūctus libidinem augmentari facit. Et ego dico q̄ in talibus sepe utile est euacuare materiam flegmaticam hanc erectionē impedientem.

¶ Ca. 7m. de his q̄ delectationē augent i coitu.

Quia autem maxime in coitu delectatio queritur: ideo hic dicam de his que delectationem in illo causant. Auicen. dixit q̄ piper et zinziber cum melle mixta faciūt delectationē in coitu et dixit etiam saliua illius qui tenet cubebas in ore causat delectationem in coitu. Hamech dixit si uis ut mulier pre delectatione tui coitus virum alium nunq̄ꝫ velit. Accipe fel irci et fel lupi et exicca utrunqꝫ et postea cum uadis ad coitum dissolue ex eis cuz oleo calido inunge uirgam. et dixit si tollatur de sepo ircorum medio rū inter paruos et magnos et inūgatur uirga idē q̄ dictum est statim accidit mulieri propter superfluam delectationem quaz habet. ¶ Et subdit q̄ expertus sum: verum Raf dixit. Si uis vt mulier non habeat rem nisi tecum accipe q̄ cadit ex capillis eius et fac pulueres: deinde accipe adipem ircorum et aliquantulum de felle galline et omnia adinuicez confice et inunge vgam. Et subdit: combure scilicet capillos eosdem et tere vehementer et pōe super virgam et coeas. Et dixit etiam si fel galline quis ponat super uirgam suaz et coeat cum uxore sua non diliget aliū puto q̄ hoc sit ex delectatōne quā cāt. Chirannus dixit fel aurati piscis inunctum membro libidinem et delectationem magnam in coitu prestat. ¶ Et dixit etiam adeps piscis salpe delectasiones magnas facit solutꝰ cum melle et inunctus et solus etiam inunctus idem facit. ¶ Et dixit etiaz cerebrum coruiculi cum melle si inunxeris genitale cū fueris cū muliere ualde diliget et nulli alteri adherebit nisi tibi et cā est dicta. Et dixi oua cornicis ē uncta testiculis delectatōnem inducūt et bibita faciunt amorem. Et idē dico de ouis irundis Et Raf dixit iterum si uirga inungat cum stercore daine deinde coeat cuz uxore sua diliget eum semper. ¶ Guigielmus de va. dixit. Ego autem scio q̄ fel apri inunctum uirge delectationem magnam in coitu prestat: quod etiam affirma: Fidelis et excitat uoluntatem coitus et idem facit fel uerris fm ipꝫ Fidelem.

¶ Capitulum viiim. de maleficiatis:

Multi ueteres posuerunt maleficium posse fieri. ¶ Est autem maleficium in hoc loco illud quod fit ne uir possit cum uxore iacere quod certe fm aliquos facilime fit. Et maxime cuz virgo primo uadit ad uirum. ¶ Est autez hoc opus diabolicum et contra legem diuinam: subtrahit. n. naturalē amorē qui inter uirum et uxorē naturalis eē dēt de quo in ꝑcedēti capitulo

dictum ē: q̄2 propṫ pfectōnē ōpis hic dicā qua liter amoueri dēt. Dixerunt aliqui antiq ꝙ arte mīsia sup limē domus suspēsa facit ut nullum maleficiū noceat illi domui. Et dixerunt aliq etiam ꝙ squilla integra in limīe domus suspē sa vt dixit Dia. tollit maleficiū. Dixerunt ēt ꝙ si maleficiatus biberit herbā aliquā q̄ creuerit p medium alicuis lapidis perforati maleficiuꝫ tollitur ⁊ dixerunt ꝙ radix brionie a malefici ato portata soluit omnia maleficia eius. Fidel' dixit ꝙ picus auis assata ⁊ elixata mirabiliter soluit incantationem ligatos comesta. Et dixe runt i maleficiatus suffumigatur cum dēte ho minis mortui soluitur maleficium. Et dixerūt ꝙ sanguis canis nigri linitus omnibus parieti bus domus in qua est maleficium tollit illud. Si quis etiam sit ligatus ut nō coeat fel corui num accipiat mixtum cum sixameleon cū quo ungens totum corpus adiuuatur. ꝙ si sit male ficiatus ad amandum aliquam uel aliques ster cus illius qui diligit ponatur in sotulari dext° amantis eo ignito ⁊ calciat se nam ꝯ̄ cito feto rem sentiet soluetur maleficium ⁊ expertum ē esse uerum. Et dixit Diascorides ꝙ si corall° teneatur in domo soluit omnia maleficia Bull. de va. dixit. Ego autem expertus sum ꝙ si ma leficiatus mingat per anulum cum quo uxoreꝫ suam desponsauit statim soluitur maleficium ⁊ potest cum ea concubere.

¶ Capitulū nonum de egressu inuolūtario fecis ⁊ tremore mēbroꝝ q̄ q̄nq̄ p° coituꝫ accidūt.

ALiquando contin git vt post coitum inuoluntarius fiat egestionis egressus quibusdam autē accidit tremor in membris ipsorum post coitū Ego scio ꝙ in hoc cāu ualent omnia que strin gunt venirem de quibus copiosius dicūt phi sici. ¶ Administratio vnguentorum ⁊ empla strorum stipticorum confortantium lacertos ō bitos vt vinum stipticum ⁊ alia eiusdem ꝟtutl ⁊ semen agni casti ⁊ similia in hoc cāu laudanē ⁊ oleum de spica romana. ¶ Et Auicenna lau dat oleum nardinum oleum de cipresso ⁊ ole um de sauina he autem inunctiones fiant ho ra que est extra coitum: ego etiam dico ꝙ sem per talis antequam uadat ad coitum feces ex pellat pro posse hoc autem suppositorium ho ra coitus subiiciat sibi. ℞ acacie mirach ⁊ est confectio de qua fit gallia thuris balaustie gū mi arabici aā. partes equales terantur ⁊ fiāt for mule similes ossibus dactilorum ⁊ subiiciatur ¶ Ego in hac dispōne simplicia non inuenio. ⁊ ideo ea non pono saluo quod Alchinus in v no dixit ⁊ qui tres. ʒ. accipiat de opponaco cum succo maiorane per tres dies ualet tremo ri qui fit in coitu ⁊ eis qui aliqua agitatiōe tre mescunt subueniē cum uino potatum.

Capitulum decimum de his que pro hibent coitum ⁊ per consequēs ō cu ra pollutionis pro parte.

IN aliquibus oꝝ predictoꝝ contrarium facere ut in religiosis. vñ indecens est eis ap petere coire. vt g° illis monialibu' ⁊ aliis remoueatur appetitus coeundi hoc capi tulum ordinaui. Unde ad eorum honestatem facit ⁊ quia ista sunt duplicia quēdaꝫ sunt que faciunt hoc sperma congelando ⁊ quedam faci unt hoc sperma exiccando ideo de primis pri mo incipiā. Alchi. multa dixit ⁊ primo dixit ꝙ aqua frigida est bona illi cui sperma defluit ni mis. Et dixit etiam agresta pomi citri aufert uo luntatem coeundi in mulieribus. ⁊ dixit etiam granatum abscindit libidinem. ⁊ dixerunt uete res ꝙ portulaca a proprietate extinguit libidi nem. ⁊ aliqui antiqui existimauerunt ꝙ augmē tum facit in coitu. ego dico ꝙ hoc facit l com plexione calida ualde ⁊ sicca ualde ipam cali ditatem ⁊ siccitatem remittēdo que erat cāa ꝯ sumptiua spermatis. Alchin° dixit ēt dormitio super rof in lecto prohibet coituꝫ. Et Auicen. dixit ꝙ abscindit desiderium. ¶ Auicen. dixit semen lactuce bibitum exiccat sperma et sedat coitus desiderium ⁊ pollutionem ⁊ frangit de siderium coitus cum ex eo bibitur. ʒ. i. cum si rupo de papa. ⁊ congelat sperma cum proprie tate sua que est in eo ⁊ proprie radix. ¶ Et di xit Fidelis ꝙ succus radicis ipius bibitur q̄t tuor diebus cum aqua. ⁊ idem facit semen ma tris silue ⁊ similiter dico de se. uio. ꝙ cuꝫ aqua bibitum extinguit libidinem. ¶ Et dixit Aui. solatrum est ex his que prohibent polutionem et infrigidant. ¶ Haliabas dixit lactuca concu piscentiam coitus aufert ⁊ semen eius fortius est ad aligendum in hoc loco comestio tamen eius frequens uisum debilitat. Dia. dixit semē nenufa. potatum reprimit seminis fluxum. Et fm plures idem potest succus radicum ⁊ ipe e tiam radices ⁊ herba ipa cum aqua bibita ⁊ si ex decoctione ipius bibatur cum oleo de papa uere congelat sperma cum proprietate sua que est in ipo ⁊ proprie radix. Constantinus dixit odor camphore assuefact° libidinem tollit ve rum potata melius operatur. Isaac dixit farina fabarum inguini puerorum apposita stringit li bidinem. Galienus dixit de galla omphangina ꝙ omnibus fluxibus passiōib° gomoree resi stit. Et dixit Galienus in. ix° auctoritate Ipoc. ꝙ si superligetur renibus lamina plumbi ita ꝙ non moueatur hinc inde abscinditur pollu° ⁊ libido. et Serapio dixit auctoritate Galieni ꝙ ipa ligetur stricte super pectinem ⁊ tunc pro hibet polutionem in somnis et infrigidat infri gidatione manifesta. ¶ Aliqui antiqui dixerūt ꝙ si super testes assidetur emplastrum factū cum cicuta trita cum semine suo abscindiē oīs

pollutō. ⁊ similiter si ex seminē eius ēplastrē tur uirga prohibetur erectio ⁊ similiter matl di cit ꝙ cicuta omnino aufert coitum. ⁊ Bartho. dixit ꝙ omnino tollitur gomorea quando cuꝫ excessu caliditatis existit. ⁊ dixerunt etiam ꝙ si genitalia sepe cum succo iusquiami epithimen tur totaliter flamma luxurie extinguitur. dixe runt etiam ꝙ flores salicis uel etiam arbori po puli bibiti omnem ardorem libidinis refrige rant sed usus eorum assiduetur. ⁊ idem potest semen salicis sumptum. dico secundo ꝙ aliqua sunt que prohibent coitum sperma exiccando. Alchinus etiam in hoc dixit lappacium coituꝫ minuit. Radix eius sicca ⁊ semen eius ista ex bibita hoc faciunt. ⁊ dixit acetuꝫ sperma minu it. et dixit etiam ex trifolio. ʒ. ii. bibite ueIlereꝫ prohibent et sperma desiccant. ⁊ dixit etiam se men stafisagrie cum uino bibitum exiccat sper ma. Auicenna dixit ruta exiccat sperma ⁊ absci dit ipm ⁊ deiicit desiderium coitus ⁊ concubi tus. ⁊ Alchi. dixit ꝙ ruta comeditur uel potat̄ abscindit sperma et etiam datur uinum in quo decoquitur ⁊ eiicit desiderium et exiccat sper ma. Haliabas dixit semen rute coitus denegat appetitum. ⁊ Dia. dixit ꝙ folia rute siluestris ꝓ prie hoc faciunt comesta. ⁊ Galienus dixit ꝙ ruta siluestris animositates que sunt ad uenerea detinet. ⁊ Bartholo. dixit ꝙ si ex semine rute bibatur cum uino quotidie consumit materiaꝫ spermatis et venerem compescit. dixit etiam A uicenna acetum interficit sperma quādo fit cli stere ex eo aut sedetur in ipo: ⁊ dixit etiam de coriandro quod ex eo humidum est et quod siccum frangit uirtutem coitus et erectionem virge desiccando sperma: verum Alchinus di xit sic quando coriandrum siccum infunditur in aqua cum zucharo abscindit uirge erectiōeꝫ ⁊ desiccat sperma. ⁊ Guil. de va. dixit nos sumꝰ experti ex eo plurimum in: ʒ. iii. uel. iiii. aque a ʒ. iii. usqꝫ ad. iiii: ⁊ zucharo propinamꝰ in potu ¶ Isaac dixit auctoritate Galieni. ꝙ proprietas agni casti est defetare ⁊ eneruare libidinem et concupiscentiam mortificare inflationeꝫ aufer re atqꝫ libidinem non solum si in cibo uel potu sumatur: sed etiam si alicui iacenti substernatur ¶ Et Galienus dixit ꝙ hoc operatur torrefactꝰ ⁊ non torref ctus assumptus. Et Alchi. dixit. ꝙ bibitus cū mentastro ⁊ euaporatus exiccat sper ma ⁊ quando aliquid ex stipitibus eius sternit̄ sub dorso prohibet pollutionem ⁊ erectionem uirge. Et suffumigantur ex eo mulieres cuꝫ ad est appetitus fortis. Et dixit Ga. in. 7°. ꝙ semen canapis est exiccatiuum in tantum ut si multuꝫ comedat̄ destruit sperma. Et Auicen. dixit simi liter de semine ⁊ corticibus eius. Diascori. dixit de polio ꝙ res ueneres extinguit. ⁊ dixit ō ne pita succus eius aduersus venerea ire prohibet Et Gali. iterum sic dixit radix canis maior ml' tam uidetur humiditatem superfluam ⁊ uento sam habere. Et propterea uenerea ꝓuocat bibi ta de minore radice sic dixit ꝙ nō solū ꝓuocat ad coitū sed totū contrarium est: detinet̄ enim ⁊ deprimit. Et sunt hee radices species satirio nis. ¶ Rasis dixit ꝙ si quis sumpserit ranaꝫ q̄ decolata est ⁊ exiccata ⁊ ex ea potauerit pondꝰ vnius aurei in pultibus aut vino cohibet eū ab accessu mulierum longo tempore: expertum est ut dixit Guil. ꝙ si fiat anulus ex ferro cuꝫ quo aliquis occisus fuerit ⁊ portetur prohibet pollu tionem. Et gomoream portanti quod utilissi mum experimento cognoui efeminat mirabilit̄ portantem ⁊ prohibet uirge erectionem in ipo Ego de talibus empicis infinita inuenio que omnia dimitto quia pauca pono fūdata in ratō ne ⁊ experimento scio hoc non esse uerum.

¶ Capitulum vndecimum de pollutione que fit in somno.

IN somnis frequē ter fiunt pollutōnes ex magna calidi tate renum uel ex uirtute retentiua de bili quibus in hoc capitulo succurrendum est. Galienus dixit de semine lactuce ꝙ bibitū go moreas idest spermatis effusionis cohibet: vñ ⁊ somniantibus datur. ¶ Et Isaac dixit ꝙ eis succurrit summa calitate qui polluuntur. Se rapio dixit de eo quod abscindit distillationeꝫ humiditatis spermatice ⁊ confert pollutioni q̄ fit in somnis. ¶ Et ex rebus que sunt contrarie spermati est semen lactuce quando bibitur cuꝫ aqua ⁊ dixit ꝙ idem facit semen lactuce silue stris ⁊ succus eius etiam sed debilius. ¶ Et al chinus dixit ꝙ lactuca mortificat sensum ⁊ sua ponticitate proprie suffocat calorem naturalem ideo sperma congelatur. ¶ Et dixit Serapio auctoritate Galieni ꝙ si lamina plumbi ligetur stricte super pecten prohibet pollutionem in sō nis ⁊ infrigidat frigidatione manifesta. ¶ Et Galienus de ipo sic dixit ⁊ distillatum plumbū sine aliquo aliorum ipm per se solum substerni tur lumbis cum somniat manifeste infrigidat eos ¶ Et Diascorides ꝙ plumbum somnos uenereos prohibet. ¶ Bartholomeus dixit de plumbo hoc usto tollit etiam pollutionem fac tam in somno ⁊ in hoc fortiter operatur semen nenufaris ⁊ similiter radix eiꝰ bibita ⁊ proprie radix alba. ¶ Et Serapio dixit idem ō eius se mine ⁊ radice ꝙ abscindit fluxū spermatis qui cunque accidunt in vigiliis ⁊ quocunque alio modo. ¶ Et Auicenna dixit ꝙ in lapide emati tis est proprietas rectificandi gomoream. Et lapis iste cum non est ablutus est calidus ī pri mo gradu ⁊ siccus in secundo: Et ablutus frigi dus ad secūdum gradum ⁊ siccus in tertio. Un guentum bonum in hoc casu expertum a me. ℞. seminis iusquiami ⁊ mandragore añ. parteꝫ i. opii parti vnius decimā bulliant omnia ī oleo in duplici uase ⁊ cum cera fiat vnguentum ex quo omnia genitalia inungantur: adducatur et hic illud quod scriptum est supra immediate ō anulo ferreo videat̄ tamē ista capitu. adinuiceꝫ

quoniam vtilia sunt.

¶ Capitulum duodecimum de prohibitione erectionis virge et est preapismus.

Oditum oportet nos prohibere prohibendo erectionē vge et etiā oz nos in papismo prohibere erectionē vge: et religiosis honestis ē hoc ca. vtile. Priapismus aūt est inuolūtaria vge erectio. et ē cā ventositas inclusa in neruo cauernoso generata a cibariis vētosis et a frigiditate cutis cōdēsante ex qua cōdēsatione pphibetur exitus vētositatis. Satiriasis ē appetitus et volūtas et desiderium erigendi vgā ut supra patuit in hoc tractatu. Et de ista materia loqtur Galie. vi. interioꝶ. Auicē. dixit bibatur in erectiōe vge supflua sicut ē nenufaris lactuce et cāphora. ¶ Et dixit ꝙ fria actu vniuersalit applicētur ad vgā sicut est aqua fria et de cubitus in strato rosꝶ. et silia. Gali. dixit ruta est uentositatis dissolutiua ac inflamationis quia amputat ardorē coitus pphibens erectionē mēbri. ¶ Jsaac dixit ꝙ pprietas agni casti ē desēdere libidinē et cōcupiscentiam mortificare et iflationē auferre atqꝫ libidinem nō solū si i cibo et potu sumatur sed etiā si alicui iacenti substernat. Con. dixit vga inuncta gūmi iuniperi erigere pphibet. Et dixit etiam si vga inūgatur in oleo in quo sit cāphora dissoluta ñ poterit erigi Emplastrū ēt factū ex cicuta trita cum semine eius posita sup vgā illā erigere pphibet. Et A. dixit ꝙ tenere sup pectus laminā plumbi prohibet erectionē. Ego multa alia possem ponere: sꝫ vide Ga. in de secretis quia ista pro mō hic sufficiant. Ebiran. tamē dixit si qs quattuor formicas cū succo affodilloꝶ decoxerit et in potu aliqui dederit remissiuus erit oibus diebus vite sue. Multa etiam dicta supra sunt in capitulis que hic addeuantur.

¶ Capitulum decimumtertium de his que mouent delectationem in coitu et amorem.

Expedit multotiens delectationem q̄ ē in coitu extinguere. immo etiā et illa q̄ in imaginatione existit p quā qs cadit in passionē amoris q̄ dicitur ab Jsaac hereos. est enim extremitas delectationis: dicitur nanqꝫ ꝙ q̄cunqꝫ dicta sunt supra refrenātia libidinē et diminuētia delectationem omia coitus diminuūt Intercipiunt autem oia ista libidinē ut ruta agnus castus portulaca semen violis cāphora farina fabarum lamina plumbi zaphirus rana fōmice cū affodillis. ¶ Et Alchi. dixit circa passionē heroticam quādo potatur pax de indico domestico distemperato cū aqua mitigat amorem anq̄ augmētet. Jsaac dixit ꝙ melius ꝙ hereos curat et adiuuat ne in cogitationibus pfundetur ē bonum bibere vinum temperatū et odoriferꝶ Unde dixit sic auctoritate Rufi. Uinū ē medicina fortis tristibus timidis et herosis. Et dixit ꝙ audire genera musicoꝶ multum confert herosis. et Mr vidē ortos fructiferos p quos aq̄ clara defluat: et vniuersalit omnia que de tristicia ad hilaritatē ducunt. Et dixit etiam Jsaac ꝙ herosis confert loqui cū amicis delectabilissimis et ludere cū femia seu cū maribus pulcre fōme.

¶ Tractatus. xix. de dispositionibus matricis in figura et situ eius.

¶ Capitulum primum de constrictione oris matricis cum expedit.

Matrix aliquando est lesa in figura uel situ eius: vnde nimia aptio matricis impedit conceptioē ut dixerunt multi antiq. Dignū igit extimo huic dispositiōi succurre. Aui. dixit quando fit encatisma in decoctiōe casse lignee ualet dilatationi matricis et eius lubricitati et similiter fumus. Constan. dix. ꝙ ℥. i. galle et ℥. i. squinanti puluerizata et in panno lineo aq̄ infuso inclusa vulue supposita uirgineum dolorem representat annos quoqꝫ pueroꝶ elapsos reuocat. ¶ Et Serapio dixit ꝙ sola glandiū decoctio potest os matricis constringere. Et dixit etiam Serapio ꝙ os matricis strīgit euforbium tam fortiter ut prohibeat fetum egredi etiam sumptis medicinis aborsum facientibus vt voluit etiam Auicenna. ¶ Alchinus dixit conteratur harmel idest semen rute siluestris et quando fit magdaleon cum farina lolii uel zizanie stringit os matricis quando ē nimis apertum. Aresius dixit. ℞. aquam pluuie ul rosaceam et in ea buliat de thure uel gumma arabica de galla et de cortice sorbi et de ro. et mulier se extra bene abluat et cum bombice ul pāno se undiqꝫ cataplasmet. Et postea puluis balaustiarum masticis et thuris et mirre zinzibēis et zedoarie et castorei et modicum musti īmittat ut puella et stricta incredibiliter apparebit. Guil. dixit ego autem sic constrinxi os matricis cum isto medicamine et corrupta apparuit vgo ℞. gallarum aluminis squinanti folioꝶum lilii ciperi balaūstie corticum granatoꝶ radicū mori corticum medianorum castanearū et glādium aā. conquassentur et in aqua coquantur. et ex hac aqua lauetur mulier multotiens et epithimetur et ponatur in vuluam cum coto exiccat enim hec fomentatio humiditatem ad matricem currentem. ¶ Item ualet hoc Auicenne ℞. puluerem corticum pini partes quattuor aluminis partes duas ciperi partem .i. decoquantur cum uino stiptico et madefiat in ipso pānus lineus et applicetur. Si autem uelis ut mulier cum hoc appareat uirgo impleatur intestinum columbi sanguine et imponatur in uuluā cū uir uult secū coire et tūc frāgetur illō ītestinū et exibit sanguis et uidebitur uirgo.

Capl'm secūdū de constrictiōe oris matricis.

IN ore matricis accidit quādoqꝫ tāta coartatio ut cū a aperiētibus illi oꝫ subučire: claudit autē multis modis ut dicit Albucaš: accidit aliquādo a natiuitate ⁊ tūc cura eius est incisio: accidit aliquādo a carne superflua ⁊ tūc cuꝫ rasorio aut cū ligamīe rēoueat. accidit aliquādo ex duricie loci ⁊ tūc conueniūt ista que dcā sūt in hoc capitulo libro secūdo sicut radices ebuli ⁊ ireos ⁊ porrū decoctū ⁊ storax ⁊ fenugrecū Accidit ēt rōne apostematis ⁊ tūc cura eius est rēotio apatis vt scit loco suo: accidit ēt ratōne dolorū eius ⁊ tūc cura eius ē remotio doloris vt etiā scitur hoc loco suo quia in secūdo lib° accidit ēt ratione opilationis eius. vnde ratiōe illius carēt menstruis ⁊ tunc ualent que ꝓuocāt mēstrua vt nigella pulegiū saturegia cassia lignea bethonica scordeō melissa ruta camedreos rafanus vrtica rubea tinctorum ⁊ oleuꝫ masticinū. accidit etiam rōne suffocationis multipliciter. vnde ex capitulo illo scitur ꝙ decoctō fenugreci ⁊ olei maiorāe ꝯferūt coartatōni matricis.

Capitulū 3ᵐ de suffocatione ⁊ eius uentositatibus ⁊ tumoribus qui in eis apparent.

MAtrix sepe uersus supiora mouetur ⁊ accidentia suffocationis inducit: ⁊ econtra contingit ipsam quādoqꝫ descendere in tantū ut extra appareat quod difficilimoꝝ accidentiū causa existit. Et de his mō dicam. ⁊ quia hoc pertinꝫ ad dños phisicos. ego de his pauca scribam. Sciendum ē ꝙ matrix vniuersaliter a forma sui specifica insequit aromatica ⁊ fugit fetida ac si eēt vnū aīal. quare cū supius matrix ascendi odores fetidos naribus applicamꝰ ⁊ cū odoriferis inferius opamur: oppositū aūt opamur cū ipa descendit. Serap. dixit cū matrix suffocat bibatur. ʒ. i. folioꝝ bethonice cū aqua ⁊ Bartholomeus dixit ꝙ pōt dari cū uino: tollit ēt suffocationē fcām a retētione mēstruoꝝ propter opilationē. aut etiā fcām ꝓpter spermatl retentōnē Et dixit ēt acetū squilliticū confert suffocatōi matricis ⁊ spāliter cū bibit ⁊ sirūpꝰ sqlle ēt cōuenit in hoc cāu ⁊ dix. quando sapinū odoratur ꝯfert suffocatiōi matricis. ⁊ dix. quādo galbanū odorat excitat epilēticos ⁊ mulieres hñtes suffocationē matricis ⁊ habētes opilatiōes in cerebro suo. ⁊ Aui. dix. ꝙ si bibat cū uino ꝯfert. ⁊ dix. Sera. herba paucedani odorat ī suffocatiōe matricis ⁊ in subetb. ⁊ dix. qñ terit sinapis ⁊ naribus applicat commouet sternutationē ⁊ excitat illā que patit suffocatōemꝗ matricis. ⁊ dixit suffumigiū factū cū blancis bisātiis confert suffocationi matricis. ⁊ idē ēt fumus secūdinā excludit. ⁊ dix: qñ bibit ex granis peonie. xv. cū mellicrato cōfert suffocationi matricis. Diasco. dixit aqua seminis pastinace dat tumenti mulieri ⁊ suffocatiōes ex matrice ꝑclusas has efficaciter soluit ⁊ cū pusta detur. ⁊ dixit storax bibita aut pēsarizata ꝑstat effectuꝫ et mēstrua repat. Suffumigiū ēt factū ex q̄cūqꝫ pte iunipi suffocationi matricis ꝯfert. ⁊ dix. ruta trita ⁊ supposita ano ⁊ matrici suffocatōnē soluit. ⁊ Halia. dixit ꝙ succꝰ eius pēsarizet. Et Fidelis dixit ꝙ ruta sit trita ⁊ bulita in oleo cum assūgia galline ⁊ anseruꝫ ⁊ calida appōatur āte ⁊ retro. Aui. dix. oleū de maiorana cōfert cōstrictioni matricis deducēti ad prefocationeꝫ. fiat aūt nastale cū coto ut Sera. etiā dixit. Cum. n. suffocat matrix multū ē laudata aqua decoctōnis pulegii nā illā tollit ⁊ cōfert uētositatibus eius ⁊ ascēsui eius ad supiora ⁊ credo ꝙ ista decoctio bibita ⁊ sessione in ea facta. Raš dix. lana intincta in oleo lilii celestis ⁊ ī matrice missa ualet constrictōni orificii matricis ⁊ eiꝰ spasmo ⁊ apatibus q̄ fiūt ī ea. ⁊ idē dixit Dia. Fidelis dixit folia recētia urtice supposita trita statī matricibus cadētibus succurrūt. Dixit etiā Fidelis ꝙ filatū lineū coctū in aq̄ ⁊ cineribus maxime stipitū cauliū appositū efficaciter iuuat ī suffocatione matricis ⁊ similiter in uētositate eiꝰ ⁊ hoc ego in uētositate exptus sū ꝓutile ⁊ dix. ēt si infūdatur penna in aceto forti ⁊ ponatur ī naribus statim matricē ad inferiora reducit.

Alcbi. dix. ⁊ Diascorides ꝙ odoratus cimicum ualet suffocationi matricis. Cōstantinꝰ dix. cornua arietis suffūigata matrtcis suffocatiōem pimūt. Et idē voluit Chirānus ⁊ ego dico ꝙ coriū sotulariū antiquū suffumigatum multuꝫ ualet quod sū exptus. Chirā. dixit ꝙ pēne uulturum suffumigate litargicum ⁊ suffocationem matricis ⁊ freneticos curant. Et dixit ꝙ stercus anserū siluestriū suffūigatū demonia eiicit et litargicū sanat suffocationemqꝫ matricis. ⁊ dixit adeps piscis foce suffumigatus cōtinue litargicos curat ⁊ matricis angustias. ⁊ Aui. uidet uelle de carne ipsiūs. ⁊ secūdum ipsum virtꝰ ipiꝰ ē ꝓpinqua castoreo. ⁊ dixit ēt Chirānus castoreū cū uino inūctum suffocationem matricl sanat: multa alia simplicia pūt pōi sed ista modo sufficiāt. Uēio ad alia q̄ expta sūt: si ergo suffocatio fuerit cū caloris innati destructione ⁊ vētositate eius ⁊ dolores accidētes ꝓpter illō ē ut det agaricus ī potu cū vino uel mellicrato ⁊ si det cū aceto sqllitico inuenit in eo opatio bōa. Inūctio ēt fcā cū oleo mussolino cū fricatiōe intra collū matricis aut cū oleo de lilio in quo sit aliquid musci dissoluti multū adiuuat ꝑfocationē matricis. Suffumigiū etiam factuꝫ naribus cū capillis patiētis ē mirabile etiaꝫ scitur ꝙ si sacculus repletur sale ⁊ intromittatur collum matricis subito suffocatio tollitur trocisci etiam de mirra in hoc sūt utiles. multa alia possū ponē q̄ dñis nostris dñis phīcl dimitto.

Capitulū quartū de descensu matricis ⁊ exitu.

MOdo sermo sit
de his q̄ matricē laxāt et descēdē
tē reducūt et hoc scias ꝙ que ua
lent in descensu matricis etiā ualēt
descēsui ani. Cōstātinus in hoc dixit ꝙ sessio
fcā in aqua decoctiōis mirti aut iunipi matricē
descendentē reducit: hoc ēt cōfert ad descēsuꝫ
ani voluit etiā ꝙ cupule cipssi eoꝝ apozima
supersessū ualet casui matricis et molliciei siliē
et ano exeūti: et dixit ēt sic auctoritate Dias. aq̄
decoctōis galle uilue exeūti repugnat et humo
res ab ea fluētes desiccat mulieribus ex ea fo-
mētatis. Et Serap. dixit ꝙ cōfert exitui matri
cis et fluxui hūiditatū eius antiquo et exitui a
ni. Et Haliabas dixit ꝙ decoctō fructus et cō
ticū interioꝝ quercus si sedeat desup in aq̄ eo
rū medētur exitū matricis et ani: foliū lentisci
pulverizatū et desup exeūtē anum uel matriceꝫ
exeūtē retrofirmat. Et Galie. dixit de omni pte
lētisci et ēt de succo eius dixit ꝙ ad ꝯcidentias
ani et matricis idone⁹ ē ꝑprie ipogstidos exn̄s
Serapio dixit acetū restrīgit matricē egressaꝫ
et anū exeūtē. Et Bartholome⁹ dixit ꝙ nō sit
acetū acutū: et ego dico ꝙ bonum ē aliq̄ acuta
cū aceto ꝯbuliri et cū spongia uel cotone appli
cet: vinū ēt in quo multotiēs extinguit ferrūꝫ
ardēs tepidū fomētatū aut quādo fit cum ipso
nastale matricē laxā reducit. Et iteꝝ dico ꝙ id
pōt uinū in quo uirtus scorie ē infusa. Et dixit
iterū Serapio cassia lignea cōfert descēsui ma
tricis quādo fit encarisma in decoctōe eius aut
ēt suffumigatio: et confert similit lubricitati a
ni et dixit fit clistere ex decoctiōe citonioꝝ
exitui ani et matricis. Et dixit ēt acacia reducit
anū et matricē quādo egrediūtur: et ego dico
ꝙ id pt rob ꝛ succ⁹ prunoꝝ ex qb⁹ fit acacia ꝛ
decoctio frōdiū et arboꝝ masticis. Et dixit ēt
ponūtur folia urtice recentia super matriceꝫ e-
gressā ꝛ reuocat eas intus. ꝛ similit dixit Dias.
ꝛ Bartholo. dix. ꝙ sint trita ꝛ ego dico ꝙ vrti
ca facit hoc vbi relaxatio ꝛ casus fit rōe hūidi
tatis matricis eo qꝛ ipa resolutiā ē. Auicē. dixit
balaustia vera cōfert fluxui matricis ꝛ fluxui
sanguīs eius ꝛ dixit ēt radix acetose trita ꝯfert
fluxui matricis. Dixit ēt ꝙ suffumigiū factum
cū stercore bouis cōfert ꝑprie in reducēdo ma
tricē egressā. Alchi. dixit ben albū ꝛ rub. ꝯtunt
matricē egressā a loco suo in locū suū. dixit eti
am folia porri cōferūt descēsui matricis ex pro
prietate q̄ ē in eis quādo in ea ē hūiditas q̄ fa-
cit lubricare. Cinis ēt ramoꝝ uel folioꝝ fic⁹ cū
aceto mixtus ꝛ uētri cū spōgia suppositus re-
ducit matricē hoc valet exptū. ℞. aspalti ptes.
ii. stercoris uaccini ptē. i. terātur ꝛ misceantur et
fiat ex eis suffūigiū. Et nō ꝙ aspaltū sedat do
lorē ei⁹ galbanū bibitū aut uētri applicatū ma
tricē exeūtē mirabiliter reducit. Scit ēt ꝙ si o
uum putridū spāliter illud quod uocat index
ꝛ ē ouū qd diu stetit ī nido ad icitādum illas
gallinas ad ouandum applicetur matrici mul-
tum confert.

Capitulum quintum de extractione secondine.

SEpe retinetur post
ptū secōdina que indiget eductione alt
ter mulier morit. Quid sit secōdina satis notū
ē eo qꝛ ē unus pāniculus cohopiens ipsū pueꝝ
oꝫ ergo vt dixit Albucas vt īfirma iuuet se cū
sternutatiōe ꝛ retentiōe anhelitus ꝛ q̄ sunt illa
satis dictū ē in ꝑprio capitulo ꝛ si p istum mo
dū non egredit suffūigetur matrix cū ēboto d
coctionis calamīti rute centaurce camōille ane
ti cassie lignee ꝛ illius generis idest illa q̄ sunt
illius ꝟtutis. ꝛ cosequēter si illa nō valerēt dē
tur ꝓuocātia aborsū: ꝛ si ista non ualerēt ꝓcipi
atur obstetrici ut submergat manū suā in oleo
cōi uel in mucillagīe altee ꝛ īmittat eam in ma
tricē ꝛ capiat eā suauiter ꝛ si fuerit annexa ex
trahat illud ꝙ fit possibile extrahi ꝛ cū molli-
ficatiuis residuū putrefiat vt ē vnguētuꝫ molli
tiuum ꝛ sic de aliis. Haliabas dixit si aspaltuꝫ
submittatur mortuum educit fetū ꝛ secōdinaꝫ
¶ Et Auicenna dixit ꝙ ipsa camomilla
ꝓuocat mēstrua bibita ꝛ sedēdo in aqua deco
ctionis eius educit embrionē ꝛ secōdinam: di
xit etiā apiū confert difficultati vrine ꝛ extra
hit secondinā. Constan. dixit stercus equi bibi
tū secondinā ꝛ fetū mortuū expellit. Et Halia.
dixit idē de suffūigato. et dixit Constantinus
rosa canina cocta ꝛ bibita menstrua prouocat
ꝛ secondinam expellit. Galienus dixit in 7°. d
floribus Jesimini sic ꝛ mēstrua decoctio eorū
prouocat et extrahit secondinas et embriones
mortuos prouocat. secundum etiam Galienum
in. vi°. suffumigium balsami idem facit. Diasc.
dixit fumus laudani excludit secondinas.
¶ Et dixit Diascorides elixatura radicum altee
secondinas excludit et hoc sessione facta abō
sum prouocat et extrahit secondinaꝫ Aristolo.
ro. cum pipere mixta et bibita cum uino uł cū
aqua. Et dixit etiam de radice Jris illirice col
lirio ex eo facto et pensari more iniecto secun
dinas mulierum educit. Extrahit etiam fetum
radix rubee tinctorum submissa. Dixit etiam
pulegium bibitum menstrua imparat secondi-
nas excludit aborsum facit. ¶ Serapio dixit
si mulier sibi subiicit radicem uitis albe expel
lit fetum et secondinam. Et similiter sessio fcā
in decoctione ipsius radicem mundificat ꝛ fe-
tum expellit. Dixit etiaꝫ sic Jsopus humida mi
scetur cum melliloto et butiro et fit supposito
rium cum eo et prouocat menstrua et expellit
fetum mortuum et secondinam. ¶ Dixit etiam
ex cortice pini et proprie minoris fit suffumigi
um matricis expellit fetum et secundinam et
similiter de cortice thuris.

¶ Capitulum. vi⁹ de mola matricis et carne ad-
dita ea.

MOlā matricis ē frustrū carnis in matrice generatum. Generatur aūt duobus modis Uno mō ex mltitudīe mēx effusax cū vehemētia caliditatis. Scđo mō generat in coitu in quo matrix ↄprehēdit aquam mulieris ꝛ extendit eam nutrimēto ꝛ ꝓpt defectū uirtutis masculinitatis nō ↄcipit: sꝫ illā carnē generat. ꝛ sigꝰ ē qꝛ nō hēt motū p se: credūt aūt mulieres eē ꝑgnantes ꝛ nō videntes partuꝫ ↄqueruntur tpe debito ꝛ tc̄ medicꝰ perpendit de mola matricis. Cura eius hēt fieri cū mollificātibꝰ ut ē sessio in decoctōe altee ꝛ in decoctōne se. lini. Decoctio āt altee hēt educē a matrice ꝛ a ↄsilibus. Itē res ꝓuocantes sternutatōnē in hꝰ ↄueniunt: ꝛ nideas in hoc libro. valēt ēt ꝓuocātia aborsum. Et valēt oīa dcā in ꝑcedēti ca. ꝛ illic vide ꝛ cū instris aliis extrahat ꝺm necitateꝫ Si caro oritur in vulua ut sepe ego vidi dēs succurrere ut dicit Albuca. cū ligatione: liga gº eam ꝛ cum rasorio incide eam lōge tn̄ aliqualr a matrice ne locꝰ matricis tangat timore fluxus sanguinis alia hic nō dico ꝛ sufficit.

¶ Caꝰ. 7ꝰ. de extractione fetus a matrice in muliere mortua ꝛ non mortua.

FEtus naturaliter egrēdit cū capite aū Si āt alit exit exitus ille ē innatalis et tc̄ timor ē de morte: lꝫ aliqui aliqn̄ euadāt: nō tn̄ ꝙ mulier aliqn̄ pꝰ ptū vnius pueri uel aborsum ulr alr remanet ꝑgnās duox uel triū mēsiū ul alit ut semel vidi. Et ex hoc soluit q̄stio pp qd ē ꝙ mulr pº īpgnationē appetit coitū: Alia āt aīalia n̄: soluit ut soluit Aristo. in de aīalibus eo qꝛ nata nihil fecit frustra cū gº mulr pꝰ īpregnationē possit impregnari hinc ē ꝙ nata ordinauit illū appetitū: nō sic āt in aliis aīalibꝰ qꝛ pꝰ impgnationē n̄ pn̄t īpgnari. Istud tn̄ negotiū ut plimū exercet p mlieres. Qx si tn̄ exitꝰ fuēit difficil ꝛ sic naturalis cū fomētatiōbꝰ ꝛ inūctiōbꝰ molllibꝰ ptes mollificēt. Unū tn̄ dico ꝙ utile ē ꝙ mulr se iuuet cū expssiōe ꝛ retētiōe hanelitꝰ ꝛ ꝓuocatione sternutationis cū puluere eufōbii ꝛ elebori albi. ¶ Et dixerūt aliq ꝙ agrimoniū ligatū in coxa facilitat ptū Ego mlta ī hoc libro similia posuissē: sꝫ qꝛ res sine rōe maīfesta nō placēt iō de eis n̄ sū locutꝰ lꝫ aliqn̄ aliq̄ sꝫ pauca sit posita. Si mō exitꝰ n̄ sit natal toto posse ab obstetrice reducat ad natalē exitū: eleuet gº coxas ꝛ cū māu erigat puex ꝛ tc̄ erit exitus natural: si mō accidat ꝙ fetꝰ sit mōtuꝰ qđ sciūt obstetrices Si āt n̄ scirēt cognoscit p imobilitatē pueri q añ mouebat ꝛ p frigiditatē loci qꝛ vētris ꝛ minorationē māillax ꝛ p ꝓfunditatē oclox ꝛ mōtificationeꝫ labiox ꝛ totiꝰ faciei aut ꝑcessionem alicuiꝰ egritudis aut alicuius casus uel offensionē uel p fetoreꝫ hanclitꝰ. Si gº p signa ↄstet obstetrici hoc tunc ipsa debet temptare cum māu inuncta cum oleo oliue ipsum extrahere. Loco etiam mollificato cum balneis ꝛ inūctionibus debent etiam prouocari sternutationes ꝛ debent dari medicine prouocantes aborsuꝫ uelud est castoreum mirra cum ruta ꝛ multa alia dicta in capitulo de extractione secondine ¶ Si autem per istum moduꝫ non possit extrahi tūc intromittatur instrumentum dictum speculum ꝛ aperiatur matrix quantuꝫ erit possibile postea cum manibus uel yncinis uel tenaculis extrahatur integer. ¶ Ego sepe habui istun casum ꝛ si deficeret speculum facias ut ego sepe feci habeas tenaculas aliqualiter magnas ꝛ ponas in matrice clausas ꝛ consequenter aperias ipsas ꝛ videbis pueruꝫ ꝛ tunc cū yncinis ipsū capias et ipsum extrahas: adiuuet te tamen mulier caꝫ sternutatione et retentione hanelitus. ¶ Ego sepe in hoc casu perforaui caput et digitum posui ī capite et ipꝫ exxi et hoc si rectꝰ fuerit. si āt illo mō exhi n̄ possit tūc frustratī icidat. De hoc tn̄ Albucasis dixit aliq̄ a me n̄ uisa q̄re illa n̄ narro: ē tn̄ notum ꝙ aliqn̄ aq̄ exn̄s in pāniculis īpedit exitū q̄re frāgant illi pāniculi ꝛ aq̄ egredietur ꝛ tūc exitꝰ erit facilior. Contingit sepe ꝙ mulier sit mortua ꝙ ↄgnoscit bn̄ ꝛ suspicat de vita pueri tūc in nolēdo extrahē puex mōdꝰ ē iste. Teneat os mulieri mōtue aptū ꝛ filit matrix ꝛ hoc ut aer possit īgredi ꝛ puer possit enētari: apiat ergo mulier ꝺm lōgitudinē uētris cū rasorio. i latē sinistro qa ps illa ē magis libera q̄ꝫ dextra pp epar ꝛ digitl interpoītis extrahat fetꝰ. Ego aliqn̄ feci incisioneꝫ a pomo granato usq̄ ad os pectis cū cautela ne intestina ꝛ puer tāgant. Et p istū modū extraxi puex: vex ꝑmꝰ modꝰ plꝰ placet mihi ꝛ p hūc modū extractūs fuit Julius cesar ut scribit in gestl romanorū.

¶ Capitulū viiiꝰ de pruritu matricis.

IN collo matricis sepe accidit pruritus de qº ualde pauca dixerūt ātiq. Alc. dix. ꝙ decoctio saluie tollit prurituū matricis. Dias. dix. ꝙ pruriginē matricl tollit inūctio fcā cū butiro ꝛ dix. ēt ꝙ pruriginē nature tollit inūctō fcā cum trebētina mixta cū oleo ꝛ melle: multa ēt dcā sūt supra de pruritu genitaliū q̄ etiā hic ualent. Et multa etiā dcā sūt in 2º libro đ dolōe matricis q̄ hic ualēt: ꝛ multa ī uno tractatu seq̄nti dicūt que hic ualent cum mentionem faciam de scabie quare alternatim perquirantur.

¶ Tractatus vigesimus de dispōnibus ani.
¶ Capitulum pꝰ de aperitione emoroidarum.

SUblimis deus in fine recti intestini qđ uocat colō rotūdū musculū gn̄auit vt hō sui ꝓpa

uolūtate constringeret τ relaxaret ne stercore descēdente fieret exitus inaturalis qꝛ inuolūtarius sed solū fiat ibi exitus uolūtarie. Creauit āt illi fines venarū multaꝝ que cū crescūt τ fluunt emoroides appellātur: cū uero tument et nihil emittitur condilomata uocātur: fuit eniꝫ hoc factum quia sepe corpus a suis supfluitatibꝰ mūdatur cuꝫ aperiuntur quare aliquādo oꝫ eas reclusas apiri. Strictura nanqꝫ superflua corpus ad multas egritudines prauas ē suspectū sicut Ypo. dixit. Et iam supra in alio libro qꝛ in. 4ᵒ fuit allegatū ut emoroidas sanare antiquas sic et illas quandoqꝫ oportet constringere quādo scilicet superflue sanguis fluit et corpus ad defectū virtutis ducitur. Et prio dicā breuissie q̄ aperiāt eas qūia dūis phīcis pertinet: Hoc Galienus dixit ꝙ succus ciclamīs cū licinio apit eas. Et Mesue dixit ꝙ ē ex maxīe apiētibus orificia uenarū emoroidarū. Dicit ēt Galienus in xᵒ volēs ꝙ oē fel ad hoc sit cōueniēs sic igitur et apientes latentes emoroidas per taurinū fel. Interdū qdem debilē. īterdū ꝙ ultra decens acre aperiūt. Sit ēt iuxta corpus utentis differētia quedā cū sit facile uel difficile. Aui. dixit morella et eius oleū aperit emoroidas ipsa et eius oleum. Et dixit etiam ꝙ oleū irinuꝫ submissū apit eas. Serap. dixit fel austuris et miluis corrodunt carnē qꝛ coliriū eoꝝ ē acutū qꝛ apiūt orificia uēarū que sunt in ano cū mordicatōne dolorosa. Alc. dix. aloes apit orificia vēaꝝ bibitꝰ dico ego qꝛ sup locū strigeret eas τ dixit ēt Sera. lac ficꝰ τ succꝰ folioꝝ eiꝰ apiūt ōificia uēaꝝ q̄ sꝫ i aꝫo qn̄ submittit cū licinio Ego dixi supra quarto libro ꝙ apiūt aliquāᵒ cum flobotomo τ aliquādo cū fricatiōe folii fici.

¶ Capꝰ 2ᵒ de ↄstrictiōe sāguinis emoroidarū.

Oportet autem emoroidas strīgē cū supfluit fluxꝰ sāguinis. verꝫ Isaac dixit qn̄ liniūtur emoroides cū apozimate corticū maligranati sāguis strigit. τ dix. pōtulaca ēpl'ata eaꝝ sāguīeꝫ strigit. τ Cōstā. dix. semē porri suffūigatū ualꝫ emoroidibꝰ. τ pōri emplāstri more appoiti strigūt emoroidas τ uētositates eaꝝ ↄsumūt. Serapio dix. qn̄ fit clistere cū plātagīe cōfert emoroidibꝰ a qbꝰ multꝰ emanat sāguis. τ dix. ēplꝫ factū ex foliis rubi curat emoroidas appētes i aāo τ illas ex qbꝰ fluit sāguis. Auic. dixit qn̄ aloes pōitur sup emoroidas ēminētes abscindit sanguinē fluētē ex eis. τ dixit sumach puluerizatū ad fluxū matricis τ emoroidaꝝ ualet Et dixit scoria ferri ꝓhibet fluxū emoroidaꝝ: τ ꝓprie dicit qn̄ sedet patiēs i vīo ātiquo i qꝰ ipōit. Galie. dix. de albūie oui in. xiᵒ. miscet āt ↄmode medicis cohibētibꝰ emoroidas fluētes τ dicūt aliq ꝙ sādaraca cū oleo ro. τ albumie oui τ fiat sicut ūguētū refrēat emoroidas τ fortiē exiccat vt n̄ credat illas reuēti. Alc. dix. si uero sāguis egrediat ab emoroide eo ꝙ icisa fuerit de cinē fūtoꝝ uiridiū fcīn empl'mꝰ τ positū sup anū vnde eradicate sūt strigit sanguineꝫ Et Fidelis dixit iū hoc cāu de cinere scopaꝝ ātiquaꝝ. τ dix. Alc. auctoritate Auicē. bdelium ↄfert emoroidibꝰ bibitū τ suppositum τ suffūigatū τ retinet sāguinē eaꝝ. τ dix. etiā carabe retinēt fluxū sāguinis a matrice τ ano. τ dixit qn̄ sumac miscet cū melle stringit emoroidas qn̄ fit ēplastꝝ desup τ dixit ēplastꝝ factū de rumice sanat emoroidas: ē autē rumex τ rubus ideꝫ fm iōm licet nō fm alios. Dia. dixit de luto terreo fcō ēplastro scio emoroidas fluētes sāguinē statiꝫ eē liberatas τ ē lutū cōe. Fidel' dixit millefoliū bibitū retinꝫ fluxū emoroidaꝝ τ sedat dolorē nō fluētiū bibitū et ēplastratū meatus apit τ oppositū ē de aloe. Aliud ad idē. ℞. radicē urtice τ tere illā cum sulfure τ cū succo herbe eiusdē fac trociscos τ cū eis suffumigiū fiat. Ego ēt nō dubito ꝙ isti pulueres strigant sāguinē huiꝰ loci sicut. ℞. boli ar. terre sigil. sādra. aloes charabe cum albumine oui.

¶ Capitulum 3ᵒ de exitu ani.

Exitus ani sepissime fit: indiget ergo reductione eo qꝛ situs talis innaturalis ē. Serapio dix. ex uiolis cum farina ordei fit emplastrum exitui ani τ infrigidat τ cōfert: τ dixit quando fit cū foliis τ radice τ cortice arboris mastic' mꝭtū confert exitui ani τ infrigidat τ ↄfert exitui matricis τ ani τ nō ē in istis opationibꝰ aliqd simile sibi. τ ego facio cū ipoqstidos uluerisatur τ pōt sup intestinū τ intus mittat τ desup pōatur pecia in uino stiptico balneata τ ex eo ēt fiat balneū. Aliqui desup apponūt pulueres constrictiuos. Dixit etiam Serapio aqua decoctionis galle ualet exitui ani ¶ Et ego dico ꝙ decoctio omnium rerum stipticarum τ specialiter cum uino ualet. ¶ Et dixit aspaltum suffumigatum ualet in hoc. τ similiter dixit de acacia eo quia stiptica. ¶ Galienus in viiiᵒ dixit de lentisco sic quantum ad omnem sui partem τ etiam succum ad precidentias ani τ matricis proprie cum ipoquistidos existens. Constan. dixit folia mirti decocta in aq̄ si fit sessio ualet. ¶ Et ad hoc ualet omnis pars mirti.

¶ Et dixit etiam copule cipressi eorum apozima super sessum valet casui matricis ex mollitie τ sil'r ano exeunti ¶ Alchinus dixit bōa uerba quando uolumus anum egrediētem mediocri modo stringere: ipsum decoquimus gallas in aqua: τ quando uolumus multum stringere decoquimus in uino τ quando plurimū in vīo stiptico bibere de fructu lappe communis ieiuno uel fritellis anum egredientem reducit: vinū etiā in quo sit virtus scorie ferri anum reducit fiat autem sessio in eo. Alc. dixit ꝙ cinis capilli

adusti ualet ano egresso reducẽdo ipm.m̄ltā ēt dicta supra in ca. de exitu matricis que hic ualent ⁊ econtra quare ⁊ cetera.

¶ Capitulum quartū de pruritu ani ⁊ incisione eius

PRuritus in ano nō ē dolor lʒ sit cā doloris qꝛ illa q̄ cōueniūt hic in dolore p̄nt cōuenire. ⁊ eʒ. Gali. autē circa hoc sic dixit de folio violis supponat autē in orificio uētris ad incensionem faciēs. Ser. dixit de lactuca siluestri qꝫ ipa confert punctioni que fit in ano Et Alchi. dixit idē de lactuca domestica. Ego non dubito qꝫ illa q̄ cōueniunt in incensiōe oculi ⁊ hic cōueniūt quare uide cū est opus supra isto libro ⁊ spālit lac in hoc ualet ⁊ decoctio rosis ⁊ salicis ⁊ similiū in pruritu ani: Auic. dixit qꝫ rob cū aceto vini mixtum in pruritu ē iuuatiuuʒ ualde. Aliq etiā dixerunt qꝫ illum tollit in unctio facta cum tremētina mixta cum oleo et melle quando pruritus est a materia uētosa. Ego ēt dico qꝫ illa q̄ cōueiūt ī pruritu matricis ⁊ illa q̄ cōueniunt in pruritu genitaliū hic cōueniunt quare uide insimul ista ca. cū ē opus ¶ Et multa dicam in tractatu sequenti qꝛ in pruritu que hic sunt utilia

¶ Tractatus. xxi. de pruritu ⁊ scabie
Capitulum primum de scabie humida

SCabies est infectō ulcerosa cū sqamis ⁊ crustis ⁊ prurigine ipius cutis q̄ quandoqꝫ sunt cuʒ virulentia ⁊ sanie ⁊ qn̄qꝫ absqꝫ ipa ut uolnit gōdonius. Materia aūt istaꝝ ē sanguis cui colera ꝯmiscetur ꝯuersus in melacoliā aut fl'a salsum qꝛ baurachinū. Et ex p̄ria maťia fit scabies sicca ⁊ ex ea secunda hūida. ¶ Ex quo patet qꝫ sūt due spēs scabiei humida ⁊ sicca: sub qua pruriginē ponere possumus. Unū dicebat Gali. p̄ia pte sue theorice sermone. 8. Si natura talē materiā ab interioribus ad extrinsecā cutem ꝓtuleit ⁊ sub cute remāserit ⁊ fuerit subtil' facit pruriginē: si grossa facit scabiē. Jtē namqꝫ ⁊ iste materie fiūt in multū comedentibus ⁊ fiūt in illis q malis vtunť cibis ⁊ spālit salsis ⁊ amaris dulcibus ⁊ acutis. Et Aui. dixit qꝫ q blaneum dimitťut ⁊ uestes nō mutant ⁊ laborāt ⁊ uigilāt ⁊ vinum puꝝ bibūt ad istā materiam ueniūt. Ra. dixit fit autē in senibus propť cutis debilitatē: et qꝛ in eis ut pl'ium humor salsus generatur ut plurimū fit inter digitos q̄ sunt debiliores ut dixit Auicē. incipit aūt scabies cū pustulis paruis: deinde ulcerať. Duoꝝ autē eius cognoscit s. faciēs scabiē ex colore ex ardore ⁊ prurigine Unde si rubea fit rubea arguiť sanguis: si alba fl'a si sicca arguitur colera. Pro quo nō. qꝫ licʒ scabies sit mala ꝑ viam signi est tamen bona ꝑ uiā cause. vel potest ēē bona eo quia arguimus ex hoc fōtitudinē ẜtutis expellētis ad ex ⁊ isto modo corpus purgari ꝯsueuit expellendo suas superfluitates ad cutem. Nō etiā qꝫ ex hoc cōprehenditur qꝫ scabies ī senibus est difficil' eo qꝛ in eis fit ꝑpter cutis debilitatē quare cura ē difficil'. Nō ēt qꝫ pruritus ⁊ scabies inducūt ulcēa impetigies ⁊ egritudines fedas. Unde scabies inter egritudies contagiosas poniť a Gali. p̄io de differentiis febrium. ¶ Cura scabiei hūide cōsistit in duobus in purgatione ⁊ localib'. p̄io ꝯueniūt pillule de fumo terre cuius quantitas est. ʒ. i. uel. ʒ. 4. quia leues sunt: aut etiam cofectio Diamech cuius quātitas est in fortibus. ʒ. 5. ¶ Sirupus eius fit de fumo terre cum aqua fumi terre. Jtem etiam iste aque mundificāt sāguinem ℞. aque lupuloꝝ fumi terre boragīs melisse ⁊ buglosse laudat Auicē. hoc facto qꝛ purgatione facta appōsitionē uentosarum in coxis Ra. laudat aloe de 3°. in 3ᵒ. cum aqua endiuie ⁊ feniculi ⁊ quantitas sit. ʒ. i. eradicat scabiē summe. Jstis factis fiant stuphe in qua ponātur iste herbe fumus terre lupulus buglossa scabiosa lappaciū capillus ve. diantl politricum scolopēdria ⁊ endiuia vel alia ponātur ¶ Et infra stufam faciat balneū cū istis posi is ab Auicenna q̄ habent abstergere ⁊ rectificare cōplexionem cutis ut sunt malua sicla lappaciū acetosa apiuʒ furfur fari̇a lentiū risi fenugrecū. ⁊ post exitum exhibeať rubea trociscata quaʒ pōit Nicola' ⁊ tiriaca: ⁊ postquā fecerit hoc pōat se in lecto ⁊ sudet ⁊ post dormiat ⁊ cutē alteret cū oleo uio. ⁊ ro. ⁊ amigdalarum cuꝫ succo granatorum. Et nota bene qꝫ hoc habet fieri in scabie grossa ⁊ difficili. Jn parua autem scabie hoc nō habet fieri sed sufficiunt purgationes aliquando sole ⁊ aliquando inunctiones cum purgationibus. ¶ Quantum autem ad secundam intentionem laudat Rasis argentum uiuum extinctuʒ cum saliua cachimiam argenti condisum litargirium confectum cum oleo rosaꝝ. ⁊ aceto: fiat autem cum istis inunctio per noctem ⁊ mane balneuʒ ingrediatur ⁊ cum exierit fricetur: deinde cum aqua calida lauetur: dicam modo ap propriata huic scabiei ¶ Et primo dico qꝫ confert scabiei et lepre que a flegmate salso fit purgatō facta cum turbith addito polipodio ⁊ epithio ⁊ aliis que istorum emendant maliciam. confert etiam scabiei ulcerose decoctio radicuʒ pētafilon quando inde corpus lauatur ¶ Et succus etiam eius bibitus usqꝫ ad. ʒ. quattuor cuʒ 5. vel parum minus: hoc autem operatur propter uim mundificatiuam quam habet. ¶ Aqua etiam radicum celidonie decoctionis parue si inde corpus lauetur confert scabiei ulcerose. ¶ Confert etiam assidua lauatio cum aceto. ¶ Diascorides dixit succus ben aceto mixtus lepras et maculas ⁊ pustulas corporis tollit. ¶ Et Galienus hoc idem dixit de grano eius cum aceto superfricatus. Et dixit etiaʒ trebentina cum erugine eris ⁊ ere usto ul' calcāto uel nitro abluto lepras corporis compescit.

Serapio dixit succus tapsie quando miscet cum melle et administratur aufert scabiem ulceratam et mundificat pustulas maxime si eis miscetur sulfur: confert etiam aspredini et scabiei que fit a flegmate salso succus foliorum oleandri cum oleo laurino inunctus sed fiat in corporibus duris et in casu difficili. Confert etiam scabiei que est plurime asperitatis: succus qui emanat a ligno iuniperi inunctus: idem pot oleum eius. Et similiter dico quod humiditas que emanat a ramis oleastri ignitis illinita confert tirie et scabiei. Et Dia: dixit de oleo oliue columbaris confert etiam acute et humide scabiei et cum oleo de mirtino fiat inunctio aut cum medicinis aliis conuenientibus misceatur. Et Con. dixit oleum mirtinum siccitati sifuris ualz ragriadiis et sicce scabiei. Et dixit etiam Serapio. quando cinis allei miscetur cum melle curat bothor lactea et morpheam et scabiem ulcerosam. Et dixit quando ordeum miscetur cum aceto forti et ponitur super scabiem ulcerosam curat eam Et idem dixit Diasco. sed acetum sit forte. Dixit etiam Serapio quando sal miscetur cum oleo et aceto sedat pruritum quando inungitur cum eo iuxta ignem donec sudet et idem facit in scabie ulcerata. Et Bartho. dixit secundum Diasc. quod solum sal potest admisceri cum oleo et aceto et melle et inungitur in stupha. Gali. in octauo dix. de cortice plantani sic. Sunt autem alii qui comburentes corticem siccatiuum abstersiuum operantur farmacum et cum aqua quidem sanat lepras. Et dixit Ga. de cortice ulmi. sic cortex eius ad hoc est substantia amarus et stipticus. scilicet folio. unde et lepram sanat cum aceto. Et Gali. etiam dixit in septimo papauer rubeum lepras amouet. Et dixit etiam Ga. de foliis et cimis uiridibus apii risus et propterea et moderate utentibus et lepras excoriant. Et dixit etiam ga. in vi. vitis alba i. brionia sanat scabiem et lepram. Et dixit galie. semen nigelle cum aceto scabiem eicit et lepram et formicas. Et dixit gali. in nono de sulphure mixto cum trementina sic et scabies et impetigines non tantum sanaui cum hac medicina: mundificat namque omnes huiusmodi passiones: scilicet scabiem et egritudinem cum qua eleuatur cutis. et subdit ipm autem multotiens coquimus cum aceto et inungentes refrenantes scabiem. Et Bartho. in hoc dixit tollantur due partes ex sulphure et rasina pars. i. et cum aceto misceantur: et dixit quod hoc confert ad scabiem: que lepra uocatur et impetigines et dolorum sedatione Et ga. dixit de vrina hanc autem et ipsius potentiam medici conspicientes scabiem et lepram abstergunt necnon illa ulcera que plana sunt humiditatis multe et sordis et immundicie et multomagis cum habent aliquid saniosum. Et Ser. dixit quod ipsa cum nitro multum confert et urina uetus melior est quam recens: Et Auicen. idem dix. de vrina asini sed addit et cum nitro et aqua acetose. Et ga. etiam sic dixit in. io°. de stercore caprino usto. ea propter et alopiciis conuenit nec non quotquot omnibus egent medicinarum mundificatiuarum puta lepre medicinarum scabiei et impetigines: et quotquot talia. Auicen. autem dixit conferunt ulcerose scabiei inunctio facta cum oleo de citoniis. Oleum etiam de rafano tollit tales aspredines que in tali scabie accidunt et dixit de radice acetose radix eius cum aceto confert scabiei ulcerose et scabiei vngui. Et dixit etiam de foliis lilii ortulani femine quod si teratur mel'tum et fiat ex eis emplastrum ualde ad scabiem ulcerosam Sed Bartholome. de va. hoc fecit hoc vnguentum ex intentione Alchini. Rx. ziniar calcanti an. trementine quantum omnia hoc excitat scabiem plurimum ulcerosam: sed addatur de oleo ro. Alchi. dixit confert scabiei ulcerose et non ulcerose lacrimus vitis domestice tamen prius fricetur cum aqua in qua sit nitrum.

Capitulum secundum de scabie sicca et de pruritu.

Scabies sicca ut dictum est fit a materia colerica adusta que cum sanguine miscetur. et a virtute regitiua ad cutem expellitur tanquam ad locum per quem ipsa materia debet euacuari. Et non quod in ista scabie conuenit flebotomia ne forte sanguis subtilis et colericus aduratur. In scabie autem humida et flegmatica non facias flebotomiam quia tunc fl'a regulatum a sanguine furet et augmentabitur scabies ut experimento probaui. et talis materia euacuatur cum ellectuario succi ro. de cuius natura est etiam euacuare materiam colericam adustam l' cum confectione hamech. Sirupus eius sit de fumo terre cum aqua endiuie et fumi terre et lupulorum si misceter secum sirupus de endiuia non esset malum ne forte epar esset causa huius adustionis. Respiciant isti tales a rebus salsis et acutis et a uino magno et similibus. et per hoc opletur prima intentio et aqua casei in hoc multum ualet. Secunda intentio opletur per hunc modum post in hoc dix. Aui. quod balneum aque salse confert prurigini et scabiei. et idem dix. de aquis sulfureis. et dixit etiam Aui. si radix acetose coquatur deinde corpus lauetur est utilis in pruritu. et quando decoctio eius proiicitur super pruritum qui fit in corpore aut succus eius miscetur cum aqua cum qua fit balneum sedat ipsum. Et Dia. dixit quod est species lappacii et uocat oxilappacium et dix. Dia. hoc de omni specie lappacii ut dix. Aui. de radice acetose et dix. etiam fit balneum ex decoctione calamenti montani ad pruritum et scabiem. et Dia. dix. origanum cum melle pruriginem corporis abstergit. et dix. oleum de sginato tollit pruriginem. Dia. dix. ablutio facta cum decoctione orobi confert scabiei et prurutui. Et Serapio idem uoluit. et Alc. dix. de decoctione spelte uidetur tamen uelle quod spelta et orobus idem sunt quod apud nos non est uerum. et dix. etiam quando linitur corpus ex succo ebulorum tepido prohibet scabiem et pruritum. et Bartho. idem etiam dix. de succo sambuci et fomentatione etiam facta cum eo. dix. etiam omnem pruriginem et asperitatem purgat succus bene inunctus. et Bartho. uult quod sit succus radicum. dix. etiam Dia. cartamus domesticus tollit omnem pruriginem cum adipe anserino. Ga. dix. radix acetose cocta cum aceto uel sine aceto curat scabiem ulcerosam et impetiginem et idem facit succus

eius quando ponit in balneo [illegible] decoctio Et dixit quando fricatur co[illegible] decoctō ne origani curat scabiem et p[illegible]um. ¶ Et dixit quando semen stafisagrie teritur et miscet cum auripigmento et oleo confert pediculis et pruritui et scabiei non ulcerate: remouet etiam scabiem et pruritum velociter oleum de costo superinunctum. Et dixit quando folia caulium putantur et fit ex eis foliis emplastrum aut cum iaiuch curat scabiem. ¶ Galienus dixit in octauo trebentina propter hanc autem et eius qualitatem et abstersiuitas ei adest pruritus sanat magis aliis gummis uel rasinis tollit etiam pruritum in quo caliditas et humiditas superent saiuch ordei cum costo salis et melle mixtum et fricatum. ¶ Dixit etiam Galienus in nono d' affronito idest spuma nitri quod ipsum habet potentiam abstersiuam ut nedum sordes abstergat sed etiam pruritum sanet [illegible] n[illegible]mpto tamē prius ab eo quod ei inducit ipsum pruritū. ¶ Auicenna dixit baurach idest nitrum confert pruritui propter quod resoluitur uirus et proprie affricatum cum aceto et confert etiam scabiei. ¶ Alchinus dixit sulfur miscetur cum sale nitro et fricetur corpus et aufert pruritus. ¶ Et Aui. dixit idem etiam potest in lotionibus. et dixit alumen scissum cum melle mixtum et inunctū aufert pruritum. Expertum ad hoc ubicunque sit pruritus tollatur cortex radicis lappacii hn̄tis folia rubea et abradatur et conquassetur et fricetur cum adipe porci: deinde totum coletur et ex eo locus pruriens inungatur. ¶ Accidit etiam pruritus in pedibus puerorum et accidit pediculis illic existentibus: tollantur oua recentissima et elixentur usque ad fortem induratōez ipsorum: postea albumē incidatur in frustra subtilissima et lata deinde īmediate super pedibus pecia lini subtilissima et abrasa primo cum cultello ligetur: postea super pecia ponantur dicta frustra albuminis: demum cum alia pecia stricte ligetur. ¶ Cum ergo sic per horas aliquas permanserint pediculi omnes in inferiori superficie pecie adherebunt quod apparebit super carbones pecia conquassata nam crepabunt pediculi cadentes in igne et sanabitur: multa experta possem hic ponere sed reseruo ad capitulum qd' sequitur.

¶ Capitulum tertium de his que absolute in scabie conueniunt siue sit humida siue non.

Scabies aliquotiens ē difficil' siū sit hūida siue sicca siue mixta. Et ideo qualiter antiqui scabiei absolute prouiderūt dicam uobis. Auenzoar dixit si biberit ex tiriaca magna habens scabiem magnam que uadit et redit confert ei et si cum ea linieris uel epithimabis dictam scabiem liberabitur omnino. ¶ Et nota quod omnia ista que dicentur intelliguntur purgationibus factis. ¶ Diascorides dixit omnem difficilem scabiem tollit inunctio facta cum oleo de semine lentisci et de isto oleo est magna discordia et valet scabiei pecudum et canum. ¶ Dixit etiam amurca scabiem animalium tollit si fuerit in aqua in qua decocti sūt lupini et cameleonta in vino cocta et cum aliis commixta. ¶ Rab dixit si abluatur canis habens pruritum cum decoctione lupini curatur. ¶ Et ex hoc infero quod in omni scabie conuenit vt dixit Galienus. ¶ Alchinus dixit quando amurca miscetur cum farina lupinorum curat scabiem capraum et ouium et aliorum animalium. ¶ Et Diascorides dixit lupinus mixtus cameleonte sanat scabiem ita quod sanat etiam scabiem bestiarum quod nos sumus experti. Serapio dixit pix humida curat ulcera animalium et scabiem eorum quando linitur ulcus cum ea. ¶ Auicenna dixit fex olei curat scabiem. ¶ Est autem fex olei aliud ab amurca sola etiam fex olei mixta cum radice cameleonte cuiuslibet et linita scabiei difficili confert sed ēt premittat. ablutio facta cum aqua dulcorationis lupinorum amarorum. ¶ Sola etiam decoctio lupinorum amarorum et radicum cameleonte nigre tollit scabiem difficilem illam etiam animalium et pecudum. ¶ Scabiem etiam difficilem aufert exterius radicis cameleonte nigrum mixtum cum calcanto et pice liquida et sepo antiquo. ¶ Et Serapio loco picis liquide posuit alchitrā et dixit quod tale exterius curat scabiem. Et dixit etiā Auicen. cedria ipa curat scabiem licet magis oleū ipius: ē aūt cedria pix cedri siue alchitran: tollit ēt scabiem difficile sanabilē illud quod ē in medio cepe squille asse quando cum rasia pini et oleo ro. miscetur et inungitur. Sanat ēt scabiem malam que dicitur ignis sacer iunctō facta cum chimolea. ¶ Fidelis unguentum fecit ex quo si plante pedis et manuum inungantur: omnem scabiem delet. ℞. olei lauri. ℥. iii. thuris albi. ℥. ii. pinguedis porci bene frixe. ℥. v. sal' marini bene triti. ℥. viii. succi plantaginis et fūi terre ad libitū misceantur omnia et conficiātur bene et est mirabile. ¶ Guil. fecit hoc ūguentū. Recipe decoctionis exteriorum corticis cameleonte nigre et proprie facte ī vini libra una farine lupinorum. ℥. duas fecis olei antiqui uel amurce lib. s. et fiat vnguentum ex quo patiens post balneum inungatur. ¶ Galienus in nono simplicium farmacorum docet miscere sulfur cum oleo et melle aut cum trebentina et sanabat scabiem et serpiginem. ¶ Et dixit oportet autem tales medicinas virtutem habere mixtam ut consumant et repercutiant. ¶ Guido ex hac intentione componit hoc unguentū. ¶ Recipe trebentine libram unam assungie porci recentis quartam unam sulfuris. ℥. unam argenti uiui parum et fac vnguentum.

Theodoricus hoc composuit. ℞.radicum lappacii acuti ꝛ emile campane ꝛ affodilorum accicute cocte sub prunis aut ī aqua pistatꝫ ꝛ mixtis cum assungia porci ueteris ꝛ fiat vnguentum: Henricus composuit. ℞.olei laurei assungie ueteris porcine cere uiridis thuris argenti uiui extincti cum saliua añ.partē.i.salis comunis tritissimi partes.iiii.conficiantur cū succo fumi terre plantaginis quantum potest imbibi agitando ꝛ si addatur modicum de fuligine in aceto distemperata confert ad omnes infectiones. ¶ Dinus hoc composuit. ℞.succi lappacii scabiose celidonie emile cāpane fumi terre añ. ʒ.vi.olei cōis.ʒ.vi.salis cōis.ʒ.ii. misceantur et bulliant ad succorum consumptionem: deinde coletur ꝛ assumatur illud oleū ꝛ cera.ʒ.i.ꝛ liq fiant simul ad digestionem ꝛ deposito ab igne misceantur donec equentur. ¶ Si uis tamē ipꝫ magis appropriare ad flegma salsum appone de cerusa ꝛ de plumbo usto ꝛ etiā d litargirio ꝛ parum aceti. Alius parisiensis pro scabie ex flegmate salso sic dixit. ℞.succi celidonie succi edere terrestris añ.lib.i.assungie porci lib.i. coquantur omnia ad consumptionem succi: deinde cola et adde argenti uiui.ʒ.i. ꝛ incorporando fac vnguentum. Unguentum saracenorum contra scabiem ꝛ malum mortuum ꝛ ad flegma salsum facit enim educere superfluitates per os lauando ꝛ per subasellas resudando ī ungēdo solum extremitates scilicet manus ꝛ pedes ℞.euforbii litargirii añ.lb.s.stafisagrie.ʒ.s.argenti uiui.ʒ.i.assungis porci ueteris lib.unam incorporando in mortario fiat unguentum de quo vngat se semel in septimana. Aduerte tamē ꝙ quia argentum nocet membris principalibꝰ ꝛ dentibus atq; gingiuis precipit Auicenna ꝙ vnguenta in quibus ponitur elongetur quantū potest a partibus stomaci ꝛ membrorum nobilium: multa alia possunt poni de mente rosarii que hic non pono ꝛ de mente aliorum sed ista omnibus aliis preualent.

¶ Tractatus.xxii.de quibusdam dispositionibus accidentibus dorso ꝛ ventri ꝛ ossibus de quibus tamen superius debuit fieri mentio. Capitulum primum de exitu sanguinis ab umbilico et exitu vmbilici.

FRequēter iste dispositiones accidunt ideo necessitas me cogit de istis mentionem facere accidit enim in pueris ꝛ mulieribus maxie cū pregnantes sunt. Aliqui antiqui dixerunt ꝙ stiptica conueniunt. ¶ Rasis dixit ꝙ lupini comburantur cum peciis panni linei ꝛ cinis misceatur cum vino ꝛ cum stuppis: postea totum supponatur. Et laudauit sessionem factaꝫ in aquis frigidis ꝛ proprie in aqua curcume. Serapio dixit. ℞.psilii quantum uis ꝛ teratur ꝛ infūdatur in aqua ꝛ quando inspissata fuerit aqua ponatur in panno ꝛ extendatur et fiat emplastrum: nam infrigidat infrigidatione forti ꝛ restrigit. Et Bartholo.dixit vere bonum est admiscere secum medicinas minuentes humiditateꝫ quare psilium ualde humidum est ꝛ hoc quando ē necessitas magne exiccationis. Ego propter nō recapitulare quia inbonestum est ꝛ tediosum ē dico ꝙ omnia que conueniunt in exitu matricis ꝛ in exitu ani hic fere conueniunt: quare uide cum est opus. De fluxu sanguinis dixit Alchi nus acacia cum succo porri temperata et vmbilico appoita sanguinem stringit. ¶ Et ut etiam non recapitulem dico vobis ꝙ omnia que strīgunt sanguinem in vulneribus ꝛ hic stringunt quare uide proprium capitulum in libro primo.

¶ Capitulum secundum de uentositate spine.

LIcet nomen sit extraneum ꝛ nō importet illud qd sonat: tamen dico ꝙ uētositas spine est quando aliqua materia in substantia ossis congregatur ex debilitate virtutis assimilatiue uel ex debilitate membri vnde congregata materia causatur apostema illic cōsequenter facta incisione reperitur corruptio ī substantia ossis tota uel in parte eius usque ad medullam ꝛ istos casus sepe uidi et curaui. ¶ Cura ista est euacuatio vniuersalis: deinde operatio loci necessario consequenter debet os corruptum remoueri. Ego iam totum unuꝫ focile brachii remoui ꝛ facta apertura totum focile erat putrefactum ꝛ discohopertum carne a buno extremo ad aliud. ¶ Et pro isto uide capitulum proprium in primo libro de corruptione ossis: deinde consolida locuꝫ vt sepe dictum est ꝛ non plus loquor.

¶ Capitulum tertium de quadam fractura quē apparet in hoīe quando eleuat rem aliquaꝫ ut puerum ut sepe aduenit personis et mihi.

IN uolendo eleuare puerum aliquem vel rem aliquaꝫ cum brachiis causatur quedam disruptio in renibus cum sono ꝛ aliquando sīe sono ꝛ tunc persone quando uolunt se eleuare nō possunt nec transire. Est ergo mala situatio fcā in partibus illis. Ego hanc dispositionem sepe habui pre manibus ꝛ ab aliquo non inueni curam tamen isto modo curaui. ¶ Capio absinthium et precipue cimas eius ꝛ facio eas calefacere ꝛ in panno lineo reuoluo ꝛ super locuꝫ appono ꝛ si refrigeratur hoc est si non sentitur calitas appono alias cīas calidas ꝛ iterū calefacio prīas ꝛ sup locū appono istoꝰ aliqꝰs curaui

In fine vidi vnum curatum cū filo stuppe cū
do bulito in lixiuio ꝛ apposito super locum sic
calido. ¶ Aliqui apponūt ipm filum balneatū
et reuolutū in pecia balneata et posita sub pru
nis: deinde ipso calefacto extrahunt et ponūt in
